

DE LITTERIS ET MANDATIS PRINCIPVM

ET PRÆSERTIM, EXCELL.MI, SACRIQ; REG. SEN.I MEDIOL.NI, Ac aliorum suprẹmorum, totius Orbis Senatuum

COMMENTARIA IN TRES PARTES DIGESTA.

In quibus, Cæsareæ Prouinciæ Mediolanensis Constitutiones, In tit. de Rescriptis; Theoricè,& practicè explicantur. Compluribus,eiusdem Sacri Ordinis, ac totius Europæ Decisionibus, hoc Signo ☞ adnotatis,comprobata.

PARS PRIMA.

IOSEPHO OLDRADO I. C. MEDIOLANENSI
Auctore.

Opus, nouitate rei, iucundum: illudque accuratissimè; tùm secundum leges communes, & municipales; tùm iuxtà ritus, & Decreta, eiusdem Excellentissimi Ordinis, perpolitum: ... opinione, hoc asterisco ... illustratum: DEIPARÆQVE VIRGINI ab Auctore dicatum, & à Io. Baptista Bidellio ...

PERILLVSTRI D. IOANNI ARIAS MALDONATO.
Regio Fisci Aduocato inscriptum. &c.





MEDIOLANI,

Ex Typographia Io. Baptistæ Bidellij. M. DC. XXX.
Superiorum Permissu, & Priuilegijs.

APPROBATIO

Imprimatur
Fr. Paulus Maria Ritius Commissarius S. Officij Mediol.

Hier. Septala Can. Ord. Pœnit. pro Illustriss. D. Card. Archiep.

Visum pro Excellentiss. Senatu. *Saccus &c.*



DEIPARAE
VIRGINI.

INVASTISSIMO IVRIS PELAGO.

TVTISSIMO, SPLENDIDISSIMOQVE SYDERI.

QVOD AVCTOREM, LABENTEM,

FVLSERIT, IVVERIT, SERVAVERIT;

A' MVLTIS PERICVLORVM FLVCTIBVS:

INTACTVM, INOFFENSVM:

DEVOTIONIS, GRATIQVE ANIMI,

MONVMENTVM:

DATVM. DICATVM.



SERENISSIMÆ TOTIVS VNIVERSI

REGINÆ,

DEI MAGNÆ PARENTI,

MARIÆ VIRGINI

IOSEPH OLDRADVS I. C. MEDIOLANENSIS.



Aborent alij, in perquirendis ijs, quos sibi suorum assertores librorum vē-
dicent, & asciscant: mihi sanè non difficillimum factu fuit, ô Bea-
tissima Dei Magna parens, & Virgo; id in tua clementissima benignita-
te inuenire: ad quam, tua pietas, aditum mihi nunquam obstruxit; sed
humanissimè semper patefecit. Arcebat me longè fateor, Maiestas il-
la tua, Serenissima Regina, qua proximè ad Deum accedis, eius sola co-
gitatione celsitatis, atque præstantiæ, qua Beatissimos inter Cœli Acco-
las, prædita nites: dum illi venerabundo, semper obsequio, summum tibi, & venerationis cul-
tum tribuunt, & honoris: Atque officiosissimè intenti, tuum præstolantes nutum, stant; Diuino
tantæ tuæ Maiestatis miraculo, tacita quadam contemplatione defixi. Augebat, & hunc
istum metum, iustissima illa ratio, quòd inter Deum, atque homines, te nihil ex rebus creatis
intersit, neque sublimiùs, aut perfectiùs, neque sanctiùs, aut venerabiliùs, neque dignius, aut
augustiùs. Quæ res ità animum deterrebat meum, vt desistendum mihi, à suscepto munere,
non modo æquum, sed penè necessarium putarem. At tuorum erga me magnitudo merito-
rum, grati animi mei officium, tuaque summa bonitas (ò præstantissima, mihi semper Domi-
na, & Patrona) ad id me impulerunt, quod non postulare modò, sed meritissimo tuæ benefi-
centiæ iure, exigere à me poteras. Equidem, mihi prorsus defuissem, si in alio, quam in tuo no-
mine, hoc meum Opusculum, passus essem apparere. Cui enim debebatur liber hic, de iure, de
legibus, deque iustitia conscriptus; quàm ei, quæ humanarum, diuinarumque legum, viuax
quædam norma est, & simulacrum? quàm ei, quæ iura omnia, virtutum, & pietatis, in pri-
mis ad se plenissimè deriuauit? quàm ei denique, quæ non solùm fons omnis iustitiæ est, &
origo; sed ipsius etiam iustitiæ solis, mater est. Vera Astrea, Cœlo iam dignata, & excep-
ta, non vt illa, quam hominum vitijs offensam, relictis terris, vltimam inter sydera, relatam
ferunt: sed vt etiam in Beatorum illas sedes assumpta, vt iram Dei vindicem, iustæ miseri-
cordiæ, & misericordis iustitiæ, partes sustinens à nobis auerteres. Accipies igitur, ò Au-
gustissima Imperatrix, paruulum hoc munusculum; atque cum eo, me in tuam clientelam re-
cipies; quem tibi, totum, penitusque trado. A te Clementissima Domina, qua nulla est mise-
ricordior, opem peto, ad te confugio, teque Vitæ Ducem sequi, & statuo, & volo; donec per te
in felicissimo beatitatis portu collocatus, diuino, tuoque conspectu fruar, eo nunquam cari-
turus.





PERILLVSTRI, AC SAPIENTISS.MO VIRO,

DON IOHANNI ARIAS MALDONATO,

Regio Fisci Aduocato apud Mediolanenses, ac Patrono suo optimo, & humanissimo.

Io. Baptista Bidellius S. P. D.



REM fortasse nonnullis facere videbor huic alienissimam tempori, qui dum in huius Prouinciæ finibus arma pertractantur, bellumque geritur, librum de Litteris, & Mandatis Principum, quæ nonnulla pars censentur esse Legitimæ facultatis, nunc meis ego typis excudam. Sed quemadmodum ij præiudicata quadam vulgi opinione falluntur, existimantes, quòd nullum ex Legibus vsum belli tempore habere possint; ita me arbitror non falli, vt certè non fallor, qui te huic libro nunc vnum ex omnibus diligam Patronum. Etenim, & ipsum tempus editionis, quo Mars se se iactare videtur, & Operis argumentum, quod de Iure est, commonere me, ac simul commouere facile potuit, vt sub tuo nomine clarissimo librum emmitterem, qui es doctrina, & prudentia Iuris consultissimus, & ea gente natus, vt non tam *Arias*, quam Ἄρης hoc est Mars esse existimeris Togatus. Etenim cum ab ea ortum tu ducas familia, quæ armorum semper, ac literarum splendore cum paucis in Galatia florens vltimum authorem suum *Arium Myrrhum*, ipsius prouinciæ *Regem*, agnoscit; sic legum studia excoluisti, vt domi iuxta, atque foris præclare admodum Iurisconsulti partes, & inter togatos, & inter sagatos homines, obiueris, sustinuerisque. In Salmaticensi quidem Academia, quæ non Orbis solùm Hispanici, sed terrarum omnium florentissima est, Academicis exercitationibus tuam nimium quantùm probasti industriam, & ingenij præstantiam. Mox verò in Gymnasio Pintiano Consiliarium tu quidem egisti primùm sapientissime: mox summa cum tua ipsius laude, ac pari cum studiosorum adolescentum fructu Antecessoris munere perfunctus es, cum de primario loco Institutiones, & Codicis leges explicando, tum Canones vespertinis horis interpretando. Quid quod Sapientissimus Princeps, *Gonzalius Cordubensis*, Mediolani Gubernator, qui te Aduocato in rebus Ticinensis Fisci procurandis vsus est pacis tempore;

pore;

pore; eundem te quoque ARIAM, quasi alterum Ἄρην, dum esset in castris tempore belli, sibi adesse non semel aut iterum, sed sæpè, ac sæpiùs voluerit. Cum nũc igitur ab illo Regum maximo, *Philippo IV. Austriaco*, fueris Regij Fisci Aduocatus cum maximo omnium plausu renunciatus; ad meam ego lætitiam, ex hoc euentu susceptam, quoquo modo licet, declarandam, offero hoc tibi munus librarium simul, ac litterarium. Quod si ea humanitate exceperis, qua te mihi facile persuadeo esse excepturum, maiora à me fortasse adornabuntur, quæ tibi eidem inscribam, ac dicem, cùm eos honores fueris consecutus, ad quos illustrissimi, & amplissimi Viri Don *Idelfonsi Carrerij Maldonati*, Quæstorũ olim extra ordinem apud Mediolanenses Præsidis, ac rerum nunc Insubricarum, in supremo Italiæ Cõsilio Regentis, & Patrui tui, imitatione, & exemplo excitatum te nemo non videt, maximis itineribus percurrere. Eos ego quidẽ, perillustris, ac sapientissime Vir, IOHANNES ARIAS MALDONATE, sic auguror tibi, sic voueo, vt certò sperem à Deo Opt. Max. firmatũ in bono euentu augurium meum. Interim vale, & me, fac, quæso, perpetuò habeas in clientibus tuis. Mediol., ex mea officina Typographica, die XXIII. Mensis Decembris. M. DC. XXIX.



AD LECTORES.





ICVT auis ad volatum, ità homo nascitur ad laborem, inquit Sapiens. Prima enim vox, quam emittit homo (vbi natus est) fletus, quo se laboribus natum, & à supplicijs, vitam auspicari conqueritur, vt eruditè nos docet Plinius, in proemio libri septimi; laboribus etenim, & poenitentiæ, omnia videntur enunciata. Inquit enim Sybilla. lib. 1. Oraculorum; totum mundi tempus, pœnitentiæ causa datum; si quidem, nil aliud est homo (vt apud Sophoclem in Aiace) quàm flatus, & vmbra. ἄνθρωπός ἐστι πνεῦμα καὶ σκιὰ μόνον; Verùm iste, ab animantibus, ratione distans; suapte natura, scire desiderat: data enim est ei, pro summo bono libertas; etenim hominem ipsum, Epithomen omnium rerum, esse docemur, vt in Gen. c. 1; & licèt postremus factus in creatione; optimum tamen rationalium est, si prædictus sit virtutibus: pessimum autem est omnium, si separatus à lege sit, vt inquit Philosophus. 1. Politicorum. Eam ob rem, diù excogitanti mihi (humanissime Lector) homines, liberaliori prædites ingenio, summa ope, niti decère, ne somno, ventrique dediti vitam inertia transfigant; sed spartam, quam nacti sunt, pro sua, quisque virili exornent: visum est namque, quantùm imbecillitas viriũ mearum patitur, à fine meo, hoc est, à proficuo, mihi, alijsq; si consequi potuero, labore quidèm, minimè discedere. Hypothesim itaque rescriptorum, litterarumq; Principum, pertractandam, disponendamq; sumpsi; multis hinc inde sparsis, apum more, collectis, non ambiendi quidem; sed discendi, proficiendique studio: quòd, & si, difficilem Prouinciam (& humeris quidem meis longè imparem) adoriri visus sim; attamen, non meo tenui sensu, & labili, sed eò tantùm à quo est omne bonum, & datum optimum fretus, quique linguas infantium, facit disertas enitar sustinere. Nec me, quòd insignes, tot scripserint, hac de re Doctores; quicquam deterruit: namque vlli ne nato, post mille secula, aliquid adijciendi, præcludetur occasio; inueniendis enim, inuenta non obstant, teste Seneca 8. Epist. ad Lucill. Ad instar enim solis, intellectus oritur, & occidit, vadit, & redit, & nunquàm moritur; sed suis vicibus occultatur. Reliquum est, vt grauissimo iudicio, sacratissimi, ac consultissimi Senatus nostri, me humilimè subijciam; In quo, legum vertices eminère conspicimus; Senatores nempè clarissimos, qui tanquã sydera, in altissimo Aethere, in supremo illo Cõsilio, scientia, iustitia, moribus, grauitate, longè, lateq; collucent, lumenq; diffundunt, quos inter splendidissimi solis, locum obtinere, Illustriss. Præsidẽ D. Comitẽ Io. Baptistã Trottum, iure optimo dicere possimus; qui à claritate, & luce eius conspicua, adeò fulget: vt sicut Sol, oculus mundi dicitur; ità, & Præses ille, oculus Prouinciæ nuncupàtur, prout etiam dictum est ab Aeschylo in Tragœdia, quæ Persa dicitur, ὄμμα γὰρ δόμων νομίζω δεσπότου παρουσίαν. Quicquid igitur à Sacratissimo hoc ordine, conditum, & comprobatum est; id me recensère, & explanare voluisse profiteor, quòd sicubi, me peccasse Patres integerrimi in uenerint; elementer veniam dabunt, non immemores, præclari illius Imperatoris oraculi; omnium scilicet habere memoriam, diuinitatis potius est, quam humanitatis. Deumque solùm, peccati expertem. Tu verò vtere, Lector humanissime, & conatui nostro fauens, disce à rerũ natura, quæ nunquam cessat moliri optima, nec prius, hæc scripta damnes, quàm prius legeris: inciuile enim est, de lege iudicare, nisi tota lege perspecta. Si autem opus hoc, quantulumcumque, non graue, immò gratum (vt cupio) tibi esse senties; Deo aspiranti; sacratissimæque Matri intemeratæ; gratias, & laudes referas; quibus omnis honor, & laus. Vale, & me tibi æque, atque mihi laborantem, & addictum, ama, & tuere. Mediolani, die Quarto Idus Iulij. M. DC. XXIX.

IOSEPH OLDRADVS I. C.
MEDIOLANENSIS.

D. CÆSARIS BVRRI EX MED. COLL. I. C.

Ad D.I.C. Iosephum Oldradum, de Rescriptis, præsertim Excellentissimi Senatus Mediol. Scribentem.

EPIGRAMMA.

QVI sedet augusta cum maiestate Senatus;
Deque polo Astrea mitte RESCRIPTA solet.
Hispani pectus Iouis est, & Regis Iberi
Cor, sapit vnde, bonus quo regit ille Subres.
Hac tu dum loqueris, Diuum quasi nuncius Ales,
Ferris Atlantiadi præripuisse vices.
Sed eatus vsque adeo dum pandis sensa Senatus,
Es noua de sacro corde Minerua Iouis.

IO. ANT. MASSOBRII I.V.D. ALEX.[NI] PRIMICERII.

AD LECTOREM.

TE docet OLDRADVS, quid littera missa roganti,
Seu Ius, seu Munus, Principis impertitet.
Sed, dum REGINAE commendat scripta, Parenti
REGIS, Quem Reges, saclaque cuncta colunt,
Te monet, hoc, si tamen curas, mortalia IVSSA,
Vt magis Aetherei, sis memor Imperij.

CÆS. SCR.[s] EX COLLEG. IVD. MED. COM. EQVESQVE.

Ad D. Iosephum Oldradum. I.C.

Epigramma. Ad eius insignia Gentilitia.

PERVIGILEM AEsonides potuit, sopire Draconem,
Arte recantata, vellere latus ouis.
Ast, OLDRADE, Artem, Te, Aequique Bonique docentem
Quæsitus nulla fallit ab arte sopor.
Si mirum est; quandoque bonus, si dormit Homerus;
Num magis; in somnis si, nec Homerus, agis?

OPERIS DIVISIO.

Totum de Rescriptis opus, in tres partes diuiditur.



RIMA, sex & viginti, continet Præludia, ad Cæsareas Prouinciæ Mediolanensis Constitutiones, eodem in titulo elucubrata.

In Quibus complura Supræmorum, totius Orbis Senatuum, ac Principum responsa; vna cum difficillimis iuris quæstionibus, quæ ex eorum discussione emergunt, dilucidè explicantur.

SECVNDA, quæ versatur circa primos eiusdem Constitutionis quinq; §. diuiditur in quinquaginta circiter titulos. in quibus practicè quidẽ, & Theoricè, Principũ rescripta, quæ in Iuditijs quotidiè disceptari contingit, quòd dubia, quòd sub, vel obreptitia, quòd iniusta, quòd nulla, elucidantur: necnõ quando secunda, aut tertia Principis iussio expectanda sit, demonstratur.

TERTIA, alios quatuor amplectitur §. & qui quadraginta exornantur titulis, quibus explanatur, quænam sint Principum Responsa, quæ impetrari cõcessum, vel prohibitum sit, quæque sint litteræ supremo Principi reseruatæ, & quando sint preces admittendæ vel reijciendæ. Cõpluraq; alia explicãtur, quæ circa recursũ, & moratoriarũ hypothesim, in foro tritissimã versãtur.

ELENCHVS TITVLORVM.



 SERIES

SERIES CAPITVM,

ET. §. CÆS. MEDIOLANI CONSTITVTIONIS,

Quæ in his Præludijs declarantur.



SERIES,

SERIES

MEDIOLANI STATVTORVM,

Quæ in hac Prima Rescriptorum Parte, incidenter explicantur.

EX VOLVMINE PRIMO.



EX VOLVM. SECVNDO.



INDEX
RERUM NOTABILIUM,
Quæ in hac prima Rescriptorum Parte, continentur.



B

C

Clau-

INDEX.

labilis

INDEX.

Ducatus

I N D E X.

E

F

G

Gra-

Ignoranti

INDEX.

con-

M





tarius

idem

N

O

caneat

P

prom-

✠✠✠✠ meri-

INDEX.

S

Sub-

T

Tem-

V

tio,

FINIS.

ERRATORVM CORRECTIO.

Cum interpungendi ratione.

EX Quidem incuria Typographi nonnulla (candide lector) in hac prima rescriptorum Parte, affecta, nedũ Prosodiorum inobseruantia; Verum etiam & contra interpunctionis rationem, deprompta esse reperies. Eandem ob rem, vt eorum recta ratio dignoscatur, pro elucidatione, vt infra erit adnotandum.

Et primo de Prosodijs ipsis; aliqua (si placet) præmittamus. Si quidem Prosodiorum tres esse species, antiqui scribentes adnotarunt, quorum primus grauis dicitur, acutus alius, tertius vero circumflexus.

Grauis namq; natura erit, vt à sinistra, in dexteram oblique descendat; vt in his aduerbijs ponitur. Adeò omninò: ergò & intereà &c.

Acuti verò natura, ea est, vt à sinistra in dextram oblique ascendat, videlicet. Idéque, multuméque, naméque.

Circumflexus autem, naturam, vtriusque prædictorum participat, hoc scilicet modo. Aliâs Hîc, Scripsêre, & Dedêre, & quandoque partim attollitur, & partim deijcitur, vt Romanus.

Sic igitur grauis officium erit, vt sub vltima cadat, prout regulariter ponitur super omnibus aduerbijs, & in dictionibus, quòd, & quàm, vbi pronomina non sint, videlicet. Quòd autem, & tàm & quàm.

Acutus propter [illegible] in penultima, & antepenultima locum obtinet, & huic attollitur syllaba; prout dicitur in hæc verba amárũ. Vnáque natura, & vbi in penultima sit, illam dilungat; secus si ante penultimam, quia illam corripit, videlicet dólore, timóre, hóminc, débile, cum similibus.

Circumflexi natura erit, vt in penultimam tantum cadat, prout in verbo laborânunt, conticuêre, & dedêre, cum similibus, & illo circumflexo gaudent, prædictæ dictiones loci & temporis, Hic scilicet & alias, & vbi pronomina non sint, vt hic diues, vel res alias. Verùm & vsu quoque receptum est, vt in hisce aduerbijs, acuto quis vti possit cœtera autem per te videre poteris.

De interpungendi Ratione.

INterpungendi quoque ratio ex quadruplici ferè distinctione exorditur. Quarum prima erit illa, quam semicirculum seu Comam nostrati appellitant, quæ quidem non integrã sententiã terminat: sed verba distingunt. Prout in his verbis. Vir probus, eruditus, grauitate, studio, & litteris &c.

Hic tamen semicirculus non ponitur, vbi oratio sic se haberet videlicet Plenus pietate, & timore, secus vero, vbi sequitur aliud verbum, scilicet, & si ego doleo &c.

Secunda istius rationis distinctio: bina puncta continet, & quæ describi debent, vbi sententia duas, vel plures habet partes, & per se consistunt. Videlicet: Tamen oculi augent dolorem, vel quando sequitur rationis contrarietas, vel vbi oratio diuiditur, & in dictionibus: tunc: nisi: nam: & alioquin cum similibus.

Vbi vero concisa sententia est, & altera quoque concisa subsequitur: tunc hoc gemino puncto vti poterit: Veluti si dicatur, Hospitium mihi para: cras enim adero cõcisa etenim dicitur, vbi oratio nil affirmet, aut neget & breuius, quam membro ipsius orationis existat.

Tertia autem regula, punctum comam desiderat, vbi sint contraria nomina. Videlicet. Publica, priuata; Sacra, prophana: tua aliena, vel quando imperfectum, vel suspensum remanet; uel etiam ubi sententia uarietur, scilicet, Nimirum dolendum non esse; si secunda moderatè lætandum; quid si non item; Homoque sit, præsertim cum videas &c. vel etiam, quando aliquid additur &c.

Quarta, & vltima, vnico punctu & finali lætatur, & punctus ipse notatur, vbi sententia finitur, vel quando aliud argumentũ sequitur; verũ vbi sequatur alia sententia, præcedenti nõ dissimilis; minuscula prima littera vtitur: si vero dissimilis, maiuscula, vti debebit; & hæc pro iunioribus adnotasse, sufficiant &c. ea propter in hoc opere errata, sic vt infra, erunt corrigenda. videlicet.

ERRA-

ERRATA:

Delenda.	Reponenda.
Pag. 2. in Procem. Reddenter.	Reddant.
Pag. 2. numero 6. Remisit.	Remiserunt.
Eodem num. Cęsare.	Cæsarea.
Pag 5. nu. 34. Redeundo,	Sedendo.
Pag. 8. & 9. nu 12. Imperatur.	Imperat.
Pag. 10. nu. 11. Qua.	Quæ.
Eadem pag. nu. 25. Bonell.	Borell.
Eadem pag. nu. 32. Subderent	Subdant.
Eadem pag in capite folij. Praces.	Precea.
Eadem nu. 14 Littere missiue.	Litteræ missiuæ.
Pag 11. in Procemio. Emanent.	Emanant.
Eadem pag. nu. 5. & 13. emanantur.	Emanant.
Pag. 12. num. 20 Tuum.	Trium.
Pag. 13. nu. 38. Pleba.	Plena.
Eadem pag. nu. 48. sufficeter.	Sufficeret.
Pag. 14 nu. 53. Quod.	Quo.
Pag. 15. in Procemio. Viti sumus.	Censuimus.
Pag. eadem num. 2. pertinet.	Pertinent.
Pag. 16. num. 5. Haberi.	Habere.
Eodem num 5. Contingentium.	Contingentiam.
Pag. eadem 16. num. 9. pre tex.	Per tex.
Eadem pag. num. 10. Princeps.	Principis.
Pag. 18. in capite folij. Præl. 5. Vtrum	solius &c. Præl. 4. Litteræ Senatus &c.
Eadem pag. nu. 25 Tum autem.	Non autem.
Eodem num. 25. Non obstantia.	Non obstantibus.
pag 19. num. 35. fuerit.	fuerint.
pag. 20. num. 48. post sumendum.	Post numerum.
pag. 22. num. 61. per eum.	precum.
pag. 30. Præl. 5. Vtrum solius sit Princip.	Præl. 6. Rescripta Principū, &c.
Et idem in pag 32. 34 & 40. Præl. 5.	Vtrum &c. Præl. 6. Rescripta Principū
pag 31. nu. 52. mentem personam.	Mens. Persona.
Eadem pag. nu 67. cognoscit.	Cognoscitur.
pag. 35. nu. 42. Hæc regula.	Hanc regulam.
pag. 40. nu. 13. Dilatoriè.	Dilatoriæ.
eadem pag nu. 15. contentiosè.	Contentiosæ.
pag 41. nu. 38. Instantiam.	Iustitiam.
eadem pag nu. 36. Gratiarum.	Gratiam.
pag. 42. nu. 5. Ab executione.	Ab executore.
pag. 43. nu. 13. in fine. Concedi.	Concedit.
pag 44. nu. 19. Hunc exilium.	Hoc exilium.

Delenda.	Reponenda.
pag. 45. nu. 23. cap. 489. vol. 1.	Cap. 489. vol. 2.
pag. 56. nu. 56. licet causa.	Licet respectu.
pag. 63. nu. 103. Reuisionis.	Cessionis.
pag. 66. num. 115. circa fin. respondere.	Respondendo.
pag. 68. nu. 124 §. eo amplius.	§. cognosceretq. &c.
pag. 79. nu. 203 emanata.	Emanatam.
Eodem nu. 203. confirment.	Confirmet.
pag. 84. num. 225. p. edictum.	Per edictum.
pag. 89. nu. 247. licitatoine.	Licitatione.
Eadem pag. nu. 248. Pro.	Per.
eodem nu. 248. minus fuerit	Missus fuerit.
pag. 95. nu. 42. Prælud vltim.	Prælu. 25.
pag. 97. nu 52. Habeant.	Tribuant.
pag. 106. nu. 120. Induxisset.	Inductus fuisset.
pag. 111. nu. 116. petendi.	Petendo.
pag. 113. nu. 37. stat. 183.	Stat. 83. vol. 1.
pag. 118. nu. 40. Deueniat.	Deueniatur.
eadem pag. nu. 18. iuria conceris.	Iuris comunis.
pag. 124. nu. 26. cognoscant.	cognoscunt.
pag. 131. nu. 20. ex altis.	ex actis.
pag. 134. & 135.	pag 132. & 133.
Dicta pag. 132. nu. 17. Vtrumque.	Vtramque.
pag. 144. num. 15. in Prælud. quando vnum do rescriptum alijs prosit.	Prælud. seq. quan-
pag. 145. nu. 21. Deposito.	Facto deposito.
eadem pag. nu. 22. Rata habere.	Ratam habere.
pag. 146. in capite folij. Prælud. 18.	Prælud. 17.
eadem pag. nu. 24. illis litteræ.	Illæ litteræ.
eodem nu. 24. si eum in precibus.	Si illi in precibus.
eodem num. 24. & post eum.	post eum.
eadem pag. nu. 25. appellationi.	Appellatione.
pag. 152. nu. 54. extendit,	extendi.
pag. 153 no. 4. in Rita commodi	In vitâ Commodi.
eadem pag. nu. 5. in tit. de in tit.	In tit. de sentēt. sel lect.
pag. 157. nu. 13. eius.	eorum.
pag. 163. col. 1. in principio, & sic inducit.	inducit.
pag. 165. nu. 24 cap. 22.	Cap 23. vol. 1.
pag. 171. nu. 25. recipiant.	Respiciant.
pag. 172. numero 31. sexto.	septimo.
pag. 189. nu. 51. Odrad. cons. 257.	Oldrad. cons. 257.
pag. 192. nu. 68. in bone fidei	in bonæ fidei contractu.
eodem num. 68. Litteris;	Litteras.

Qua de re (Humanissime Lector) ne mireris, si post exactam Authoris correctionem, prædicta remanserint expurganda cum si quidem etiam lex omnis humana, quamtumuis iusta, nil aliud sit, quam cribrum expurgandi tritici, quæ nequit sic exactè iusta discernere; quin cùm purgamentibus nonnulla quandoque decidant grana, vt etiam D. Sot. admonet in sua quæst 4 art. 2. de Iustit. & Iure; sic igitur boni, equiq; cōsulas, meque ama, & iuere. Laudemq; O. D. E. V. M. refferas & ad secundam huius tractatus vtilissimam partem transitum faciamus, & diù Vale.



DE LITTERIS ET MANDATIS PRINCIPVM.

ET PRÆSERTIM EXCELLENTISSIMI SACRIQVE REGII SENATVS MEDIOLANENSIS.

COMMENTARIA

AD CAESAR. MEDIOLANENSES CONSTITVTIONES IN TIT. DE RESCRIPTIS.

I. V. D. MEDIOLANENSE IOSEPHO OLDRADO AVTHORE

PARS PRIMA.

De encomijs Senatus, Ducis, ac Imperatoris, quæ in eorum litteris emanant.

PRAELVDIVM PRIMVM.

COMPENDIVM.

1 *Præludia quidem habent, quæ ordinem in se habent, finalisque causæ vim ostendunt.*

2 *Litteræ Senatus nostri Amplissimi prodeunt sub Regis Hispaniarum nomine vti Mediolani Ducis.*

3 *Idem obseruatur in sententijs, & alijs prouisionibus Senatus.*

4 *Senatus noster Regem Hispaniarum repræsentat, & in quibus procedat vt num. 6. cum seq.*

5 *Senatus Mediolanensis vices, & voces Principis gerit in hac Prouincia.*

6 *Senatui nostro Amplissimo Princeps, & Cæsarea Maiestas remisit omnia ad iustitiam pertinentia.*

7 *Senatus Mediolanensis maximam habet auctoritatem, & eam quam habet ipsemet Rex Hispaniarum circa iustitiæ administrationem, & ad ius reddendum in hoc dominio Mediolanensi.*

8 *Senatus noster, cum ei porriguntur preces Maiestatis nomine decoratur, & cur, vt numero sequenti.*

9 *Sacræ Maiestatis nomen Regi nostro conuenit, ita & Senatui nostro conscribitur vti illum repræsentanti.*

10 *Maiestas dicitur suprema potestas, ideò honoris, & decoris maxima dignitas.*

11 *Maiestas propriè per Antonomasiam de Dei Maiestate intelligitur, a qua omne bonum fluit, & refluit.*

12 *Maiestas Principum per bonum, & æquum conseruatur in esse.*

13 *Sublimitas Maiestatis Senatui Hetruriæ Pedemontano, Mantuæ Vrbini Parmæ Placentiæ, & similibus nō tribuitur, cum neque eorum Ducibus tributa sit.*

14 *Senatus noster maius Encomium, & dignitatem obtinet, quam cæteri Senatus vices Ducum gerentes.*

15 *Duces Florentiæ, Sabaudiæ, Mantuæ, aliique Italiæ Principes relego ossimi.*

16 *Senatus noster supremus dicitur, cùm à Maximo Principe potestatem habeat.*

17 *Senatui nostro X. Ciuitates subijciuntur, & ideò maiorem dignitatem præsefert.*

18 *Regnum censeri potest, quando sub se habentur X. Ciuitates.*

19 *Regnum Siciliæ X. tantum Ciuitates continet.*

A 20 Duces

20 *Duces Mediolani in Ciuitate Astensi, Senatum erigere solebant.*

21 *Astensis Comitatus, dum erat Gallia Regno vnitus, non iudicabatur Gallicis legibus.*

22 *Rex Gallia Mediolanensia iura cessit Carolo V. Imperatori.*

23 *Senatui nostro per Regem Gallia in Statutis Sacri consilij nomen conscribitur.*

24 *Rex noster Senatores Mediolanenses Consiliarios suos appellat.*

25 *Senatui nostro Sacratissimi nomen additum est, & hic Epithetum traditur.*

26 *Princeps, & Senatus dicitur Optimus, Maximus, Prudentissimus, & Sacratissimus.*

27 *Senatus noster legem condere potest.*

28 *Amplia procedere etiam si decisio Senatus nostri contra communem opinionem contraria sit.*

29 *Declara primo Decisiones Senatus nostri pro legibus seruari in hac Prouincia, & quando vt num. seq.*

30 *Declara secundo, Prædicta intelligenda esse circa iustitia administrationem, & causarum decisionem.*

31 *Declara tertio, Senatum nostrum Excellentissimum, nõ se ingerere circa ea, quæ respiciunt supremum gubernium, vel circa gratias delictorum.*

32 *Senatus Pedemontanus legem condere minimè potest.*

33 *Idem dicitur de Senatu Regni Sicilia.*

34 *Dux Mediolani præfertur Duci Sabaudia in eundo, & sedendo.*

35 *Senatus noster in his, quæ ad iustitiam pertinet vtitur plenitudine potestatis.*

36 *Plenitudine potestatis vti potest Princeps per suos Consiliarios, sicut per seipsum.*

37 *Senatus noster derogandi, ac dispensandi contra leges, Statuta, & constitutiones potestatem habet.*

38 *Senatus Mediolanensis prouisiones facit absque causa cognitione, & expressione.*

39 *Senatus, & Princeps semper ex iusta causa rescribere præsumitur declara tamen prout hic.*

40 *Senatus noster æquo patitur animo, si rescriptum quod iniustum continere videtur executioni non mandetur, sed altera expectatur iussio.*

41 *Senatus Mediolanensis potest circa bona fideicommissaria dispensare, vt etiam fieri possit commutatio de re ad rem in fideicommissi vtilitatem.*

42 *Senatus fideicommissis derogare potest absque nostri Regis delegatione.*

43 *Senatus noster legitimare potest spurios, & naturales etiam extantibus legitimis, declara, vt per Authorem hic.*

44 *Senatus in locum Præfecti Prætorio successit, & ei Excellentia titulus tribuitur.*

45 *Senatus Excellentissimi Epitheto decoratur.*

46 *Senatus noster non ligatur legibus, & exemplis, cum lege positiua solutus sit, Intellige, vt hic infine.*

47 *Senatus Mediolanensis, licet solutus sit legibus, tamen secundum eas viuere profitetur.*

48 *Senatus noster est legũ obseruatissimus seruatque leges primi fori in causis appellationum.*

49 *Senatus noster est omnium pater, iustus, ac clemens, alijsque Iudicibus normam tribuit sollẽnitatesq; iuris supplet.*

50 *Senatoria dignitas virtutis est præmium.*

51 *Ducatus Mediolanensis, ob mortem Francisci Secundi ad Sacrum Romanum Imperium fuit deuolutus.*

52 *Dux Mediolani omnia potest in suo Ducatu, quæ Imperator in Imperio.*

53 *Dux Mediolani confert regalia.*

54 *Dux Mediolani Iura Imperij habet in suo Ducatu, & ibi obseruatio Ripæ declaratur.*

55 *Dux Mediolani, licet quò ad fidelitatis iuramentum Imperatorem recognoscat, attamen nullam sibi Iurisdictionem exercet, cum illam omnem in ipsum Ducem transtulerit.*

56 *Ducatus Mediolani concessio licet ad Imperatorem pertineat, in ipsa tamen concessione omnia iura Imperialia (etiam aliàs reseruata) in Ducem Mediolani translata fuerunt.*

57 *Duces Mediolani regali dignitate decorantur cum X. Ciuitates sub se habeant*

58 *Duces Mediolani cum Regiam habeant dignitatem, eis ferre Regiam coronam concessum esse censetur.*

59 *Disputare de Duce Mediolani, et de suis gestis esset velle reformare mundum.*

60 *Ciuitas Mediolani Regia dicitur, & est Metropolis inter Lombardia Ciuitates.*

61 *Imperator in Duces Mediolani transtulisse non censetur, suum supremum ius, cum illud ab eo non possit separari.*

62 *Dux Mediolani quò ad iuramentum fidelitatis Imperatorem recognoscit: Ea propter, in assensu Imperatoris illud semper intelligitur reseruatum, etiam si de eo nulla mentio facta sit.*

63 *Iuramentum fidelitatis per specialem procuratorem præstari potest, prout ità seruatur in praxi.*

64 *Imperator in territorio Ducis, quem inuestiuit de mero, & mixto Imperio, omnimodaque Iurisdictione, & regalibus quibuscunque (prout in Duce nostro Mediolani) Iurisdictionem non habet, nisi quò ad iuramentum fidelitatis.*

65 *Forma iuramenti quomodò præstanda remissiuè.*

66 *Iuramentum Homagij, ac ligij sit, & præstatur flexis genibus coram Principe complicatis manibus cum manibus Domini.*

67 *Imperator, vbi pro exercitu, & corredo Imperiali exercitum competentem non habeat, potest à Vassallo (in subsidium) brachium implorare.*

68 *Tituli decretorum quibus Vicarij Imperiales, & Duces Mediolani vtebantur, qui sint.*

69 *Inscriptiones, quibus vtebatur Carolus Quintus Imperator in eius litteris.*

70 *Tituli litterarum Senatus nostri, quibus hodie vtitur, quomodo concipiantur.*

PRÆLVDIVM PRIMVM.



RACTATVI LITTERARVM, & mandatorum Principum operam daturus, initium faciẽdo à D.O.M. (cum sine illo nil rectè agi possit) vt per *Bal. in 2. par. Cod. in rubr.* Omnia enim, quæ gerimus, nisi legitimum initium habeant, inanem actum efficiunt, vt in l. quæcunque gerimus. de act. & oblig. Ea propter Diuino implorato præsidio, Virginisq; Mariæ totius orbis Imperatricis Serenissimæ, I.C. sententiã aggrediar in l. 1. ff. de origine Iur., vbi nos docet, quòd in pertractandis alicuius materiæ titulis, à præludiorum loco incohandum est, quam Præses Osasc. & Thesaur. in suis decisionũ præludijs, & alij Optimi Doct. imitatunt, cũ libentius nos ad lectionẽ prouocent, docilesq;, & attentos reddẽtes, secundum *glo. in proemio inst. in princ. & per Dec. in l. benè est.*

benè est in secunda lect. ff. si cert. pet.

1 Regulariter. n. præludia habere dicuntur ea, quæ ordinem in se habent, vt *per Senat. Iacobut. de Franchis in suo tract. de feudorum vsu, & ibi scribentes notant. Mantic. de coniect. vlt. vol. in princ. Gasp. ant. Thes. q. foren. in præfatio. plerunq;* enim præludia demonstrationis, & finalis causæ vim *ostendunt*, *vt per Iacobut. loco citato n. 2. Rot. Romana per Farinac. in Crimin. dec. 300. n. 4. Præses Bellonus cons. 28. n. 26. Molfes. ad consuetud. Neap. par. 4. tit. de renũt. tom. 2. q. 1. n. 10. Marchisel de q. Iur. q. 115. n. 3. Moneta de comutat. vlt. vol. cap. 4. q. 2. n. 22. Ludouis. Pontifex dec. 531. n. 5.* sequitur ideò, vt videamus causã finalẽ scilicet, quã interpretationẽ recipiant litteræ, & mandata Principũ, & quã vim, & effectũ habeãt, & quænã praxis in illis seruãda sit, prout suis titulis (Deo fauẽte) explicabimus.

In primis igitur sciendum est.

2 Omnes litteras, seu rescripta Senatus nostri amplissimi emanare sub Regis Hispaniarum nomine, vti Mediolani Ducis, quod in primordio ipsarũ litterarum ponitur hoc modo videlicet.

Philippus IIII. Hispaniarũ &c. Rex, & Mediol. Dux III. &c. vt eleganter tradit *Odd. de fideicom. par. 1. q. 30. n. 145. circa med.* vbi in specie hoc notat, & ante cũ *Cõrad Lauden. in suo templo omn. Iud. cap. 1. de Imperat. §. 4. lib. 1. vers. 6. rescripta concedit &c. n. 2. circa med.* & sic sub nomine Regis emanant. *Borell. de Reg. Cath. præst. cap. 62. n. 72. per Caranit. ritu. 260. n. 4. & seq. Thes. dec. 99. n. 10. Pellicia ad cõsuetud. Auersan. cap. 11. n. 76. Io. Griuell. in dec. Sen. Dolani 72. n. 22.* Quod intellige quando istæ litteræ emanant in hoc dominio, & inter subditos, secus verò si ad aliquem Principem, vel Magistratũ extrà dominiũ Mediolani, nã eo casu hæ litteræ, fiunt sub Senatus nomine, iuxtà formam traditã *in ritibus Cancell. Sen. nostri, in primordijs §. si quãdo &c.* Idem notatur in inscriptionibus litterarũ, quæ nomine Senatus nostri scribuntur, regulariter. n. non subditus non tenetur Regi obedire. *vt per Brun. tit. de heret. cap. 17. n. 23. cũ seq Franc. Marc. q. De final. 68. n. 1. circa med. par. 1. Mastrill. decis. 283. n. 8.*

3 Quod quidem obseruatur etiã in sententijs, & alijs prouisionibus quæ à Senatu nostro proferuntur, vt per *Afflict. dec. 383. n. 8. Marant. suo specul. par. 6. princip. de appell. in 2. actu n. 240. Lauden. qui supra dicto §. 4. vers. sententiam inappellabilem n. 1. in fine Thes. dicta dec. 99. n. ... Molphes. cons. 47. n. 9. circa princ. tom. 2. Borell. qui supra dicto n. 72. Griuel. d. dec. 72. n. 22. idẽ in proclamat. quæ per Excellentiss. Proregem,* & Gubernatorem nullrũ emanant. *Bald. in l fin. C. de legib.*

4 Senatus igitur noster Regẽ Hisp. repræsentat, vti Mediolani Ducem, vt per *Præsidem Menoc. de arbitr. Iud. cẽt. 1. li. 2. cas. 68. n. 33. Conr. qui sup. tit. de Præside, & Senat. lib. 1. cap. 7. n. 8. circa fin. Dec. cons. 200. in fi. Senat. Clar. sua praxi Crim. q. 24. §. fin. vers. est etiã circa prin. & ibi moderni notant, Odd. d. q. 30. n. 45. Ripa sing. obser. 86. n. 2. & 87. n. 2. per Natt. cons. 341. n. 7. Bimius cons. 311. n. 7. vol. 4. Borell. d. cap. 62. n. 120.* quod intelligas, vt per *Afflict. dec. 120. n. 6. Gram. dec. 76. n. 33. in fine Molphes. cons. 47. n. 9. tom. 2. Mastrill. de Magistr. par. 2. lib. 5. cap. 8. n. 2 & decis 66 n. 17. & 291. n. 26. Io. Griuell. in decis. Senat. Dolani 72. n. 18. & 25. & decis. 112. n. 2. idem dicitur de* Senatu Hispaniæ, vt per *Vazquez. cons. 94. n. 3. & cons. 70 n. 59.*

5 Regulariter. n. Sen. Mediolanensis vices, & voces Principis gerit in hac Prouincia *Cranet. cons. 198. n. 7. circa med. Franc. Marc dec. 316. n. 12. par. 1. Thes. dec. 232. n. 2 Boss. tit. de Principe n. 89 Clar d. §. fin. q. 94. vers est etiam &c Bimius cons 243 n. 20 vol. 4. Mastril decis. 145 n. 4. & tract. de Magistratibus lib. 5. c. 8. n. 2. par. 2. Afflict. d. dec. 120 n. 6. Molphes qui supra tom. 2 in proemio q. 5. n. 10. Vasq. lib. 1. controu. Ill. c. 36. Griuell. d. decis. 72. n. 24. & 25. Marius Mnta decis. 44. n. 22. idem Mastril. decis. 205. n. 14. circa med. Petrus de Gregor. tit. de Ind. caus. q. 50. vers. Tertiò* aduertendum est, eam ob rem.

6 Senatui nostro Excellẽtissimo Cæsare Maiestas, & Princeps remiserũt omnia ad iustitiam pertinentia, & ità Senatus omnia disponere solet, vt per Senatorẽ *Boss. d. tit. de Principe n. 87. circa med. & n. 88. ac etiã n. 217. sed melius per Clar. d. q. 94. §. fin. vers. est etiam, & ibi Galdericus Baiard. & alij moderni Conr. Lauden. d. tit. de Præside, & Senat. n. 11. Odd. de fideicom. d. q. 30. n. 144. & seq. ita etiam cauentur ordines Caroli V. Imp. Vormatia dati, sub die 6. Augusti 1545. vers. Il Gran Cancell. circa fin. per const. Mediolani in tit. de Senatoribus §. habeatq; idem Senatus &c. circa fin.*

7 Senatus. o. noster maximã habet auctoritatẽ, & eã, quam habet ipsemet Rex Hisp. circa iustitiæ administrationẽ. & ad ius reddendum in hoc Mediolanensi dominio, vt egregiè notat *Odd. qui supra d. q. 30. n. 145. par. 1. de fideicom. Boss. tit. de homicid. n. 76. in fin. Molphes. ad consuet. Neapol. in proœm. tom. 2. n. 6. Griuell. d. decis. 72. n. 18. & 25.* per Senatum .n. omnia videtur act. .ac si speciale mandatũ à Rege emanasset, *Mastr. decis. 291. n. 27. Boss. d. tit. de Principe n. 89.* quicquid enim sanxerit Senatus noster parem vim habet non secus, ac si a Principe factum fuisset *per Cas. const. d. tit. de Senatoribus §. penult. Conr. qui supra d. tit. de Præside, & Senat. n. 11. circa fin.*

8 Ideo hac ... ne, cu Sen. ipse Regẽ repręsentet, dũ eidẽ porrigũt preces, Maiest... nõie decoratur, & Potẽtissimi Reg. tit. in precibus ĩscribitur *Borell. de Reg. Cath. præstãtia cap. 60. n. 32. per Io. Redin. de Maiest. Principis in ver. Maiestatem n. 34. & 50.* prout etiam dicitur de Maiestate Prætoris, vt *in l. si familia ff. de Iurisd. omn. Iud. ibi prætoria Maiestas &c. Marian. Socin. sen. cons. 22. n. 4. vol. 1. Conr qui supra cap. 1. §. 1. in verbo Orbem vniuersum n. 6. lib. 1.* & hoc quidem cum Senatus noster Regẽ repræsentet vt supra diximus.

9 Si quidẽ. n. Sacræ Maiest. nomen Regi nostro conuenit. ideò nõ mirũ si & Senat. nostro cõscribitur. vt illũ repræsentanti, sicuti in iure dicimus, accessoriũ sequi naturam sui principalis, vt per *Hier. de Monte in suis q. quæs. 4. Mastrill. decis. 115. n. 6. Borell. cap. 16. n. 40. de Reg. Cath.* adeo. n. Cath. Regis nostri auctoritas suprema est, quod ei peculiari tit. Sacr. Reg. Maiestatis insignitur, vt egregiè notat *Borell. qui supra de Reg. Cath. præst. cap. 60. n. 1. & 32. per Ioanem Redin. de Maiestate Principis in ver. Maiestatẽ n. 34. & 50. Marin. Frecia de subfeudis Baron. lib. 1. tit. de offi. Magni Cancellar. sub n. 26. 27. & sic cũ* Senatus Principem repræsentet, vt *per Bim. cons. 311. n. 7. vol. 4.* ideò Maiestatis nomine decoratur.

10 Maiestas. n. dicitur in iure suprema potestas, ideò honoris, & decoris maxima dignitas, vt per *Borell. d. cap. 60. n. 26. per Diuum Thom. in commentarijs ad Hebreos c. 2.* Poetæ. n. asseuerant, Maiest. esse honoris ac reuerentiæ filiam, vt scripsit *Ouid. lib. 5. fast.* vbi inquit, per sequentia carmina.

His benè Maiestas armis defensa Deorum.
Restat, & ex illo tempore culta manet.

Idem scribit Plinius lib. 35. cap. 10.

11 Verùm Maiestas propriè per Anthonomasiam de Dei Maiestate intelligitur, à qua omne bonũ oritur, vt per *tex. in l. non distinguemus §. Sacerdotio ff. de arbitr. l. vnica. C. nulli licet, in fren. lib. 11. et Exodi cap. 40. Borell. d. cap. 60. num. 19. sic etiam.*

12 Maiestas Principũ per bonũ, & æquum conseruatur inesse, vt inquit *Alex. cõs. 123. lib. 4. n. 27. per tex. in l. ex facto ff. de vulga. & pupill. Bal. in l. 1. ff. de const. Principum Ias. in d. l. ex facto, & l. 1. ff. eo Bellamera decis 724. Bal. cons. 16. lib. 2. & cons. 277. lib. 3.* Verùm hæc subli-
13 mitas Maiestatis Sen. Hetruriæ, Pedemóntano, Ferrariæ, Mantuæ, Vrbini, Parmæ, Placẽtiæ, & similibus non tribuitur, cùm neq; eorum Ducibus tributa sit, solius. n. Celsitudinis nomine lætantur, quam vulgus

(Altezza) vocat, vt in ſpetie tradit *Borell. d.cap.60.n. 28.circa med.cũ n. ſeq.* Idẽ etiã dicitur in Ducibus Allobrogum ad *trad. per Theſ.in præf.deciſ.n.14.circa med.* per Bodinũ ibi, & ideo ſicuti Ducibus Maieſtas non conuenit, multò minus eorũ Senatoribus conuenire poterit, Nam propter quod vnum quodq; nõ tale, & illud multò minus, *arg. authen.multò magis C.de Sacr.Sanct. Eccl.Iaſ.conſ.16.vol.3.n.2.verſ.ſi ergo &c.* Vbi inquit, quod ſicut Marchiones ſũt ſolùm ſpectabiles ergo eorum Senatores erunt minus Illuſtres *Farinac. egreg. conſ.85.n.156.cum ſeq. vol.2.*

14 Senatus igitur noſter maius encomium, & dignitatẽ obtinet, quàm cœteri Senatus vices Ducum gerentes *Conr.d.tit. de Præſide, & Senatoribus lib.1.cap.7.n.9.* in fine ſicut.n. Regia Maieſtas Hiſp. maxima eſt, ità maiori encomio, & dignitate Senatus noſter decoratur, vt per eundem *Borell.d.cap.60.n.28.Farinac.d.conſ.85.n. 158.vol.1.* iuxtà etiã rubricam de maiorit. & obedient. quaſi maiorem locum obtinens *Coſta conſ.44.n.2.*

15 Verùm prænarratos Duces Sabaudiæ ſcilicet Florẽtiæ, Mantuæ, alioſq; Italiæ Principes religioſiſſimos ſẽper extitiſſe conſpicimus. *Borell.de Reg. Cath. præſtant. cap.20.n.43.& 44.* ſic etiam Philippus Rex noſter Catholicus, qui nedum in hæreticos, ac Reipublicæ Chriſtianæ hoſtes, ſed in Turcas, Mauros, Saracenos, Tartaros, maxima nedũ fortitudinis, ſed religionis, omniũq; virtutũ exempla tradidit, & anhelauit *Borell.d.cap.20. n.42.* ſic igitur.

16 Senatus noſter ſupremus dicitur, cũ à Maximo Principe poteſtatẽ habeat, & eius nomine ius dicat in cauſis per *tex.in l.fin. ff.de albo ſcribendo Martin. Lauden. in tit.de dignitato §.32.Coſta conſ.44.n.22.Borell.qui ſupra cap.60.n.6. & cap.47.n.40.* vbi inquit, maiore honorẽ debere ijs, qui electi ſunt à maximo Rege, vel Imper. ad dignitatem aliquam, quã ijs, qui ad eandem dignitatem ab alijs inferioribus electi ſunt, per *tex. in cap. per tuas de maiorit. & obedient.* & hoc etiam cum Senatus noſter ab Imper. poteſtatẽ habeat, vt ex N. C. *in tit. de Senatorib.* & ex diplomat. Caroli V. in proemio Conſt. etiã per Clarum *q.94.§. fin. verſ. eſt etiã. & ibi Baiard.*

17 & alij, tũ etiã cũ Senatui noſtro decẽ Ciuitates ſubijciãtur, & ideò maiorem dignitatem *præſefert. Conr. Laud. in dicto ſuo templo omn. Iud. in tit.de Duce cap.4.lib.1.n. 9.in fine, & n.10.Coſta conſ.44.n.22. circa fin. Farinac. conſ.85.n.58.vol.1.idẽ Conr.qui ſupra in tit. de Præſide, & Senator. lib.1. cap.7. n. 9. in fine* Mediolanum enim Vrbs Metropolis ſimul complectitur ſub dictione ſua decẽ Ciuitates ipſa Metropoli cõputata *Conr. d. tit. de Duce cap.4.lib. 1. n. 9. cum ſeq.* quibus adde etiã locum Pontremuli, vt etiã *not.Clar. ſua praxi crim.in §. fin.qu. 38.verſ.vidi aliquando circa fin.Reuer.Pater Morig. in ſumm.rerũ mirabil. Ciuitatis Mediolani lib.1. cap. 27.* vbi addit Opidum Caciaguerræ ibi contiguum, ac etiã

18 ſtãte † quod Regnum cenſeri poteſt quando ſub ſe habentur 10. vel 11. *Ciuitates. vt not. idem Farinac.d.conſ. 85.n.158.vol.1. idem not.Dec.in l.ſi eadem n.3.ff. de off. Aſſeſſo.Conr. qui ſupra in tit.de Rege cap.2.n.17.lib.1.§. 1.& in tit.de Duce n.9. Lud. Montal. in tract. de repreſentent.art.4.n.1.Alciat.in l.notionem ff. de verb.ſignif.*

19 Quod etiã colligitur in Regno Siciliæ, quod tantùm decẽ Ciuitates continet, ad *trad.per Borell. d.tract. de Reg. Cath. præſtan.cap.76. n. 10. & 11. tres ſcilicet Archiepiſcopales, & 7.Epiſcopales, Thom. Facell. Hiſtor. ſicul.Decad.1.lib.2. & 3.Franc.Gratian. in Comp. Iur. Can. par.3.diſtinct. 1.* Antiquitus autẽ pluſquã triginta Ciuitatibus Duces noſtri Imperabant, vt videre eſt in inueſtituris Imper. Vincislai, & apud Hiſtoricos Coriũ Morig. & alios, & præcipuè apud *Maynol. ſuo tract. de tit. Regis Philippi Auſtriæ in tit. de Duce Mediolani* in-

20 ter quas adeſt etiã Ciuitas Aſtenſis, in qua Duces noſtri Mediolanenſes Senatum erigere ſolebant ſecundum *Theſaur.in ſuis deciſ. præfatione n. 45. circa med.* & hoc à maximo Mediolani Duce anno M.D.XII. ne magna populorum impenſa Mediolanum accederent, vt per eundẽ *Theſaur.loco citato, videas eum, & Conr.Laud. in tit.de Duce n.10.c.4.lib.1.* & latius alibi dicemus &c.

21 Hic autẽ † Aſtenſis Comitatus dum erat Galliæ Regno vnitus, non iudicabatur Gallicis legibus, *ſi Borellio credimus in d. ſuo tract.de Reg. Cath. præſtan.cap. 46. n. 322.cũ ſeq. Brun.conſ.97.n.4.* immò neq; ſeruaſſe decreta Sabaudiæ, voluit ſola in *Conſt. Sabaudiæ in Decret. Yolant. par.1.gloſ.vlt.n.* 10. & Mediol. etiã ſeruatur, vt non legibus Hiſpaniæ, ſed iure cõmuni, vbi caſus ſint omiſſi à N. C. iudicetur Gallia ſuper *Conſuet. Alex. in*

22 *præfat.8. n. 94.* ſcriptum etiã legimus † Regem Galliæ Mediolanẽſia iura ceſſiſſe Carolo V. Imperatori max. vt apud *Borell.qui ſupra cap.46.n.279.quorum meminit Arnoldus Ferron.c.Hiſtor.Gall.lib.9.* rationes autẽ reddit idẽ *Borell.d.cap.46.n.274.vſq; ad d.n.279.vbi vide.*

23 Per ipſum autẽ Regẽ Galliæ Senatui noſtro (in ſtatutis Mediolani) Sacri Conſilij nomen conſcribitur, vt videre eſt in ſtatutis noſtris *in cap.pri.vol.2.& cap.151. eod.vol.idem dicitur de Sacro conſ. Neapolit. vt per Borell.cap.60.n.18. d. tract. de Reg. Cath. præſtan.* eodem encomio Sacri Sen. vtuntur Pedemont. & alij inferiores, vt apud *Theſaur. in primordijs ſuarũ deciſ.n.7.* ideò maius encomium Senatui noſtro debetur, cum ſupremus ſit vt ſupra latius probauimus *nu. 14. & 15.*

24 Rex autẽ noſter Potentiſſimus, Senatores Mediolanenſes, Conſiliarios ſuos vocat. & ſpectabiles, ac fideles, vt in litteris Regijs in Conueni. Tomat. datis ſub die 17. Aprilis 1581. & nouiter impreſſis in additionibus Decretorum Senatus noſtri, in quorum etiã decretorũ Senatus editione, in primordijs legitur.

25 Senatui noſtro ſacratiſſimi nomen additũ eſt, vt colligitur in ipſis nouiſſ. impreſſionibus Decretorum in *princ.& Sacroſancti per Coſtã traditur ſuo conſ.19.n.24. in fine.* Nam ſicut alijs Senatibus inferioribus titulus Sacri tribuitur, ita & Sacratiſſimi nomen huic Senatui Mediolanenſi noſtro cõuenire cenſetur, cum ſupremus ſit. Item dicitur excelſus, vt per *Ripam obſer. 86. n. 2. ſingul. obſeru. Coſta d. conſ. 3. n. 11.* per illud axioma. propter quod vnum quodq; tale &c. *Iaſ.d.conſ.16.vol. 3. n. 2. per tex. in cap. cum in cunctis de electione facit Coſta conſ. 44. n. 2.*

Quis enim ita facer, qui ſacra colat, qui ſacra extollat, qui ſacra tueatur, qui leges ſacras ſubditis tribuat, vt Senatus noſter Sacratiſſimus? ſic etiam Principum Romanorum reſcripta ſacra, oracula dicebantur, quinimmò eorum iuſſa eorum ore prolata, & abſq; reſcripto, & annotatione emanata oracula appellabantur, *vt in tex. l.fin.C.de diuerſis reſcriptis, & in l. iubemus C. de Sacr.*

26 *Sanct. Eccl.* † Regulariter.n. Princeps, & Senatus dicitur optimus, maximus, prudentiſſimus, & Sacratiſſimus. *per tex.in l. Titia §. fi. de leg. 2. Guliel. a Perña Syrac. ſuo tract.de Principe. nu. 7. l. quæro ff. de naturalib. reſtitu.ſummi, & Sanctiſſimus, vt per Guliel. ibi de Prin-*

27 *cipe n. 7.* & tantæ eſt auctoritatis Senatus noſter, vt etiam legem condere poſſit, nemo eſt, qui ambigat, ad tradit. per *D.Card.Tuſc.in ſuis concl.iuris concl.100.n.1. in littera S.in verb.Senatus Mediolani.per tex. in l. non ambigitur ff. de legib. Theſaur. in deciſionum præfatione n.32.Clar. in ſua praxi crim. §. fin. q. 38. verſ. vidi aliquando, circa med. & ibi Baiard.* & alij, quibus adde ex recentioribus *Oddum de fideicom.q.30.n.144.cũ ſeq.par. 1. Alba. conſ.226. par. 2. Goffred. in tit. de Conſt.n. 10. Crau.conſ.135.n.2.Surd. conſ.152.n.20. & conſ.210. n. 25.vol.2. Franc. Marc. deciſ. Delphin.q.419.n.5. & q. 626.n.1.par.1.Crau.conſ.144.n.20. circa med.*

28 Amplia, idem procedere ſi deciſio Senatus noſtri contra cõmunem opinionem contraria ſit, vt per *Card. Tuſc.d.concl.100.n. 3.per eundem Clar. in §. ſodomita.n. 6. verſ.* Item ſodomita &c. vbi inquit, quòd licèt bona ſodomitorum ſint confiſcanda ſecundum magis communem Doct.opinionem, attamen Senatus noſter contrarium declarauit, adeoq; talis declaratio debet pro

lege

lege seruari, idem colligitur ex Ordine, & Decreto Senatus nostri diei 14. Iulij 1563. verùm ibi legitur hoc decretum ità emanatum fuisse, attenta tali obseruantia in huc Dominio, videas ibi in Decretis antiquiorib.

29 Declara primo, quod etiã decisiones Senatus nostri pro legibus seruantur in hac prouintia, vt per Clar. d. §. fin. q. 38. vers. vidi aliquando &c. circa med. Thesaur. in d. præfatione suarum decis. n. 32. vide etiã in præludio 4. infra n. 6. & 17. Card. Tusc. concl. 100. n. 2.

30 Declara secũdo prædicta intelligenda esse in his quæ ad iustitiæ administrationem pertinent, & decisionem causarũ, vt per D. Præsidem Menoc. in tract. de arbitr. Iud. cas. 68. num. 33. Odd. de fideicom. d. q. 30. num. 144. par. pri. per Cæs. Const. de Senatoribus §. habeatque ibi quæ ad iustitiã &c. Grinell. d. decis. 72 n. 21. in decis. Sen. Dolani, maximè cum iure Principis supremi fungatur Borell. qui supra cap. 31. n. 32. Brun. cons. 41. n. 21. Osasc. decis. 1. n. 44. circa med. Borell. cap. 66. n. 44.

31 Declaratur tertio Senatum nostrũ non se intromittere circa ea, quæ respiciunt supremum gubernium, nec circa gratias delictorum, vt not. idem D. Card. Tusc. d. concl. 100. in fine p Clar. q. prædicta 38. § fin. n. 22. vers. sed quid si Iudex &c. idem cauetur ex Cæsar. Const. in tit. de Senatoribus §. fin. in fine, ibi Senatus tamen deli-
32 ctorum remissiones &c. † verũ Senatus Pedemontanus legem condere non posse, tradit Thesaur. in præfat. prædicta suarum decisionum n. 31. Rebuff in l. non ambigitur ff. de legibus Osasc. decis. 1. n. 43. & 44. & est expressum in nouell. Imper. Leon. 78. l. 1. & fin C. de ll. nam attenditur præsẽtia, & absentia Principis, vt per eundẽ Odd. de fideicom. d. q. 30. n. 144. Osasc. d. decis. 1. n. 43. cũ
33 seq. Grinell. d. decis. 72. n. 21. † & nõ posse legẽ condere. Senatũ Regni Siciliæ tradit Mastrill. de Magistratibus cap. 15. n. 64. lib. 5. par. 2. Regius. n. assensus, eo casu requiritur. Cancer. var. resolutionum. lib. 2. n. 1. cap. 1.

34 Ideò cum Dux Mediolani sit antiquior, & maximas possideat Ciuitates, præfertur Duci Sabaudiæ, etiam in eundo, & redeundo, vt per Boss. in tit. de Principe n. 313. idem not. Apost. ad Stat. Mediolani vol. 1. in princ. in
35 verbo Dux Mediolani. n. 12. † Ideò Senatui nostro cũ sint remissa omnia ad iustitiam pertinentia, vt suprà diximus n. 5. & 30., Is eadẽ ratione vtitur plenitudine potestatis in his, quæ ad iustitiã pertinet in hoc Dominio Boss in d. tit. de Principe, & priuilegijs eius n. 87. & 88. cum seq. Clar. d. §. fin. vers. est etiam q 94. & per N. C. d. tit. de Senatorib. §. Habeatq; ibi in his quæ ad iustitiam pertinet prouideri &c. Conr. Land. qui sup. in tit. de Præside. & Senatorib. n. 11. Regulariter enim plenitudine
36 potestatis, vti potest Princeps per suos Consiliarios, ac Vicarios, sicut per se ipsum, vt tradit Crau. cons. 135. n. 4. Bal. cõs. 267. lib. 1. & cons. 457. lib. 5. & cõs. 359. lib. 4. †
37 pariq; ratione Senatus noster derogandi, & dispensãdi contra leges, & statuta potestatem habet. Menoch. de præsumpt. præsumpt. 10. n. 17. lib. 2. Boss in d. tract. de Principe, & priu. eius n. 87. cum seq Plot. cons. 17. n. 62. in fine, & in ipsis Cæsar. Const. d. tit. de Senatorib. §. Habeatq; idẽ Senatus &c. circa fin. Belling. in tract. de Principe in rubr. 24. n. 5. facit decis. Mastrill. 291. n. 26. Grinell. in decis. Sen. Dolan. 72. n. 24. & seq. secus autem est in Magna Reg. Curia Siciliæ, vt per eundem Mastrill.
38 decis. 261. n 96. et 98. cum seq. † Ideò Senatus noster prouisiones facit, ac rescripta concedit absq; causæ cognitione, & expressione, Borell. qui loquitur in Principe d. tit. de Regis Cath. præstan. cap. 62. n. 121. Innoc. in cap. ad aures de tempor. ordin. Panor. in cap. si quando in fine de rescriptis, eodẽ igitur modo potest Senatus noster (vti Principem ipsum repræsentãs) eas prouisiones facere, vt per eundem Borell. loco citato Menoch de arbitr. Iud. cas. 68. n. 33. centur. 1. & latius diximus supra n. 4. maxi-
39 mè cum † Princeps, & Senatus semper ex iusta causa rescribere dicatur, vt per Guliel. à Peña Syrac. suo tract. de Principe n. 99. idem not. Thesaur. post decis. 57. in cons. filij sui Gasparis Antonij. n. 6. idem dicit Laratha. cõs. 2. n. 66 per glos. in l. relegati ff. de pœnis. Verùm hoc intelligendum est in his, quæ iuris positiui sunt, non quæ naturalis, diuini, vel gentium. Peregr. de fideicom. art. 52. n. 149. per Bald. & Ias. in l. si testamentum C. de testam. idem not. Gail. practicarum obseruat. lib. 2. obseruat. 58. n. 1. & bi n. seq. declarat, idem intelligendũ esse quãdo Princeps, vel Senatus aliquid concedit proprio motu, secus si ad postulationem partis hoc fiat, quo casu iusta causa in Principe contra ius positiuum disponente non præsumitur, vt per Gail. loco citato, idem not. Præses Menoch. de præsumpt. lib. 2. d. præsumpt. 10 num. 32. Ratio ea esse potest quia per importunitatem potius petẽtium videtur Senatus facere, quàm quod ità esse agendũ scribat, vt per eundẽ Gail. d. obseruat. 58. n. 2. circa med. lib. 2. Menoch. d. præsumpt. 10. n. 33. lib. 2. vbi Menoch. alios 4. casus ponit, à n. 24. vsq; ad n. 33. prout etiam vbi appareret non ex causa motum fuisse, rescriptũ nullius roboris existeret, & momenti. Peregr. d. art. 52. n. 150. Abb. in cap. per tuas col. 11. de arbitr. cum etiam Senatus vbi non concẽdẽda cõcedat per importunitatẽ cẽsentur extorta. Card. Tusc. pract. concl. Iur. concl. 219. n. 23. per Zabarell. cons. 143. ideò impugnari possunt ex defectu intentionis rescribentis Card. d. conclus. 219. num. 33. Gail. d. obser.
40 58. num. 3. lib. 2. † Senatus noster æquo patitur animo, si rescriptum quod iniustum continere videtur, executioni nõ mandetur, sed altera expectatur iussio, vt per Gallsã cõs. 121. n. 39. & 40. idem not. Card. Tusc. d. pract. concl. Iur. concl. 219. n. 42. Roman. cons 436. n. 19. in fine cap. cũ teneamur de præbẽdis in 6. per Zabarell. cõs. 142. n. 4. in fine Oldradus cons. 22. circa finem. tex. est Clarus in cap. si quando, & ibi Abb. Felin. & scribentes omnes de
41 rescriptis † & nedum statutis Senatus noster derogare potest verùm etiam, & fideicõmissis absq; Regis nostri Potentissimi delegatione. Oddus de fideicõmissis d q 30. n. 146. par. pri. Peregr. de fiddeicom art. [illegible] circa med. Alex. cons. 2. n. 59. circa fin. vol. [illegible] adhoc &c. Verùm Senatus solet hoc concedere habita prius ipsius causæ cognitione, ideò prius [illegible] intimari, vt ex ritibus Cancellariæ, quæ forma ad vnguẽ
42 seruanda est, † Hocq; ordine seruato, Senatus etiã potest circa bona fideicõmissaria dispensare, vt fieri possit cõmutatio, de re ad rem in fideicõmissi vtilitatẽ. Peregr. de fideicommiss d. art. 52 n. 59. in fine, & seq per Reg. Cõsiliar. Cappic. decis. 108. in fine, & ità pluries obtinui.
43 † Idem Sen. noster legitimare potest naturales, & spurios, etiam extantibus legitimis, vt per eundem Peregr. de fideicom. art. 23. n. 57. Alciat. cõs. 6. n. 12. lib. 3. Alex. cõs. 187. n. 11. vol. 5. & cons 188. n. 17. eod. vol. Borell. cap. 35. n. 3. & 7. de Reg. &c. Ias cõs. 68 col. 4. vol. 3. & cons. 110. lib. 4. Ruin. cons. 87 n. 1. vol. 3. Verùm Senatus noster litteras patẽtes Comiti Palatino solet cõcedere, vt ad primæua naturæ iura reducere, omnemq; illegitimi coitus maculã abstergere possit, itaut legitimatis melioris conditionis fieri non debeat prole legitima, & prout latius ex ritibus Cancellariæ Senatus nostri in verbo legitimatio &c. vbi etiã aliæ formulæ tradũtur &c. potest enim Senatus hoc mandare dictis Comitibus Palatinus ab Imper. tamẽ auctoritatẽ habentibus, vt not. Alex. d. cons. 187. n. 12. vol. 5. & alios per eũ ibi allegatos, & relatos, & licet Catell. Cotta in verb. Imper. ad fin. & in ver. Mediolanũ circa finẽ asserat, Imper. nõ posse legitimare in terris huius Ducatus in præiudiciũ Ducis, vel agnatorũ legitimantis, eis saltem nõ citatis, vel consentientibus, attamẽ solet huiusmodi priuilegia cõcedere, nam Dux noster per iuramentũ fidelitatis Imper. recognoscit, vt diximus supra, & latius dicemus infra n. 56. & 57. De iure enim Imperator in hoc dominio legitimare potest attenta eius superioritate, vt egregiè Peregr. d. art. 52. n. 158. in fine per Aret. cons. 58. col. 2. & per Natt. cõs. 580. Potestas. n. q̃ antiquitus Præfecti prætorio erat
44 tributa, hodie † Senatui cõcessa dicitur, & sic Senatus in locũ ipsius Præfecti prætorio successit, eiq; Excell. tit. tribuitur, Mastrill. de Magistratibus cap. 8. lib. 5. tom. 2. n. 2. & n. 25. per tex. in l. 1. C. de sent. præfecti prætor.

Oram.

Gram.dec.62.n.31.in fin.Frac.Marc.dec.73.n.4.& 75.
n.5.par.pri.Giud.Pap.dec. 29. per tex. in auth. qua supp.
C.de pracib. Imper. offeren. Vnde Imperator Præfectū
prætorio decorare solet titulis, & epithetis præclaris
Excellentiā ei attribuendo, vt in *l.1.C.de offic.Præfecti*
pratorio off.& in l.nemini C.de Aduoc.diu.Iud. Ant.So-
la ad constit. antiq. Sabaudia in tit. de concl. in causa in
45 *glos. 1.partis n.6.* Ideòque merito † Senatus noster
Excellentis. Epitheto decoratur, maximè cum supre-
mus sit *Borell.qui supra cap.60.n.6.& cap.47.n.4.Conr.*
Lauden.in d.tit.de Præside.& Senatoribus lib.1.c.7.n.9.
46 *in fine* † & cū Senatus noster Principem repræsentet
non ligatur eius legibus, & exemplis, nec statutis cū
lege positiua solutus sit *Boss. tit. de homicidio n. 43. &*
764.Petr.Grego.Tholosan.in ca.1.de constitut.n.4.circa
med. Alexā. in l.Princeps ff.de legib. Alciat.cons.33.vol.
6.n.3.Menoch.cons.1.n.412.Rimin.iun.cons.46.n.126.
Mastrill.dec.291.n.14.Dec. in cap.1.de probat.Rol.cōs.
52.n.57.lib.3.Crauet.cons. 135.n. 31. Verùm intellige
quoad vim coactiuam non quoad directiuam vt per
Senatorē nostrū *Bellon.in suo 2.trac.de potestate eorum*
qua incont.fiunt cap.134.n.2.circa med.lib.2.Milian.in
cap.1.n.15.de constitut.per Fachineū lib.1.contron.Iuris
cap.2. limita etiam prout in præludio 4. n.21. circa med.
& licet.
47 Senatus noster solutus sit legibus attamē secundum
eas viuere profitetur *per tex. in l.digna vox, & d. l.*
Princeps C. de legibus Farinac. cons.185.n.5.vol.2. Dec.
in d.cap.2.de probat. Borell.qui supra cap.31.n.38. Vnde
Antonius in Pittaci sententijs rectè inquit.
Pareto legi quisquis legem sanxeris.
48 Quinimmo Senatus ipse est legum obseruatissimus
Gallia d. cons. 121. n. 43. Costa de facti scien.& ignor.
post dist. 19.in alleg. sur.Coram Senatu nostro num.fin.
prout etiā lex animata dicitur in terris, per Guliel. a Per
ña Syrac. in tit. de Principe nu. 5. per auth. de consul.in
fine Costa cons. 75.n.16.in fine lib.1.d.l.digna vox.C.de
legibus, & in causis appellationum etenim leges primi
sunt Rip. singul. obseruat.lib.1.obser.87.n.5. Natt.cons.
*573.n.35.vers.*Nam cum Senatus &c. *Surd.cons.266.*
n.13.vol.2. Senatus .n. noster consueuit causis appel-
lationū coram se vertentibus diligentius sinit tam respe-
ctu iustitiæ, quā rectitudinis processus, & examinare,
& perperam factum reuocare *per tex. in cap. veritatis*
vers. Nos igitur videntes &c. *de dolo, & contum. cap.*
Ad sedē de restit.spoliat. Postquā .n. sunt causæ in Ex-
cellentissimo Senatu commissæ, si in illis iuris ordo
omittitur, facilius impugnantur quàm aliæ *Vant. suo*
*tract.de nullit. in tit.*an quælibet sententia impugnari
possit *n. 23. & 24. per Rot. Rom. dec. 670.,* in his enim
causis appellationum seruatur ordo iudicij, etiam
coram illo Senatu, producitur enim libellus, & præ-
statur fideiussio, vnà cū iuramento ad formam *N.C.in*
tit.de appell.§. teneatur appellans &c. prout etiam ca-
☞ uetur ex decreto Senatus anni 1560.26. Nouembris
in ordinibus per eum æditis, statim enim, atq; coram
eo causa introducta est, iudicat tamquam Iudex ap-
pellationis ad formam *N. Const.in tit. de Senatoribus*
§.Insuper cognoscat &c.tamē in casibus in quibus ap
pellari potest, prout latius notatur *in d.§.* Insuper co-
gnoscat, quem citat idem Polydorus. Ripa dicta sua
obseruat.87.n.4. vide Vant.n.23. Boss. in tit. de Principe
n.75.& 76. & nō solùm legum immò, & iustitiæ per-
petuus cultor & æquitatis amator est vnicus. vt per
eundem *Costam qui supra in dicto suo Responso coram*
Senatu Mediolanensi n. 46. Ideò.
49 Senatus noster est omnium pater iustus ac clemens,
vt per *Peregrin. de fideicommiss. d. art. 52. n. 119.* qui-
nimmò quotidie mandat Iudicibus, quòd iustitiam
vnicuiq; faciāt, solēnitatesq; iuris supplet actum quæ
nullum ex defectu solemnitatis instaurat. *Ioseph.*
Lud. decis. 17. n. 11. leg.meminerint C.unde vi. Rugin.
pract.q.cap.1. n. 136. & n. 57. alijsq; normam tribuit
Cauagnol.in dec. consule.lib.2.dec. 88. n. 5. & cum ipse
author iuris sit ab eo iura nascuntur *Roffred. Beneuent.*
de ordin. Iud.par.8. in rubr. de constitut.meminerint n.
13. propterea legibus, & virtutibus, insequendū est
50 sic enim Senatoris dignitas virtutis est præmium, vt
inquit *Conr.d.tit.de Præsid. & Senatoribus cap.7.lib.1.*
n.7.circa med.& in §.3.ca.1.vers.22.n.10.facit l.omnes
vbi glo. C.de Decurion.lib.10. Budæus in annotat.l.vlt.
ff. de Senatoribus, ideò pauca etiam de Ducatu, & de
Ducibus Mediolani agemus.
51 Ducatus igitur Mediolanensis ob mortē Ducis Fran-
cisci Mariæ a.Mediolani, Ducis, ad Sacrū Rom. Impe
rium deuolutus fuit, & per Carolū V. scilicet Impe-
ratorē. Inuictissimus Rex Philippus filius, vt per *Borell.*
d.tract.de Regis Cath.præstan.cap.46.n.261.& 262. vbi
fusius historia hanc recēset, videas eum, *& Conr. Lau-*
den.d. tit. de Præside, & Senatorib. n. 3. in fine Horat.
Carpan. ad Stat. Mediolani vol.1.in princ.in verb.Dux
Mediolani n.1.Castellan.Cott.in verb.Mediolanum ad
fin. Borell.loco citato n. 274. & 275. ideò cum fuerit
translatus in Potentissimū Regē Hisp. iure meritò †
52 Rex noster vti Dux Mediolani potest in suo Ducatu,
quā Imperator in Imperio, vt per *Præsidē Bellon.cons.*
suo 14.n.10.vol.1.Castr.cons.34.vol.2.Rimin. sen.cons.
103.n.19.Borell.qui supra cap.48.n.9.Curt.iun.cons.61
n.9.& cōs.66.col.3.Rip.lib.2.de rescript.respons.3.col.fi.
Ias. cons.101.n.2.vol.4.Dec.cons.403.n.7. Horat. Car-
pan.ad stat. Mediolani vol.1.in princ. in d. verbo Dux
Mediolani n.5. & 6. Castellan.Cott.in d.verbo Medio-
lanū Boss. in tit. de crim.las.M.n. 54. & 55. & in tit. de
Regalibus n.36.Osasc.dec.139.n.15.et dec.154.n.1. Et sic
53 etiā Dux Mediolani confert regalia, feuda concedit,
Præsides, & Senatores deputat, ac etiam Magistratus
creat; *Conr. Laud.in d.tit. de Præsid. & Senat. & in tit.*
de Duce cap.4.n.11.& 12.et n.14.cap.1. vbi Bald. de his
qui feud.dar.poss.Franc. Marc.q.87.n.8.par.1. Bart.in l.
prohibere §.planè ff. quod vi, aut clam, & sic regulariter
54 etiam Dux Mediolani iura Imperij habet in suo Du-
catu, & vtitur regalibus, vt in specie *Not. Sen. Franc.*
Marc.dec.Delphin q.618.n.6.par.pri. Castrens. d. cons.
34.vol.2.in fi.Borell.qui sup.c.5.n.14. Menoch.cons.126.
n.27.vol.2.Card.Paris.cons.1.n.25.Bursat.cons.4.n.21.
Conr.in d.tit de Duce nu.11.12. & 14. Verum declara
obseruantionem *Ripæ 86. n.5.* vbi quod Dux Medio-
lani non recognoscit superiorem dicta .n. regula fallit
quò ad iuramentū fidelitatis, cum Mediolanū feudi
ratione Imperio sit obnoxium, vt per *Maynol. de tit.*
Philippi Austry in tit. de Ducatu Mediolani col.3.
55 Et licet Dux Mediolani quò ad fidelitatis iuramentū
Imperatorē recognoscat *Castald.de Imp.q.110.col.pen.*
attamen nullam ibi exercet iurisdictionē, cū totaliter
illam in ipsum Ducem transtulerit. *Castrens. in d.cōs.*
34.vol.2.n.fin. circa fin. in noua Impressione, attentis
illis verbis priuilegij, vt ibi notatur scilicet, & gere-
re, & facere in Ducatibus Mediolani, quę nos, & Ro-
☞ mani Reges, & Imperatores gerere, & facere, & ex-
pedire possemus, etiam de plenitudine potestatis, idē
notat *Conr. Lauden.in d.tit.de Duce n.11. circa med. &*
etiam in cap de Rege.§.,n.1.cum seq. videat etiam ibi in
§. 4.per totū Socin.iun.cons.98.n.22. vol.3. Franc. Marc.
d.q.618.n.6.par.1. vt etiā ex Inuestituris factis per Vin
cislaum Imperatorem fauore Ducis Ioan. Galeaz Vi-
cecomitis ann.1395. & 1396. apparet. de Iuram. fidel.
Ducis nostri, tradit *Agndin. de iure nouissimo in tit. de*
Principe, et suprema potestate cap.2.circa med.Boss.d.tit.
de Principe n.82.circa med. per Fely.in cap.qua in Eccle-
siarum de constit. Mainold.dicto tit.Philippi Austry, de
Duc.Med. Horat. Carpan.ad Stat. Mediolani vol.1.in
ver. Dux Mediolani n.4 & 5. Bald.cons.410.n.10.vol.
5.Boss. tit. de crim. las. Maiestat. n. 54.
56 Licetq; Ducatus Mediolani cōcessio, ad Imperatorē
spectet, attamen in ipsa cōcessione fuerunt translata p
Imper. omnia iura Imperialia (etiam alias reseruata
de

de iure) in nostrũ Mediolani Ducem, secundũ D. Alciat. cons 9. n. 13. lib 3. Bald. cons. 159. lib. 3. Castr. d. cons. 34. vol. 2. Lud. Rom. sing. 457. An Dux Mediolani &c. Fel. in cap. qua in Ecclesiar. nu. 33. vers. 4. declaratio. de Cõst. moderns in l. ex hoc iure. & ibi Senator Iason. n. 25. in fin. ff. de iust. & iure. Angel. cons. 217. Borell. qui supra. c. 47. num. 42. Boss. d. tit. de crim. les. Maiest. nu. 54.

57 † Duces igitur nostri Mediolanenses, cum X. Ciuitates sub se habeãt, regali dignitate decorãtur, vt notat Conrad. Lauden. d. tit de Duce, in princ. & nu. 9. circa mediũ. Alciat. in tract. de singulari certamine. cap. 32. Farin. d. cons. 85. nu. 158. vol. 1. Ripa respon. 3. in fine de rescript.

58 † Eamobrẽ, Duces Mediolani, cum Regiã habeãt dignitatem, eis ferre Regiã Coronã, concessum esse dr̃, alias enim dũtaxat birrũ ferre, eis cõcessum esset, vt per eũd. Farin. d. cõs. 85. n. 156. vol. 1. vbi attestat de cõi * & ante eũ Conr. qui sup. d. tit. de Duce. lib. 1. c. 4. n. 9. circa med. et in princ. et per Alc. d. c. 32. suo tract. de sing. certam. verũ

59 † Disputare de Duce Mediol. & de eius gestis, & potestate, esset velle reformare mundũ, vt per Alc. cons 9. n. 6. lib. 3. to. 1. idẽ trad. Apost ad stat. Med. in princ. in v. Dux Med. in 1. vol. nu. 7. & ante eum Bald. cons. 262. vol. 1. videas etiam Card. Tusc. in conclus. 818. et 165. per tot. vbi de gestis Ducis Mediolani multa, & notabilia cumulat Boss. tit de crim. Les. Maiestatis nu. 55. & 59.

60 † Ciuitas ideò Mediol. Regia dicitur, cũ sit Metropolis, & principalis inter Lombardiæ Ciuitates, vt not. idem Card. Tusch. in suis concl. iur. concl. 167. n. 3. & ante eum Bald. cons. 77. lib. 5. in fin. et cons. 163. lib. 2. Reges. n. Mediol. antiquit*, ac ẽt Imperatores, residebãt, ac imperabãt, prout fusius tractat R. P. Paulus Morig. suo tract. de Nob. Med. c. 1. lib. 4. et in suo Sum rer. mirab. Med. c. 19. lib. 1. Primus. n. Rex, qui Mediol resedit, fuit Ianus Salnius, & deinde multi alij per eũ relati, vbi ẽt addit, 32. Imperat. Med. coronatos fuisse, & latius ibi per eũ &c.

61 † Ideò Imperator, in Duces Mediolani transtulisse non censetur suũ supremũ ius, cũ illud ab eo euelli, & separari non possit, vt signanter not. Alb. cons. 64. n. 47. lib. 1. Borell. d. c. 47. nu. 42. de Reg Cath. præst. Conrad. Laud. in d. tit. de Duce, nu. 11. Bald. elegãter trad. cons. 327. n. 7. circa med. vol. 1. vbi inquit Imperatorẽ non posse, proprietatem à se eradicare, vel vendere, cum eam non habeat iure suo, sed iure legis Regiæ, nam Imperator ipse (sm̃ eum) non est proprietatis Imperij Dñs, sed potius Officialis, ex eius electa industria, per tex. in l. cuius bonis. ff. de Curat. fur. et per alios per eũ relatos d. n. 7. in fin.

62 † Dux enim Mediolani, vt supra diximus, quo ad Iuramentum fidelitatis, Imperatorem recognoscit, vt per Maynold. suo tract. de tit. Philippi Austrij, in tit. de Duc. Mediolani. col. 1. Boss in tit. de crim. las. Maiest. nu. 54. Horat. Carpan. ad stat. Med. in 1. vol in preludijs in ver. Dux Mediol. n. 4. in fine, ideò non mirũ, si hoc iuramentum fidelitatis, in concessionibus Imperatoris, vel Regis semper intelligatur reseruatum, etiam si de eo nulla mentio facta sit, vt per Garziam Mastrill. decis. 200. n. 21. & 22. per tex. in c. 1. § denique in tit. quæ fuit. 1. causa benefic amitt. Afflict. in §. si quis de mans. n. 40. & in c. 1. §. cum autem, col. 3. de controuers. inuest. Hoc autem

63 † Fidelitatis iuramentum, per specialem procuratorẽ, præstari potest, vt per Borell. d. c. 64. nu. 90. & 91. adhoc tamen speciale mandatum habentem, vt per Aluar. in l. vnica & ibi Bald § ne autem, nu. 20. C. de cadue. tolled. Martin. Laudens cap 1. §. nulla autem, n. 12. tit. per quos fiat inuest., prout seruatur in praxi per Vassallos, vt in dies videre est. regulariter enim

64 † Imperator, in Territorio Ducis, quẽ inuestiuit de mero, & mixto Imperio, omnimodaq; iurisdictione, & regalibus quibuscunque (prout in Duce nostro Mediolani) iurisdictionem non habet, nisi quo ad iuramentum Fidelitatis, & recognitionis, Ossasc. decis 79. n. 24. et dec. 139. n. 15. vers. nec ẽt &c. & decis. 154. nu. 1. Castr d. cõs. 34. vol. 2. per tot Boss. in tit. de regal. n. 36. Conrad. Laud. in d. tit. de Duce. nu. 11. & 12. & n. 13. addit, quod huiusmodi Duc. primogeniturã habet, licet in Italia aliter seruari dicatur, vt ibi per eũ, & per Abb. cons. 3. & 11. vol. 2.

65 † Forma aũt iuramenti fidelitatis, quomodo cõcipienda sit, vide Gul. Hãnet. suo tract de iure Feud. lib. 1. c. 11. aliam tradit formam Roland. Rodulph. Bonon. artis Notaria lib. 1. tit. de empt. et vend. c. 1. alias formulas quinq; tradit Borell. qui supra cap. 64. à nu. 86. vsq, ad n. 92. vbi addit in iuramento fidelitatis promissa intelligi, slz. incolume, tutum, honestum. vtile, facile, & possibile, per tex. in c. 1. de nou. form. fidelit. huius aũt iuramenti fidelitatis species, sex esse adnotauit, Borell. d. ca. 64. à nu. 6. circa fin. vsq; ad nu. 32. inter quas, quartã speciẽ, inquit esse illam, qñ præstatur iuramentum homagij, seu ligij, quod præstari dicitur soli Principi, vide licet Pontifici, Imperatori, Regi, ac Principi, vt per eund. Borell. d. c. 64 nu. 24. per Host. in cap. ex diligenti. de Simon. quatuor ẽt effectus Feudi ligij, trad. idẽ Borell. ibi à nu. 62 vsque ad nu. 80. In tertio aũt effectu dicit, in hoc feudũ ligiũ, fœminã quoq; succedere, vt per eum d. c. 64. nu. 66. ꝙ intelligit, deficiẽtibus masculis, vt ibi n. 71. & sic deficiẽtib. masculis. fœminæ admittuntur, vt n. 77. Loffred. cõs. 39.

66 † Iuramẽtum vero homagij, ac ligij fit, & præstat, flexis genibus corã Principe, seu Imperatore, complicatis manibus cum manibus Dñi, vt dicit Andreas de Iserma in cap. 1. §. inuestitura. de noua forma fidel. Boer. in cõsuet. Bituric. in tit. Res costumes des Fiefz. §. 3. col. fin. Marin. de Caraman. in Const. Regni. in v. Dñs. cir. fin. ea ꝑpter

67 † Imperator, vbi pro exercitu, & corredo imperiali, exercitum cõpetentem non habeat, põt à Vassallo (in subsidium) brachiũ implorare. Speculat. in tit. de feud. §. 1. nu. 97. vbi Io. Andr. Anan. cons. 177. col. 4. in fin. Oldrad cons. 234. Iason in l placet rationabilis, nu. 5. C. de Sacros. Eccles. Afflict. decis. 265. nu. 54. Capyc. decis. 184. Guid. Pap. decis. 57. Boer. in decis Burdegal. 126. & 131. Cassaneus in cõsuet. Burgundia. rubr. 1. § 4. in princ. n. 8. Tiraqu. de iure primog. qu. 69. Marinus Freccia de sub. feud Baron. lib. 2. auth. 2. Sainxon. in cõsuet. Turonẽs tit. 8. de Loyaulx aydes. art. 2. & 4. Borell d. tract. de Regis Cath. præst. cap. 18. nu. 21. & 65. inquit etiam Oldrad. d. cons. 234. nu. 3. in iuramento fidelitatis non contineri, vt vassallus teneatur exercitum sequi, sic igitur tm̃ poterit Imperator in subsidium, brachium implorare.

68 † Tituli autem, quibus Vicarij Imperiales, & Mediolani Duces, antiquitus vtebãtur in eorũ Decretis, & rescriptis, ita inscripti reperiuntur, viz. Dñs Mediol. &c. Comes Virtutũ, Imperialis Vicarius Generalis &c., vt ex eorum Decretis patet, & præsertim annorum 1388. 1389. & seq., & postquã Vincislauus Imperator, Ducatus dignitate. Io. Galeaz Vicecomitẽ decorare voluerit, sic inscribebantur literæ, Dux Mediolani, Papiæ, Angleriæq: Comes, ac Ianuæ, & Cremonæ Dñs &c. vt ex eis annorum 1400. & 1421. & seq., quibus decretis cauetur, rescripta esse præsentanda infra mensem, à die eorum datæ, & concessionis, vt ẽt ex eis annorum 1442. diei 20. Iulij, & alibi legitur, Io. Galeaz Dux Mediolani &c. Comes Virtutũ, ac Pisarum, & Senarum Dñs &c. vt ex eis ann. 1399. & 1400. & deinde alij Duces successores, & demũ inscriptum reperitur, Frãciscus II. Sfortia Vicecomes, Dux Mediolani, ac Bari, Papię Princeps Angleriæq; Comes, ac Genuæ, Cremonæ, & Hastę Dominus &c. vt ex eis annorũ 1521. & seq. & alij complures tituli, penes me existentes in volumine decretorum, Excellentissimorum Ducũ Mediolani, descripti apparent. Quæ decreta, cum creuerint in immensum, idem Dux Sfortia II., consultò priùs Senatu, resecatis superfluis, in vnum ferè codicẽ, quædam congessit, & in meliꝰ reformauit: eo autẽ Duce vita functo, & Mediolanensi Dominio ad sacrum Romanũ Imperium deuoluto, ea decreta sic excerpta, sub tituli N. C. nomine, per Carolũ V. Imperatorẽ, fuerũt redacta, & cõprobata, vt ex proœmio eorũ satis patet, an. 1541. sub die 27. Augus & ideo

69 † In-

69 † Inſcriptiones, quibus deinde Carolus V. Imperator vſus eſt, in eius litteris, & diplomatibus, dum ad eum is Ducatus Mediolani deuolutus extiterat, ob mortẽ ipſi° Ducis Franciſci Mariæ II., ità deſcriptæ reperiuntur. Carolus V. Diuina fauente Clementia Romanorum Imperator Auguſtus, Germaniæ, Hiſpaniarũ, Vtriuſq; Siciliæ &c. vt ex litteris, & priuilegijs, annorum 1538. & 1541. & ſequ. ; in alijs verò reſcriptis, & Bullis, vſus eſt, cum clauſula, Dei gratia, Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus &c. *vt optimè tradit Caſtaldus de Imperatore, q. 42. nu. 2. & 8. & q. 60. & poſt eũ Borell. de Regis Cath præſtant. cap. 2. nu.* 18. vbi inquit Carolum V. Cæſar. hoc titulo Dei gratia, vti conſueuiſſe in eius litteris, & diplomatibus, *per Caſtal qu. 43. nu. 2.* & quid hæc verba emphaſeos importent, *tradit idẽ Borell d. cap. 2. nu. 16. & per Franc. Marc. qu. 163. nu. 1. par. 1. & latius etiã nos expoſuimus in 2. parte infra c.* 20. Verum cũ per eundẽ Carolum V. Ducatus is, fuerit translatus in perſonã eius Filij Philippi Auſtrij, Hiſpaniarũ Regis, vt ẽt ſupra diximus, *& per Cottam ſuis memorab. in ver. Mediolanum. ad fin. quod fuit de anno 1553. ad trad. per Horat. Carpan ad Mediolani ſta. vol. 1. in principio, in ver. Dux Mediolani &c nu. 1.* ipſæq; Rex Hiſpaniarum, inueſtitus ſit de eodẽ Ducatu Mediolani, cum eius ſucceſſoribus. vt ex inueſtituris patet.

70 † Ea propter; inſcriptiones, & tituli, qui in primordijs litterarum Senatus Mediolani emanant, in ſequentem formã præmitti ſolent, vlz. Philippus IV. Hiſpaniarũ &c. Rex & Mediolani Dux III. &c. prout ẽt in ſpecie, de hoc titulo, *tradit Oddus de fideicom par. 1. qu. 30. n. 145. circa med. Conrad. Laud. ſuo tẽplo omn. Iud. tit. de Imperatore, § 4. verſ. 6. reſcripta concedit &c. nu. 2. circa med.* & in litteris patentibus, quę per eundẽ Senatũ noſtrum emanãt, addi conſueuit clauſula, Dei gratia Hiſpaniarum &c. Rex & Mediolani Dux &c. prout latius expoſuimus, ſigillatim de iſtis titulis, & clauſulis in 2. parte huius Operis cap. 20. & 21. & cap. 2. eadẽ parte hoc tit. noſtro de reſcriptis, quibus in locis ad libitũ quis videre poterit, *& Borell. d. cap. 2. n. 2. & ſeq. de Reg. Cath. præſt.*

Quare preces, ſub Potentiſsimi Regis nomine intitulentur.

PRÆLVDIVM SECVNDVM.

COMPENDIVM.

1 *Preces, quæ Senatui noſtro porriguntur, ſub Potentiſſimi Regis nomine intitulantur, cum Senatus ipſe Regis perſonam gerat, & loco Principis ſit.*

2 *Senatus Mediolanenſis, nomine Regis, in cauſis procedit, & ius dicit.*

3 *Rex noſter Catholicus, meritò Potentiſſimi Regis nomine fulcitur, & decoratur, cum ſit multorum Regnorum Dominus, maximaſque poſſideat diuitias.*

4 *Regi noſtro Hiſpaniarum, propriè titulus Potentiſſimi conuenit, & Regis maximi.*

5 *Maxima poteſtas, & gloria dicitur, in maximo Regno, & Imperio.*

6 *Poteſtas ſumma, & ſuprema, Maieſtas appellatur.*

7 *Regis noſtri perſona, Sacræ Maieſtatis encomio decoratẽ.*

8 *Rex noſter, inter oẽs Reges, Maximus Rex, et Prĩceps ẽ.*

9 *Rex noſter, vltra mundi Principes, pluros conſeſſus, & tribunalia Senatorum tenet.*

10 *Hiſpaniarum Rex, viginti octo Regnis, & Coronis (Dei gratia) fruitur.*

11 *Regnorum titulos, ſibi inſcribunt Principes, quos amiſerunt facto.*

12 *Rex noſter, pluſquã ſeptẽ centum Ciuitatibus imperatur.*

13 *Rex Hiſpaniarum, circiter 14. miliones auri, quotannis habet ex ſuis Statibus.*

14 *Princeps Turcharum, vix decem milliones auri exigit, ſingulo anno, ex ſuis redditibus.*

15 *Hiſpaniarum Rex, dicitur maior Rex, qui ſit in mundo; cum plures habeat coronas, plura Regna, & Nationes, pluresque diuitias poſſideat.*

16 *Rex noſter in Regno, eſt pluſquã Imperator in imperio.*

17 *Rex noſter Potẽtiſſ. antiquiora Regna, in Italia poſſidet.*

18 *Reges complures, Auſtriacha familia habuit, quam alia quapiam, & inter omnes Orbis familias, caput extollit.*

19 *Imperatores 14. de Hiſpanenſi natione, extitere.*

20 *Hiſpaniorum Epiſcopatuum, Rex noſter, Patronus eſt, & Dominus.*

21 *Regibus Hiſpaniæ, Epiſcopi, manus deoſculantur.*

22 *Reges noſtri, Diuina ſuffragante gratia, obſeſſos à Dæmonibus, ſanant, & liberant.*

23 *Rex noſter Catholicus, terrenorum honorum augendorũ cupidine non angitur.*

24 *Rex Catholicus, maiorem redditnum partem, pro fidei Chriſtianæ, & Eccleſiæ deffenſione erogat.*

25 *Rex Hiſpaniarum, Catholiciſſimus dicitur, & Chriſtianiſſimus.*

26 *Hiſpaniæ Rex, cũctis præcedit, cũ plures habeat diuitias.*

27 *Pecunia, omnium regina, & alter ſanguis dicitur.*

28 *Regnum, ſine theſauris ſtare nequit.*

29 *Diuitiæ bonæ, vel malæ dicuntur, pro vtẽtium qualitate.*

30 *Reges, à Deo creati ſunt, vt ſuo terrore, populos à malo coerceant.*

31 *Regnum Cœlorum, finis eſt perfectionis noſtræ.*

32 *Regnare, eſt Deo Optimo Maximo, ex corde ſeruire.*

PRÆLVDIVM SECVNDVM.

SVpra vidimus, quare Senatus noſter in precibus, quæ eidem porriguntur, Maieſtatis nomine decoretur: ideò iure meritò, nunc ſequitur videre, quare dictæ preces, ſub Potentiſſimi Regis nomine intitulentur.

1 † Preces igitur, quæ in dies Senatui noſtro porrigũtur, ſub Potentiſſimi Regis nomine intitulantur, cum Senatus ipſe Regis perſonam gerat, & loco Principis ſit; *Sen. Clar ſua prax. crim qu. 94. §. fin. verſ. eſt etiam &c. circa principiũ, & ibi Galderic. Gallinius, Afflict. deciſ. 120. nu. 6. Theſaur. deciſ. 232. n. 2. & deciſ. 99. n. 10. Conrad. Laud. d. ſuo tẽplo omn. Iud. in tit. de Preſide, & Senatoribus, lib. 1. cap. 7. n. 8. circa fin. Oddus de fideicom. q. 30. nu. 145. Bim. conſ. 311. n. 7. vol. 4. Maſtr. deciſ. 145. n. 4. et diximus ſup. in 1. prælud. n. 4. & 6. & n. 8.* Sic eodem iure

2 † Senatus Mediolanenſis, nomine Regis in cauſis procedit, & ius dicit *Bim. conſ. 343. n. 20. vol. 4. Frãc. Mar. deciſ. Delph. 316. n. 12. par. 1. Maſtr. de Magiſtrat. c. 12. nu. 21. lib. 5. par. 2. Sen. Boſſ. tit. de Principe, & priuil. eius. nu, 89. Maſtr d. deciſ. 145. n. 4. Theſaur d. dec. 232. nu. 2. idem Maſtrill. deciſ. 205. nu. 14. et in d. tit. de Magiſtratibus cap. 8. n. 2. lib. 5. par. 2. & dec. 291. n 6. & 66. nu. 17. Crau. conſ. 198. n. 7. circa med et conſ. 144. n 20. circa fin.*

3 † Rex igitur noſter Catholicus merito Potentiſſimi Regis nomine fulcitur, & decoratur, cũm ſit multorũ Regnorum Dñs, maximaſq; poſſideat diuitias, *vt per Borell. de Regis Cath. præſt. c. 45. nu. 3. & 7. Cõrad. Laud. d. tract. templ. omn Iud. in tit. de magnitud. Regñ. §. 3. nu. 14. & 15. cum ſeq. l. honor. §. de oneribus. in v. facultates. ff. de muner. et honorib. Barthol. Caſſan in Catal. Gloriæ mũdi. par. 8. conſid. 22. par. 11, conſid. 27. par. 12. et cõſid. 54.*

4 † Et ſic Regi noſtro Hiſpaniarũ propriè titulus Potẽtiſſimi conuenit, & Regis Maximi, ſicut ẽt Maieſtatis nomine decoratur, *Borell. qui ſup. c 60. nu. 32. & 26 Redin. de Maieſt. Principis, in v. Maieſtatẽ, nu. 34. & 50.* cũ ẽt maieſtas, dicatur sũma poteſtas, *D. Tho in comment. ad Habreos. c. 2. idem Borell. in præfat. d. tract. de Reg. Cath. præſtans. num. 8. & 9.* Eodem modo

5 † Maxima poteſtas, & gloria dicitur in maximo Regno & Imperio, *vt per Saluſt in Catilin. Borell. qui ſup. cap. præd. 45. nu. 4. Paris. de Puteo de Sindicatoribus. in tit. de exceſſib. Reg. num. 35.* ideò non mirum

6 † Si poteſtas sũma, & ſuprema, Maieſtas appelletẽ, *vt p D. Thom. in cõment. ad Habr. d. c. 2. idẽ Borell. d. cap. 60. nu. 26.*

num.26.& in dict.præfat.num.8.cum seq. & sic iureme-
7 rito † Regis nostra persona Sacræ Maiestatis encomio
decoratur. *Marin.de Caraman.in proœm.Constitut.Re-
gni,& ibi.Andr.de Isernia. Marin. Freccia de subfeud.
Baron.lib.1.tit.de off.Magni Cancellarij num.26.et 27.
Borell.qui sup.dicto cap.60.num.32.* & diximus supra in
*Præludio 1.num.9. & 10.*prout etiam Rex noster in-
8 ter omnes † Reges,Maximus Rex & Princeps est, vt
in specie *trad.Conrad.Laudens.in dic.tit.de magnitud.
Reg.§.3.num.14.cum seq. Borell.d. cap.45.num.7.cum
seq.Barthol.Capolla de imperat.milit.de leg §.diuitijs,etc.
Costa cons.44.num.22.circa med.*
9 Et pariter † Rex noster vltra mundi Principes
plures consessus,& tribunalia Senatorum habet.*Borell.
qui supra,cap.66.num.1.& num.44.* loquitur de Senatu
nostro videas eum,&c. *dic.tit.de Reg. Cath. præstan.* &
10 cum Potentissimus sit Hispan.Rex,vigintiocto Regnis
& Coronis (Dei gratia) fruitur,vt videre est apud *Mai
nold.in suo tract. de titulis Regis Philippi Austrij per to-
tum,& apud Borell.d.tract.de Reg.Cath.præstan.cap.46.
per totum,& cap.45.& cap.77.* De Regno Ciciliæ , &
Neapolis,*idem Borell.d.cap.46. num.38. de Regno Hie-
rusalem.ibid num.28.de Regno Hispaniæ. numero 42. de
Regno Castellæ, Legionis, Aragoniæ , Toleti, Hispalis ,
Corduba a num.46. vsque ad numerum 74. Gibraltaris ,
Murtiæ,Gienna,Gallitia, Cattaloniæ , Nauarra , Hun-
gariæ, Dalmatia, & Croatia, Sardinia, Orani, Angliæ ,
Lusitaniæ,Noui Orbis, Burgundiæ. à num. 74. vsque ad
num.254. Mechliniæ num.405.& seq. Maiorica,& Mi
norica, Algezira, Hybernia,num.175.vsque ad nu.208.
Canariæ,Valentiæ,num.58.*quibus adde Regna Francco-
niæ,& Gothorum,vt per eundem *qui supra cap.77. nu-
mero 26.*
11 Regnorum titulos sibi inscribunt Principes , seu
Reges quibus,vi,aut aliter de facto spoliati fuerũt,*Cuc
ch. in instit.iur. canon.tit.5.num.98.& 96. in fine. Abb.
in cap.in nostra,num.10.de rescript.& ibid.Butr. & Fe-
lyn.num.7.& Imol.col.2.*non enim quispiam titulo suo,
aut iure cadit,quamuis deiectus per vim fuerit.
12 Atque hac ratione † Rex noster plusquam septem
centum Ciuitatibus imperatur. Primò enim ducentum
septuaginta septem Ciuitates enumerãtur per *Conrad.
Land.in dic.tit.de magnitud.Regum.§.3.num.16. & 17.*
& istæ existunt Ciuitates, quæ in Hispania sunt, & in
Anglia,Hibernia,Sardinia,Sicilia,Calabria,Apulia,&
Ducatu nostro Mediolani, vt apud eundem Conrad.
videre est, *dicto num. 16. dicto §. 3. idem not. Borell. qui
supra, cap.76. per totum* , vbi enumerat etiam Ciuitates
in Regno Mexicano *ibid. num. 18.* In nouo autem Or-
be inquit Ciuitates quamplurimas existere ascenden-
tes ad centum vigintimilia domorum , vt ibi colligi-
tur. *dic.cap.76.num. 17.* aliæ pariter Ciuitates enume-
rantur in Regno Peruaci, *vt ibid.num.21.* aliæ etiam in
Ciuitatibus Burgundię enumerantur, & sic computatis
etiam quampluribus Marchionatibus, Principatibus,
Ducatibus, Comitatibus,& dictis Regnis viginti octo,
transcendunt etiam dictum numerum septem cẽtum ,
quod esset longum sigillatim omnes Ciuitates recense-
re,videas *Borell.qui supra dictis cap.45.46.& 77.*plures
etiam possidet diuitias,nam.
13 Rex Hispaniarum circiter quatuordecim miliones
auri,quotannis habet ex suis statibus , vt per *Carolum
Tapiam de Constitut.Princip.in rubr. cap.4. nume.* 101.
Borell.d.cap.45.num.3.
14 Princeps verò Turcharum,vix decem miliones auri
exigit singulo anno ex suis redditibus, vt apud *Borell.
dic.cap.45.num.2. videre est* , vbi recenset Ciuitates ex
quibus prouenimt redditus ipsi,quem videas, Ideo
15 Rex Hispaniarum dicitur maior Rex,qui sit in mun
do,cum plures habeat Coronas , plura Regna , & na-
tiones, pluresque diuitias possideat , quam etiam vllus
vnquam Christianus Princeps, *per Costam dicto consil.
44.num 22.circa med.Petrus Lindeberg. in reb. Europæ
memorabilibus,lib.2.Thesaur. in proœm. suarum decisio.
num.14.circa finem. Bologuet.consil.1. num. 209. in fine
Elizabet. Anglica in adilto anni 1591.vt per Borell.dic.
cap.45. num. 8.* vbi relati Doct.licet citantur per verbũ
fortè,attamen consentut affirmare,*vt per Surd. decisio.
78.num.4. Card.Tusch.concl.281.num.4. tom. 2. littera*
16 *D.Cassador.decis.3.nu.40.* † & sic Rex noster in Regno,
est plusquam Imperator in Imperio. *Andr. de Isernia
in cap.1.col.2. de Vasall.decrep.ætat. & in cap. 1. §. Val-
uassores,col.1. de his qui feuda dare poss.& in cap.1. in fi-
ne de nou. for.fidelit.et post eum Borell.qui supra,cap.48.*
17 *num.8.*prout etiam † Rex noster Potentissimus anti-
quiora Regna in Italia possidet, Idcirco maxima præ-
rogatiua vtitur,ex temporis enim prioritate, solidũ ius
quæritur,*per tex.in l.Qui Balneum,& l.qui potior.ff.qui
pot.in pign. hab.* cum simil. quod enim antiquissimum
hoc venerabilissimum esse voluit, *Aristot. lib. 1. meta-
physic.cap.2.Barth.Cassan. in Catalog. Gloria Mundi.
par.4.considerat.23.Borell.qui supra,cap. 68. numero 3.
cum seq.*
18 Reges etiam complures habuit Austriacha Fami-
lia,quam alia quæpiam , & inter omnes Orbis Fami-
lias caput extollit, nobiliores etenim , & generis anti-
quitate,clariores alijs pręferuntur, *l. §.quæ omnia vers.
vir ab antiquat.C.de veter.iur. enucl.Bald.in §.in nomi-
ne.De pace.Constan.in feud.Alex.in l.1.ff. de albo scrib.
Borell qui supra,cap.61.num.1.& cap.4. per totum , &
præcipue num.123.*
19 Imperatores vero 14. de Hispaniensi natione exti-
tere, vt videre est apud eundem *Borell. cap.79. à nu. 2.
vsque ad nu. 16.* verum de Austriaca Familia vndecim
tantum fuere, *vt per Choppin de Doman.Franciæ.lib.2.*
qui licet octo tantum referat , attamen non octo, sed
vndecim extiterunt, vt clarius videre est apud *Borell.
cap.61.num.2.& 3.de Regis Cath.præstan.*
20 Hispaniorum Episcopatuum Rex noster patronus
est,& Dominus, *Anton Corset.de potest.& Excell.Re-
gia,quæst.11.& quæst.55.in fine , Aluarez in Specul. Ro-
mani Pont.cap.41.col.2.& cap.51.§.9.vers.*sed animad-
uertendum,&c.*Borell.qui supra,cap.54.num.2.& latius
cap.50. Castald. de Imperat. quæst. 100. num. 16.*ideò
hac ratione ipsis.
21 Hispaniæ Regibus Episcopi manus deosculantur.
*Archidiac. & Laurent. in cap. Duo sunt, 96.distinc.
Aluar.Pelagius de planctu Ecclesiæ,lib.2. cap. 12. & 40.
Franc.Marc.in decis.Delphin.455.nu.13. par.1.Borell.
dicto cap.54.num.1.& 2.& num.9. & 20.* Quinimò.
22 † Reges nostri diuina suffragante gratia , obsessos à
Dęmonibus sanant,& liberant,vt per *Carolum Tapiam
Reg.Consiliar.in Senatu Neapolit.de constit.Principum
in rubr.cap.1.num.3.*eodem modo, *Galliæ Reges morbũ
sanare strumarum (les escronelles)* Galli dicunt, *eorum
contactu,vt per Carol.de Grassalio Regal. Franciæ, lib.1.
iur.4 & Barthol.Camerar. in dialog. de orat. cap. 5. Bo-
rell.qui sup.cap.55.num.2.& 3 cum seq.* & sic tamquam
à diuina virtute adiutis ; ideò.
23 Rex noster Catholicus, terrenorum bonorum argẽ-
dorum cupidine non angitur,iux.illud Profetæ , *diuitiæ
si affluant,nolite cor apponere* , Psal. 61. *facit dictum D.
Pauli,1.ad Thimoth.cap.6.Borell.qui supra.dict. cap.45,
num.35.*quinimo etiam.
24 Rex noster maiorem redditũum partem, pro fidei
Christianæ, & Ecclesiæ defensione erogat , iux. illud ;
*Dispersit dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculũ
seculi,*vt in Psalm.111. *Ideò pauper , & inops laudabunt
nomen tuum,* vt in Psalm.73. *Borell. vt in dicto cap. 45,
num.34.*

25 Ideò Rex Hispaniarum †Catholicissimus dicitur,& Christianissimus,sic vocatus an. 853. ex duabus literis Pont.relatis per *Roder. Archiep.lib.5.cap.17. Borell.qui supra,cap.41.num.43.Peer. Belluga.in Spec. Princip.rub. 14.§.veniamus, num.11.* Verum solum Catholici titulo lætatur,*per Bonell.loco cit.num.48.& in Bellug. in Spec. Princip.rubr.6.in verbo fideles,&c.*& sic

26 †Hispaniæ Rex,cunctis præcedit,cum plures habeat diuitias,*Chassan.in Catalog.Gloria Mundi,par.5.considerat.27.in fine, & consider.22.par.8. & considerat.54. par.12.& considerat.27.par.11.Thom. Gramm. in consil.ciuil.169.num.10.Borell.d.cap.45. num.7.* Regulari-

27 ter enim,pecunia omnium Regina,& alter sanguis dicitur,*vt per Card.in Clem.1.quæst.6.de Bapt.s. Bald. in l.aduocati.C.de aduoc.diuers.iudic. Marsil.in l.1.§. præterea, num.44. ff. de quæst.*, & sic quemadmodum nobiles non suspenduntur furca, vt notatur *in l. capitalium.ff.de pœnis,* eodem modo, nec etiam plebæius diues,vt voluit *Bart.in d.l.capitalium. §.seru,* vnde bona appellantur,quia beant hoc est beatos faciunt, sed debet prodesse, *Borell. dict.cap.45.num.23.24. cum seq.* Prout etiam.

28 † Regnum sine thesauris stare nequit,*vt per Thom. de regimine Principum,lib.2.cap.7.* Hinc Liuius verba faciens de Attalo Pergami Rege, huic (inquit) viro preter diuitias nihil ad spem Regni fortuna dederat, *vt per eundem Liu.libro 33. Borell. qui sup. dic. cap.46. num.15.* Verum iste.

29 †Diuitiæ, bonæ, vel malæ dicuntur,pro vtentium qualitate, *Ioan. Cassian. de collation. patr. collat. 2. cap. 9.* sed non qui habet, & seruat, sed qui impertit est diues,impertitio enim,& comunicatio, non autem possessio,beatum reddit,*vt per Alexandrin.in Pedagog. libro 3.capit. 6. & per Borell. dicto capitulo 35. numero 36.*

30 † Reges verò à Deo Optimo Maximo creati sunt, vt suo terrore, populos à malo coerceant, atque ad rectè viuendum legibus subdetent, *vt per Isidor. de sum.bono,libro 3. cap.47. Marius Salom. de Principatu. libro 3. Borell.qui supra,cap.66.numero 5.*

31 † Regnum autem Cęlorum, finis est perfectionis nostræ, *vt per Cassian.de Monach.destinat.collatione 1. cap.primo,* cum pluribus sequen. ad hunc igitur rectissimum cursum accessus dirigamus, *& Diuus Chrisostomus in Ioann. Homelia 55.* inquit, *Hæc relinquenda, illa permansura,hæc tempore consumitur, illa perpetuo manet, Borell. qui supra, cap.70. num. 155. cum seq.*

32 † Propriè autem † regnate est Deo Optimo Maximo,ex corde seruire, *vt per eundem Borell.qui supra, cap.64. numero 44.* Ideò potest quis seruitio Dei perpetuo se obligate, *Boer. de auctoritate Magn. consil. numero 3. Carocc. de locat. & conduct. parte 1. titulo de operibus perpetuis, numero 6. Bursat. consilio 204. numero 4. volum. 2.* & est communis opinio, *vt per Ripam, in l. obligatione, num. 10. de pign. Roman. singul. 635.*, & quia hæc dicta in hoc secundo præludio satis nota, & clara sunt, ideò non curaui varios Doctores recensere; sed omnia sint ad laudem Dei Optimi Max. eiusque Beatissimæ Virginis Mariæ, relata, & dicata,&c.



Vtrum Rescripta etiam litteræ nuncupentur.

PRÆLVDIVM III.

COMPENDIVM.

1 *Rescripta in iure,litterę Principis appellantur.*
2 *In Regno Francia. rescripta Galli litteras regias vocant.*
3 *Littera Pontificum, & Regũ,etiam vocantur rescripta, & è contra.*
4 *Mediolanensi in Prouincia,rescripta Senatus litteræ Regia, & Ducales appellantur.*
5 *Regia dicuntur littera in hoc Dominio, quia sub Regis Hispaniarum nomine emanant.*
6 *Ducales dicuntur littera,ob Mediolanensis Duc. in Regem Hispaniarum concessionem.*
7 *Epistola responsoria Principum appellantur rescripta.*
8 *Rescripti nomẽ generale est, Ideò,& epistola continentur.*
9 *Rescriptum aliud publicum,aliud priuatum.*
10 *Omne rescriptum Principis potest. et mandatum vocari.*
11 *Omnia qua disponuntur in rescriptis Principis, similiter intelligenda sunt,& in mandatis.*
12 *Litterarum nomine,omnes veniunt, tam publica, quam priuata.*
13 *Authoris intentio est de publicis agere rescriptis.*
14 *Littera Senatus nostri,qua diriguntur Iudicibus, littera missiue appellantur.*
15 *Littera missiue dicuntur à mittendo,cũ mittãtur absẽti.*
16 *Mittens dicitur per epistolam alloqui eum cui mittitur.*
17 *Rescripta Excellẽtiss. Guber.nostri,propriè appellari possunt rescripta, & nõ littera,rõnem hic reddit Author.*
18 *Rescripta Excell.Gubernatoris nostri,deberent in Archiuio publico manuteneri,ac conseruari.*
19 *Rescriptum non est priuata, sed publica scriptura,ideò in scriniis manutenenda.*
20 *Morẽ esse antiquũ rescripta asseruari ĩ scriniis Principis*
21 *Decreta Principum deberent à successoribus custodiri & obseruari.*
22 *Opinio,& distinctio Authoris.*
23 *Rescripta,qua per Gubern.nostrum Excellentiss.emanãt vt sapius a parte auferuntur, ideò in Archiuiis manutenenda.*
24 *Littera, seu rescripta Sen. nostri originalia, in archiuio particulari custodiuntur.*
25 *Gothorum Rex Senatusconsul. censuit marmoreis tabulis scribi, ad diuturnitatem.*
26 *Littera,seu rescripta fiunt ad hoc, vt quod actum est per illas probari possit.*
27 *Rescripta Sen.nostri (secundum Conradum Laudensẽ) essent pro exemplis colligenda,& edenda.*
28 *Authoris responsio, & declaratio.*
29 *Rescriptum, & priuilegium reuocatur si ceperit esse iniquũ,& quę de nouo emergũt de nouo indigent auxilio.*
30 *Temporum per variationem,multa in dies mutari contingunt,et ibi declaratur Constit.de Senator.§.cet.et n.seq.*
31 *Sen.noster secundum casuum contingentiã, prouisiones, facere potest, & iubere vt vim legis habeant.*
32 *Vsus leges probat, & tollit.*
33 *Rescripti qualitatẽ licet testibus probari possit,eius tamen substantia,nonnisi scriptura probetur.*
34 *Statutum Mediolani,ca.88.vol.1.quod per testes nõ possit probari bannum declaratur.*
35 *Exẽplũ repertum in Archiuio publ. plenam fidem facit.*
36 *Amplia idem esse in exemplo antiquo.*
37 *Suppl.signata ex archiuio publ. producta notoriũ inducit.*
38 *Scripturis in sacro Scrinio Principis existentibus, plena fides est adhibenda.*

39 Om-

39 *Omnia cuiuscuq; officialis acta, in publico Archiuo posita, exhiberi debent cuicumque petenti.*
40 *Auctoris distinctio, & explicatio.*
41 *Scripturis ex Archiuo publ. extractis, plene creditur, eo ipso quod Scriniarius eas ex archiuo prodysse attestatur.*
42 *Scriptura in archiuo publ. reposita, adhoc, vt plene fidem faciat, quæ sint necessaria.*
43 *Falsificãs acta archiuij publ. pena extraordiñaria punitur.*
44 *Litteras Excellent. Gubern. frangens, qualiter puniatur.*
45 *Litt. Sen. remouent à manu Porterij, in quã pœnã icidat.*
46 *Falsificans litteras Mediol. Sen. igne comburendus est.*
47 *Limita hanc penam, quando hæc falsitas alicui non est nocibilis, & ibi N.C. in tit. de pen. t. Quicunq; declaratur, declara pariter prout n. 48. Fallit in Prorege, nã pœna decennalis ad triremes punitur.*
49 *Falsificans litt. Regias apud Gallos, qua puniatur pœna.*
50 *Falsitate quando dubicatur, fit collatio cum regesto.*
51 *Litteræ si discordent cum supplicatione remittuntur ad corrigendum si constat de errore, et si de falsitate supplicans debet detineri.*
52 *Supplicatio attendenda est tamquam matrix, ad effectũ surreptionis, & falsitatis.*
53 *Decretum Mediol. confiscans bona falsificantis sigillum Prĩcipis, vel Curiæ eiusdem, intelligitur dũmodo cõstet prius de delicto, adeo quod Duci Med. de hoc nõ crederetur.*
54 *Amplia etiam vt intelligatur si dolo malo sint commissa, cum nec sufficiat lata culpa.*
55 *Rescript. fœderis antiquitus in tab. æneis erat conscriptũ.*
56 *Rescriptum diutius Homine ipso perseuerat, dum manu tenetur in Archiuo.*
57 *Rex Cretæ leges tabulis æreis, celatas circumferebat.*
58 *Solonis leges axibus ligneis erant incisæ.*
59 *Leges olim trinundino ferebantur.* (tati dimitti.
60 *Legibus omnia sanciri melius est, quam Iudicum volun-*
61 *Expeditiones litterarum Sen. nostri per Archiuistam in scrinio Cancellariæ Sen. custodiuntur.*
62 *Litteræ etiam apostolicæ, quæ per Cameram expediuntur, in libris Archiuii publici registrantur.*
63 *Sumptus litterarum Sen. Excell. per Coadiutorem Thesaurarii in libro particulari describuntur.*
64 *Coadiutores Cancell. Sen. minutas litterarum facere minime possunt, illæ enim ad Cancellarios pertinent.*
65 *Cancellarii Sen. nõ possunt expedire litteras de forma Cãcellariæ, nisi prius fuerint à Senat. lectura decretatæ.*
66 *Officiales Cancellariæ Sen. non possunt quicquam in decretis, vel minutis addere.*

PRAELVDIVM III.

CVm rescripta, quæ in dies per Sen. nostrum Amplifs. emanent, litter. Regiæ, & Ducales soleant appellari in hac Prouincia, ideò de eis nũc differendũ est. In primis igitur sciendum erit, quod

1 † Rescripta in iure litteræ Principis appellãtur. *Bal. cons. 106. p. 6. n. 4. & per tot. tit. C. de diuers. rescr. Gomes. in tit. de Breuib. n. 2. per tex. in c. 2. & c. super litt. de rescr.* per eas. n. rñdetur, seu rescribitur ad relationẽ, vel suggestionem, quæ fiunt per absentes, vel præsentes per litteras, vel voce. vel ad consultationẽ Iudicum; vel ad preces priuatorum, *vt trad. P. Greg. Tholos. in c. 1. de rescr. nu. 4. cir. med. lib. 1. vers. Itaq. rescripta, & c. per text. in l. 2. C. de legib. & ex. tit. de precib. Imper. offeren. & lib. 1. decr. tit. 3. & 6. Clem. li. 1. tit. 2. tit. 26. C. de diu. rescr. li. 1*

2 † In Regno autem Franciæ rescripta Galli litteras Regias vocant, *vt per Rebuff. ad Constit. Gallicas in præfat. de rescr. tom. 2. n. 7. vbi inquit omne rescriptum Regis lettres Royaux, s. litteras vocat regias,* secundum cõem vsũ Galliæ, vt ẽt multiplices eas esse inquit, *idem Rebuff. in tract. de litt. ciuilibus, & in d. præfat. to. 2. nu. 7. de rescr.*

3 † Regulariter. n litteræ Sum. Pontif. Regum, & Principum vocantur rescripta, *Gomes. d. cap. de Breuib. nu. 2. & 5. & per tot. tit. de rescr. & ĩ contra. Rebuff. ad d. Reg. Const. Gall. d. n. 7. in præf. de rescr. per tex. in c. 2. de dolo, et ĩ c. ad aures, & seq. de rescr. & per tex. in c. 2. de off. del.*

4 † In Mediol. quoque Prouincia rescripta Sen. nostri, litteræ Regiæ, & Ducales appellantur, cum vt plerũq; rescripta, litteræ dicantur, *vt egregiè not. idem P. Grego. Tholos. d. c. 1. num. 4. cir. fi. lib. 1. de rescrip. vers. dicuntur absolutè, & c. per tex. in c. ad aures, 8. de rescr. & c. si autẽ 9. & seq. eod. tit. & aliis in locis in d. l. 2. C. de legib. & in §. 1. vt de cætero Iudices, non expec. diu. iuss. in nouell.*

5 † Ea pp Regiæ dicuntur litt. in hoc Dominio, quia sub Regis Hispan. noĩe emanantur, vt colligitur ex formula ipsarũ litt. quę quotidię emanãt, hoc. s. mõ Phil. IIII. Hispan. Rex, & Mediol. Dux III, &c. *Odd. de fideicom. par. 1. q. 3. n. 145 cir. med. Conr. Land. suo templo om. Iud. c. 1. §. 4. vers. rescripta conceduntur contra ius, li. 1, n. 2. cir. med. vers. qua licet, & c. Borell. de Magistrat. c. 13. nu. 5. li. 2. idẽ Borell. de Regis Cath. præstan. c. 62. nu. 72. & latius diximus sup. in 1. prel. n. 2. & 8. vbi vide.*

6 † Ducales aũt dicuntur litt. ob Mediol. Duc. in Regem nostrum Potentifs. Hispan. concessionẽ per Carol. V. Imper. factam anno 1553. nam is Ducat. fuit per eum translatus in personã eius filij Philippi Austriaci, Hisp. Regis, & successiuè in eius filios vsq; in infinitũ, etiã in alios de quibus *per Borell. de Regis Cathol. præst. c. 46. n. 262. Hor. Carp. ad stat. Mediol. vol. 1. in ver. Dux Med. n. 1. in fi. idẽ Borell d. c. 46. n. 274 & 275. Conr. Land. suo templo om. Ind. t. 2. li. 1. §. 3. de magnit. Regum, n. 15. in fi. & diximus sup. in 1. præludio n. 51. R. P. Paul. Morig. in suo Sũmr. reru mirab. Ciuit. Med. t. 4. ĩ fi. li. 1. & latius per tũd. Cõr. qui sup. c. 2. §. 1. de orig. Reg. q. 1. n. 6. et 7. vbi vi.*

7 † Regular. n. Epistolæ, & litt. Papæ, vel Principum appellãtur rescripta, *Gomes in tit. de Breuib. n. 2.* verum iste qñdoq; litt. priuatæ appellantur; nos vero agere intendimus de publicis litt. quę Iudicibus pręsentantur in causis, & per quos Princeps, vel Sen. rñdere solet cõsultus, *vt per P. Greg. Thol. d. c. 1. n. 4. de rescr. li. 1. vers. proinde, & c. per tex. in l. cũ quem temere §. 1. de Iud. Leonell. Bartholin. suo tract. de subreptione rescript. quæst. 1. art. 1.*

8 *circa princip. nam* † Rescripti nomen gñale est, ideò, & Epist. seu litt. priuatæ continentur in eis. n. continẽtur in genere oẽs rñsiones, ad petitionẽ nedum verbo, sed scripto factam litt. commendatæ ἀντίγραφον in Basilicorum Ecloga. *lib. 2. tit. 4. & apud Martianum. li. 2. Epigram. 9. de Nauia.*

Scripsi, rescripsit nil Nauia, non dabit ergo:
Sed puto quod scripsi legerit, ergo dabit.

Idem tradit Petr. Greg. Tholos. d. cap. 1. de rescript. nu. 4. lib. 1. eapropter ex his conijcitur.

9 † Rescriptũ duplex rèperiri, publ. s. & priuatũ, vt erudite prosequitur idẽ *Leonel. d. tract. de subrept. rescrip. q. 1. col. 1. ar. 1. cir. prin. Thol. qui sup d. c. 1. li. 1. de rescr. n. 4. cir. med. l. cũ quẽ temere, 79. n. 1. §. 1. de Iud. l. 2. C. de legib.*
10 *& sup. dix. n. 7.* † Oẽ aũt rescr. Principis põt, & mandatũ vocari, *vt no. Reb. in sua prax. benef. in tit. de differ. int. priuil. rescr. & mand. n. fi.* ea rõne, quia in eo aliquid mãdatur dari forte, vel fieri. *tex. est. ĩ c. cũ dilec. et ibi DD. de rescr. idẽ hẽ in c. cũ cõtingat, eo. ti. n. 10. c. 1. de off. deleg.*
11 Oia igitur quæ disponũtur in rescr. Principũ, similiter intelligenda sunt, & in mand. vt eleganter trad. *Bald. in c. sup. litt. n. 17. cir. med. de rescr. & ibi scrib. Rebuff. qui supra in d. tit. de differ. int. priuil. & rescr. & c. n. 53. Thol.*
12 *d. c. 1. n. 4. cir. med. de rescr.* † Regular. n. litt. noĩe, cẽs veniunt, tã publicæ, q̃ priuatæ, vt in specie not. *Balzar. ad Cõstit. Vtriusq; Sicil. in tit. de exequẽdis mand. Cur. Magistr. Iust. n. 23. & per Rebuff. ad constit. Gallicas to. 1. in*
13 *tit. de litt. oblig. n. 1.* vbi vide. † Authoris ideo intẽtio est de publ. agere rescr. seu litt. Principis, vel Sen. cũ de priuatis non sit hic disputandi locus, sed sũmo digito, olũ sufficier priuata demonstrasse. *tex. in l. cũ quẽ temere 79. §. 1. de Iudic. Leonel. d. q. 1. art. 1. cir. me. Thol. d. c. 1. li. 1. de rescr. n. 4. cir. med.* & iõ licet litt. quæ à priuatis emanantur, litteræ missiuæ appellantur, attamen,
14 Litt. Sen. nostri Excell. quæ Iudicibus diriguntur litteræ missiuæ nuncupantur sicut Epist. dr̃ diploma ad aliũ

missa, à verbo græco διπλόω, qđ est duplico, ita & litt.
Sen. nostri, quia ad alios mittuntur litt. missiuę, siue di-
plomata possunt nũcupari. *Castel. Cott. in suis memorab.*
in verb. diploma. Cicer. ad Ball. Epist. famil. lib. 6. facit
Menoc. de arb. Iud. cas. 94. n. 1. li. 2. cent. 1. Boer. decisio.
43 Declara primo, quod quando Iudex dubitaret in interpratatione, quod poterit etiam committere causam consulendam.

44 Declara secundo, quod rescripta Principum, ita debent interpratari, vt nemini iniuriam faciant.

45 Declara tertio, quod Iudex non debet aliquid detrahere, vel addere in substantia, sed solum exponere verba ambigua.

46 Intellige, quod qui declarat rescriptum, non dicitur supplere, vel corrigere, quia declarans nihil de nouo inducit.

47 Declara quarto, quod rescriptum falsum potius præsumitur, quam quod Princeps, ius alterius voluerit tollere.

48 Declara quinto, quod Prouisiones, & rescripta Principis, vel Senatus interpratationem recipiunt, secundum supplicata, et ex forma supplicationis declaratur intellectus priuilegij, vel rescripti.

49 Fallit tamen hæc regula si ex narratis resultaret absonus intellectus, vel iuri contrarius.

50 Amplia hanc fallentiam prout hic, ac etiam declara, prout ibi notatur.

51 Declara sextò principaliter, quod interpratatio facienda est, vt res potius valeat, quam pereat, limita vt ibi.

52 Declara septimo, quod rescriptum in dubio accipiendum est, vt statutis, & iuri communi non deroget, sed cum eo se conformet.

53 Declara octauo, & intellige, quod interpratatio mitior semper in dubio capienda est, declara, vt ibi.

54 Declara nono, & intellige, quod interpratatio lata fieri debet, etiam quandoque in materia odiosa, intellige prout ibi notat Author.

55 Declara decimo, & intellige, quod regulariter rescripta recipiunt interpratationem legum, & canonum.

56 Declara vndecimo, quod rescripti verba non debent esse superflua, sed interpratanda latissime quantum proprietas verborum, mandantis intentio, & iuris necessitas patitur.

57 Fallit hæc regula in rescripto auocatorio, & delegatorio, nam strictè interpratari debet vbi etiam cõculsãtur opiniones, & ibi declarat Author.

58 Intellige primo, quod si Iudex astute rescriptum interpretatur, vel aduersarius malitiose opponit contra rescriptum, infamia nota percutitur.

59 Intellige secundo, & aduerte, quod a mala interpratatione appellari poterit.

60 Intellige tertio, & nota, quod Iudex opposita exceptione surreptionis, vel falsitatis, poterit de illis cognoscere, declara tamen, & limita prout ibi.

61 Intellige quarto, & obserua quod Iudex debet prius cognoscere de veritate, & mendacio per eum, antequam admittat, vel committat appellationem, & appellantem, vel litteras subripientem repellere falso, vel subreptitia impetrantem.

62 Intellige quinto, & reputa singulare, quod in litteris Senatus nostri de forma concedi solitis, non committitur surreptio, & declara vt hic limitat Author.

63 Intellige sexto, & nota, quod declaratio Iudicis, quod rescriptum sit obreptitium, vel subreptitium, est interlocutoria, & nisi appelletur transiret in iudicatum.

64 Fallit hæc regula in oppositione falsitatis, & declara prout hic notat Author.

65 Intellige septimo, & obserua, quod verba generalia interpratari debent iuxta rationem recti sermonis.

66 Intellige octauo, & nota, quod interpratatio Iudicis imperiti, errantis in intellectu rescripti, seu litterarum Prin-

cipis.

cipis, quod reuocatur in irritum.

67 *Intellige nono, & aduerte, quod in rescriptis veniunt ea, quæ si concedens fuisset interogatus, vtique fuisset concessurus.*

68 *Intellige decimo, & nota, quod litteræ gratiosæ vitiantur, nedum quando subreptio fuit causa inductiua, & finalis ipsius gratiæ, sed etiam si fuerit causa impulsiua, vt quia Princeps cessante subreptione fuisset concessurus, sed non ita de facili.*

69 *Regula eius est interpratari, cuius est condere, tribus modis declaratur.*

70 *Regula hæc eius interpratari cuius est condere, intelligitur etiam quando agitur nedum de substantia Priuilegij, sed etiam quoties priuilegium tangeret ius ipsius Principis, secus si ius alterius, nam quilibet Iudex, & Doctor poterit illud interpratari.*

71 *Senatus noster Amplissimus cum iure supremi Principis fungatur, leges decernere, & eas condere eidem permissum est.*

72 *Leges condere non sufficit, nisi adsit Principis authoritas, qui obseruare illas faciat.*

73 *Opinio, & declaratio Authoris ad Cæsar. Mediol. Constitutiones in tit. de Senatoribus. §. Cæterum.*

74 *Leges, & rescripta Principum, habent vim cogentem, ad hoc, vt pro lege seruentur, ideò Senatus noster, solet auctoritatem suam præbere illis, vt sustineantur, & ibi declaratur Constitutio de Senatoribus. §. Habeatque, &c.*

PRÆLVDIVM. V.

NVnc oritur alia quæstio scilicet, vtrum quilibet Iudex, & I. Consul. possit rescripta, & Constitutionem Principis interpraetari; an vero soli Principi id reseruatum sit, & cum huiusmodi interpratatio aliquando intrinseca, quandoque extrinseca dicatur, (*vt per Dec. in cap. cum venissent. num. 4. in fine, & ibi Bald. & DD. de Iudic.*) ideò infrascripta erunt obseruanda, & primo sciendum est, in iure cautum reperiri

1 † Quadruplicem esse formam interpraetandi, declaratiuam scilicet, arctatiuam, extensiuam, & abrogatiuã, vt in specie tradit, *Conrad. Laudens. in suo templo. omn. Iudic. in tit. de Imperat. cap. 1. lib. 1. §. 3. versic. dubitationes iudiciorum interpratari, &c. num. 2. & per Gozadin. consil. 51. num. 13. gloss. in l. 1. §. qui operas. ff. ad Tertullianum, vbi ponderant Bart. & cæteri DD. & Anton. Rosel. in tractat. de Concilijs in rubr. Pontifex Maximus, num. 24. facit Bart. in l. omnes popul. ff. de iust. & iure. in 6. q. principal. Canonistæ in cap. causamque de rescriptis, tex. in l. 1. ff. de verbor. obligat. in fine. & in l. derogatur. ff. de verbor. sign.* sicuti etiam.

2 † Interpraetationum species, alia dicitur generalis, & necessaria, alia consuetudinis, alia dicitur Iudicum, alia vero I. Consult. *vt notat Leonell. Bartholin. in suo tractatu de subreptione rescriptorum, in quæst. 4. art. 23. Abb. & Felin. in cap. ad hæc in Beato, num. 18. in fine cum seq. vsque ad numer. 40. Dec. Abb. & alij. in dict. cap. Cum venissent. de Iudic. tex. in l. si de Interpraetatione, & ibi gloss. & DD. ff. de legibus, cap. cum dilectus de consuet.*

3 † Interpraetatio igitur generalis, & necessaria, soli Principi, & Senatui spectat, & ista vim legis obtinet in hoc Dominio. *Dec. in dicto cap. ad hæc. in Beato, num. 35. & ibi Abb. Felin. & DD. de postulat. prælat. l. fin. C. de legibus. Cran. consil. 135. num. 39. circa medium Leonell. Bartholin. dicta quæst. 4. artic. 23.* prout egit Senat. noster, qui multa emanauit rescripta pro interpraetatione N. Cõst. huius Dominij, & pro earum obseruantia, prout ex illis ordinibus annorum 1580. & 1616. in lucem editis apparet, & ideò de hac interpraetatione intelligitur regula, eius est interpraetari cuius est condere. *per tex. in d. l. fin. C. de legibus, & in cap. inter alia, de sentent. excommunic. Decius, in d. Cum venissent. & ibi Abb. Felin. & scribentes notant. de Iudic.*

4 † Interpraetatio autem consuetudinis est illa, quæ fit ex stilo Cancellariæ, vel ex alia consuetudine, & tunc veniunt interpraetandæ litteræ à stilo potius, & consuetudine, quã à iure communi, vt inquit idem *Dec. in dicto cap. ad hæc in Beato, num. 37. circa fin. Ancharan. consilio 433. col. 1. Alexand. consil. 9. lib. 3. Leonell. Bartholin. dic. quæst. 4. art. 23. Innocent. in cap. olim. de verbor. significat. Abb. in cap. certificant de sepul. l. si de interpraetatione, ff. de legib.*

5 † Tertia species interpraetationis est illa, quæ fit à Iudice, qui ad decisionem pariter causarum leges, & rescripta interpraetari potest, *vt not. Innocent. in cap. cum speciali, & ibi Abb. & DD. de appellation. Dec. in cap. intimasti in principio eod. de appella. & d. cap. ad hæc in Beato, num. 39. de postulat. prælator. Leonell. d. quæst. 4. art. 23. l. 1. & 2. C. de appellat. Hostiens. in sua summa de rescript. §. de ipsius interpræt. vers. potest autem, &c.*

6 † Quarta species interpraetationis dicitur esse I. Consult. quibus facultas leges, & rescripta interpraetandi tributa est, vt per eundem. *Dec. in dicto cap. ad hæc in Beato, num. 40. & ibi Abb. num. 23. de postulat. prælat.* & ista non dicitur necessaria, nec generalis, verum dicitur necessaria quando probatur lege, vel ratione, *vt per Bart. & DD. in l. 1. ff. si cert. petat. Panorm. & Dec. in dict. cap. ad hæc in Beato dictis locis citatis. tex. in l. vnica. C. de professoribus, qui in vrb. Constantin. lib. 12. Leonell. d. quæst. 4. art. 3. col. 2. de subreptione.*

7 † Ea propter interpraetatio aliquando fit principaliter aliquando vero incidenter; per Senatorem. *Dec. in dicto cap. Cum venissent, num. 3. & 4. & ibi Panorm. num. 3. de iudic. Innocen. in dicto cap. Cum speciali de appellat. Bald. in l. hi, qui, in principio, & Castrens. ibi in fine. C. eod. titulo tex. in cap. inter alia de sent. excomm.* cum similibus.

8 † Et sic quando principaliter intellectus rescripti, vel Priuilegij ventilatur ad Principem tunc est recurrendũ, & hoc intelligi debet, de intellectu, & interpraetatione, validitatem priuilegij, vel rescripti concernente, *vt per Dec. in dicto cap. Cum venissent, num. 3. & ibi. Panorm. & scribentes de iudic. Milis in suo repert. in verbo Iudex inferior, &c.* tali etiam casu eius est interpretari, cuius est condere, *per tex. in l. fin. C. de legib. Bald. in dic. l. hi qui. in primo. & Castrens. ibi in fine. C. de appellat. D. Oldrad. consil. 230. cir. fin.*

9 † Vbi autem incidenter fit quæstio, & verba non sint clara, tunc Iudex etiam in præiuditium partium, poterit rescripta interpraetari, *vt per Abb. in dic. cap. Cum venissent, num. 2. vers. aut quæritur numquid Inferior, &c. & ibi Dec. num. 4. & alij DD. de Iudic. text. in cap. 1. & 2. de confirmat. vtil. vel inutil. & cap. super litteris de rescriptis, idem not. Bald. dic. cap. Cum venissent, nume. 5. & ibi ponderant DD. de Iudic. Innocent. in dicto capit. Cum speciali de appellat. col. 2. Abb. in cap. 1. in primo notabili. de iuram. calumn. & in cap. Capellanus, de Fer. Milis in dicto verbo Index inferior, &c. Conrad. suo templo omn. Iud. d. vers. dubitationes interpratari, &c.*

10 † Senatus autem noster, de interpraetatione priuilegiorum, & de approbatione litterarum Principis cognoscit, ex auctoritate, *in N. C. ei tributa per Carolũ V. Imperator Max. in tit. de Senatorib. §. cognoscetque Senatus. versic. & etiam, &c. & in §. cognoscet etiam, etc. eod. tit.* idem legitur de approbatione litterarum, seu priuilegiorum in eisdem, *Cæsar. Constitut. in tit. de iure. & priuil. Fisci. in cap. litteræ donorum remissionum, &c. idẽ dicitur de Reg. Cicilia, vt per Garsiam Mastrill. decis. 141. num. 6. per Bald. & Afflict. in cap. 1. apud quem, quæst. feudali, diffin. idem Bald. consil. 419. li. 4. & obtinuisse refert. Ann. singular. 644. P. Gregor. Tholos. cap. 24. num. 5. lib. 2. de rescript.*

11 † Verum quando agitur de substantia priuilegij, vel quoties priuilegium tangit ius Principis, ad Principem,

vel

vel Senatum ſpectat priuilegium interprætandi, ſi autem concerneret ius alterius, tunc cognitio erit, & ordinarij Iudicis, & officialis Vrbis, vt egregiè limitat ipſe *Maſtrill.d.decif.241.num.51.per Bald.in prælud. feudorum,num.18. & in cap. 1. de Capit. Corradi Gail. pract. obſeru.lib.1.obſeruat.1.num.7.& 13.* & ſic venit declarāda, *Cæſar Conſtitutio de Senatoribus,d.§.cognoſcet que Senatus,verſ.vt ſup.allegato,& etiam,&c.* & ſic eadem ratione.

12 † Senatus noſter poterit de ſubreptione priuilegiorum, & litterarum Regis noſtri cognoſcere, & ea interinare, & ſi eas non approbabit, vel confirmabit, nullæ & irritę erunt, ac ſi à Principe numquam emanatę fuiſſent, vt ex ipſis, *Cæſar.Conſtit.colligitur, in dicto tit.de iure,& priuileg.fiſci,cap.littera donorũ,remiſſionum,etc. & in dic.tit.de Senator.§.cognoſcet etiã*, &c. intra annũ autem debet fieri præſentatio, & adhibenda eſt cognitio, àn preces veritate nitantur an, è re Principis, aut publica ſit, *vt per Reg.Senatorem.D.Bellon ſuo tract.de poteſtat.eorum,quæ fiunt incont.&c.cap.109.li.2.num.3. per Coſtam de re integr.&c. Gaſpar Theſaur. quæſt.forenſ. lib.1.quæſt.4. Roland.conſil.61.lib.4.* ideò etiam gratiæ Principis in hac dictione Mediolani interinandæ ſunt, &c. prout ex *Coſta diſt.23.de facti ſcient.cent.1.nu.2.& ex Bellono.d.cap.109.* Verum per litteras Regis noſtri fuit moderata hæc Conſtitutio, circa interinationé gratiarum, per ordin. *Turnar. anni 1581. dies 17. April. colum. 4. & diximus in tit. de interinatione gratiarum.* prout etiã merus executor ipoteſt cognoſcere de ſubreptione, vbi de ea non fuerit cogitum, *vt per eundem Senator. Bellon.qui ſupra.cap.47.num.4.cir.med. libro 2.* Verum aliqui diſtingunt, ſcilicet, quod de ſubreptione poterit Iudex cognoſcere circa executionem, nõ autem circa merita cauſæ, *vt per Marium Antonin. variarum reſolut.libro 1.reſolut.29.num.4.idem not. Bald.in cap.de Cætero cir.med.de ſentent.& re Iud.intellige, vt in rub.1. de reſcript.num.3.* Si autem

13 † Senatus noſter de Priuilegijs, quæ per Potentiſs. Regem noſtrum emanãt, vel de eius litteris dubitaret, vel ſi iuſta cauſa ei videretur, poterit differre exequi, vel interinare, ac Regem conſulere, & interim, donec Regi veritas contraria indicio innoteſcat, expectare ſecundã iuſſionem, *vt per Maſtrill.decif.241.num.20. per l. cum quẽ de Iudic.Petr.Greg.Tholoſ.in cap.24.Cum contingat, num.5.circa finem.lib.2.de reſcript.per tex.in c ſi quãdo. de offi.deleg.ubi eleg.inter nota: Senator Franc. Marc. decif.87.num.fin.in fine,par.1. & in cap. ſi quando de reſcriptis,& ibi Tholoſ.& DD.* nam litteras Principis nõ eſſe ſemper exequendas, ſed eſſe Principi reſcribendum ſi iuſtæ non videantur docet *Baldus conſil.4.vol.1.* velut etiam ſi quid contra honeſtatem mandare videatur Princeps, ſi executio ſcandalum moueat, ſi contra Dei mandata præcipiat, quod nunquam præſumitur agere, *per tex.in cap.ſi Dominus. cap.Iulianus, cap.qui reſiſtit. 11.quæſt.3.Panorm.in dicto cap. ſi quando de reſcriptis,et ibi Tholoſ.num.4.lib.2.& latius* (Deo fauente de his dicemus *in 2.lib.in tit.de conſultatione ad Principem, & in tit. quando ſecunda, & tertia iuſſio* Principis expectanda ſit, &c.

14 † Interprætatio autem tria requirit, ſ. interprætabile, interprætantem, & actum interprætandi, *vt docet Bald.in cap.1.Canonum.nu.15.cir.med. verſic. Dic quod interpretatio,&c.de conſtitut. & ibi DD. notant*, & vbi habemus Sonum verborum, non indigemus interpræt. *l. cum pater.§. cum imperfecta. ff.de legat.2. Bald.d.cap.1. num.15.circa fin.* vbi multa adducit, videas eum ibi.

15 † Eſſentialiter autẽ, duplex eſt interprætatio, prima ſcilicet neceſſaria, quæ generalis dicitur, altera vero probabilis, quę ſpecialis appellatur, *vt trad. Leonel. Bartholin. ſuo tract.de ſubreptione reſcriptorum, d. quæſt.4.art. 23.* neceſſaria igitur quandoq; fit per punctum rationis, probabilis vero per viam æquitatis, vt ſignanter not. *Cravet.conſil.3.num.22.& Bald.conſil.421.num.1.circa med. vol.1.idem in conſil.343.in principio, eod.vol. idem Cravet.conſil.135.num. 37.* & dicitur etiam interprętatio ſpiritus ſcripturæ, *Bald.conſil.275. nu.3.circa mediũ vol.2.Crau.d.conſil.3.num.23.*

16 † Interprætatio igitur generalis.ſ. ſtatuti, vel Conſtitutionis, ad Principem pertinet, & ab omnibus illa obſeruanda eſt. *Dec.in d.cap.Cum veniſſent,num.3.circa med.& num.4.in fine,& ibi Panorm.num.3.circa fin. de iudic. Bald.conſil.305.num.1.vol. 1. Panorm.in cap. Inter alia,num.2.de ſent.excommun.Felin.in ca. ſuper quæſtionum,num.2. circa med.de offi. delegat. Innocent. in d. cap.cauſa ſpecialis. de appellat. Bald. & Angelus, in l.ex facto.ff.de vulgar.& pupill. ſubſtit.* & ideò cum Senatus pluries interprætauerit ſtatuta, & Nou. Conſtitut. ideò hæc interprętatio vim legis obtinet in hac prouincia. *Card.Tuſch.concluſ.218.nume. 7. de reſcript. Afflict.decif.96.num.11.Plot.conſil.3.num.3. Cravet. conſilio 135. num.39.& diximus ſupra,num.3.& in præludio 4. n.41.* & ſic

17 † Interprætatio probabilis, & ſpecialis, ad quemlibet Iudicem, & Doctorem pertinet. *Panorm.in d.cap. Inter alia num.2.de ſentent.excommun. Leonell.d. quæſt.4. art. 23. Panorm.Felin.Dec.& alij in dicto cap.1. de poſtulat. prælat.Crau.d.conſil.135.num.47. & d.conſil.3.num.23. Dec.dict.cap.ad hæc in Beato,num.40. Innocent. in d.cap. Cum ſpecialis. de appellat. & ibi Panorm.& DD. num.7. circa fin.idem not. Paces à Scala.de conſilio Sapientis,cap. 2.cir.fin. lib.2.et diximus ſup.n.5.& 6.* vbi, &c.

18 † Amplia primo hanc regulam, quod ſ. Iudex, vel Doctor, motus ratione naturali, reſcripta interprætari poterit, in caſu etiam dubitabili. *Panorm.in d.cap.Cum veniſſent,num.2.cir.fin. verſ.ſi vero caſus eſt dubitabilis, &c.de Iud. Cynus in l.non dubium,C.de legib. l. ex facto. & ibi ponderant ſcribentes, ff.de vulgar. & pupill. ſubſt.*

19 † Amplia ſecundo, etiam ſi reſcriptum rationé non expoſceret, nam poterit Iudex rationem naturalem interprætari, quæ potuerit mouere Principem, ad tale reſcriptum concedendum. *Panorm.in dic.cap.Cum veniſſent,col.1, num. 2. circa fin. de Iudic. faciunt notata in l. ſcire oportet.§.ſufficit,ff de excuſat.tutor. Innocent.in dic. cap. Cum ſpecialis,& ibi Abb.& DD. de appell.*

20 † Ratio enim naturalis dicitur anima legis, & ſicut anima dominatur corpori, ita ratio legis dominatur verbis, vt inquit Præſes, *Euerard. ſuo tract. loc. argum. legal.in loco à ratione legis ſtricta,&c.num. 2.per text.in l.ſcire leges.ff.de leg.l.cum mulier.& ibi DD.ff. ſolut.matrimonio. l. non dubium, C.de legibus, Garſias de explicat. priuileg.num.696.* Regulariter enim.

21 † Omnia reſcripta, & leges, interprętationem recipiunt naturalem neceſſariam, *Teſte Baldo, in rubr. de reſcript.in decretal.num.1.per text. in l. 2. de ord.iudic. l. quamquam.ff.de in ius vocan.l.ſcire oportet.d.§.ſufficit de excuſat.tut. Garſias qui ſupra num.695.*

22 † Amplia tertio, quod immo Iudex per rationem & verisimilem, reſcripta, & litteras Principis interprætari poterit. *Abb.in d.cap Cum veniſſent,col.2.num.3.verſ.ſi vero caſus,per tex.in d.l.ex facto.ff. de vulgar.& pupill. ſubſtit.& ibi Iaſon.et ſcribentes, Rugincll.de appell. §. 6. ſol.2.cap.6.nu.9.cir. med.*

23 † Veriſimilitudo.n.in iure habetur pro lege, & veritate, & dicitur cognata naturæ, *vt per Crau. conſil. 135. num.33.& 37.& conſil.28.& conſil.23. num. 22. Maſtrill.decif.246.num.36.38. & 39. Oldrad.conſil. 13.& Vincen.de Franch.decif.153.num.6. Cephal. conſil. 287. num.23.lib.1.Bec.conſil.101.num.4.* Ideò, qui habet, veriſimilitudinẽ per ſe, dicitur habere caſum legis. *Cravet. conſil.297.nu.6.Sard.conſil.431. Aretin.conſil.9. col. 2. Maſtrill.dicta decif.246.num.36.37.& ſeq.idem Franch.d.decif.153.num.6.*

24 † Ampliatur quarto, quod Iudex etiam interprætari poterit, quando ratio reſcripti certa nõ eſſet, & certam

non

non haberet significatum verborum, in casu tamē dubitabili per identitatem rationis. *Panorm. in dic. c. Cum speciali, num. 8. & ibi DD. de appellat. Menoch. lib. 1. præsumpt. 26. num. 17. Conrad. Laudens. quo sup. dict. templo omn. iud. c. 1. de Imper lib. 1. §. 3. vers. 21.* dubitationes iu ditiorum interpraetari, *num. 7. cir. fin. Bald. in l. penult. C. de legib. & ibi glos. & DD. l. & ideo, ff. eod. tit.* Interpraetatio. n. cessat quando verba clara sunt, *vt per Crau. consil. 11. nu. 6. Bald. in d. cap. cum venissent, nu. 3. cir. fin. de iudic. & ibi Panor. col. 2. cir. med.* maximè cū in claris non sit opus coniecturis, vt inquit *Mastrill. deci. 293. num. 46.*

25 † Ampliatur quinto, etiam si ratio non esset expressa, nā mens tunc ex coniectura rationis naturalis, recipi poterit, quæ Principem mouere potuerit, ad ita rescribendum, ita notabiliter *not. Cynus in d. l. non dubium. C. de legibus, & in l. cum mulier. ff. solut. matrim. Panor. in c. 1. de iuram. calum. num. 8. in fi.*

26 † Virtus. n. legis, & rescripti Principis, consistit in substantia rationis, vt inquit. *Bald. in d. cap. 1. Canonum, num. 15. cir. fi. vers. item statuta, & c. de Constit. per text. in l. 2. C. quæ sit. long. consuetud.* quia mens legis, idem est, quod anima, & spiritus ipsius scripturæ, scriptura. n. sine mente nihil est. *l. nihil dimus, ff. de testibus, & per nos latius in lib. 2. in tit. de substantia litter. Principis, & c.* regulariter enim

27 † Rescripta, & mandata Principum, omnes interpraetationes recipiunt, quas recipit ius commune, *per Alex. in d. l. ex facto, num. 10. ff. de vulg. & pupill. substit. tex. in c. causam quæ de rescr. & ibi Felyn. nu. 1. & 5. late Dec. cons. 209. nu. 6. cap. licet Canon. §. fi. & ibi Domino. vers. nota bene de elect. in 6. & ibi DD. notant.*

28 † Ampliatur sexto, quod etiam si quis opponat incidenter de falsitate rescripti, tunc Iudex poterit de tali rescripto cognoscere, & interpraetari. *Bald. in d. c. Cum venissent, num. 5. & ibi. Abb. & DD. de iudic. & Felyn. ibid. col. 1. argum. quod not. in l. 1. C. de ord. iud. facit. l. cū de nou. C. de legib.* Amplia hanc regulam ēt in priuilegio procedere, quo ad ipsarum partium præiudiciū, *vt per Abb. in d. cap. Cum venissent, col. 2. cir. med. vers. aut quæritur numquid, & c. de iudic. idem not. Milis in suo repertorio in ver. Iudex inferior non cognoscit, & c. cir. med. vbi vide, & c. Rugin. de appell. §. 6. gl. 2. cap. 2. num. 11.*

29 † Fallit tamen hæc regula, quando falsitas rescripti detegitur, nam sententia inde lata esset ipso iure nulla; secus vero si solum opponeretur surreptio, vel nullitas, nam tunc si non fuerit appellatum à pronunciatione, erit processus validus, secus vero si nullitas causaretur ex tali falsitate, itā elegāter determinat. *Glor. in c. super litteris, num. 429. & 440. de rescript. & ibi Abb. Bald. et DD. Innoc. & Butr. in cap. 2. de dilat. & idem Butr. in c. Cum ordinem sup. eod. Salyc. in l. præscript. & ibi Bald. Castr. & alij. C. si contra ius,* Verum iudex poterit cognoscere vtrum rescriptum sit falsum vel ne, per eundē *Glorit. d. num. 439. cum seq. Ruginell. de appell. d. §. 6. gl. 2. cap. 2. num. 11.*

30 † Ampliatur septimo, quod etiam Iudex per probabilem rationem dispntandi, poterit rescripta interpraetari; nec requiritur hoc casu auctoritas Principis, vel Senatus. *Bald. eleganter. in dicto cap. Cum venissent, col. 1. & ibi DD passim de Iud. tex. in d. l. ex facto, ff. de vulg. & pupill. Iason. num. 5. in fine, vbi citat Bald. lo. cit. tex. in l. 1. § siquis, ff. ne quid in loco publico, l. qui filium. §. Sabinus. ff. ad Trebell. l. si Socius pro filia. ff. pro socio.*

31 † Limitatur primo, hæc regula, quando oritur aliquod dubium arduum, & difficile, nam tunc ad Principem esset recurrendum. *Dec. notabiliter in d. c. Cum venissent, nu. 4. cir. princ. & ibi scribentes de iudic. l. 1. & 2. C. de relat. Conrad. Laudens. in d. suo templo omn. iud. d. §. 3. de Imper. vers. 21. nu. 4. & 6. cir. princ. Dec. in c. 1. in penult. col. de constitut. Garzias de explic. priuil. nu. 694. idem Abb. in c. 1. primo notab. de iuram. calum. tex. in cap. Intimasti de appellatione*

32 † Limitatur secundo, quando in litt. Principis, vel Senatus emergeret fortè iniquitas, nā ēt eo casu esset Princeps consulēdus, vt per eundē *Conrad. quo sup. de Imper. lib. 1. ca. 1. §. 3. vers. dubitationes, nu. 7. cir. fin. Dec. in dic. cap. Intimasti, num. 2. cir. med. de appellat. Bald. in l. placet in princ. C. de sacros. Eccles. l. illa, aut illa, §. cum in verbis. ff. de lega. 3. & ibi Bart. & DD. l. prospexit. ff qui & à quibus. Martin. Laudens. quæst. 94. in tractatu de Principibus.*

33 † Limitatur tertio, quando Iudex esset incertus de mente Principis, nam eo casu ad eum recurrendū esset, *teste Bald. in d. cap. Cum venissent, num. 1. de iudic.* vbi ponit exemplum, quod si Princeps mihi concedat Castrum cum iurisdictione, vsq; ad quoddam flumen, tūc quia ista dictio vsque, potest poni inclusiuè, & exclusiuè, & quia non subest ratio naturalis interpretandi; eo casu recurrendum esset ad Principem concedentem. *Idem not. Innoc. in d. cap. Cum venissent, & ibi scribentes l. de nouo. C. de legib. Abb. in d. cap. Cum speciali de appellat. & ibi Innocent.* licet non presumatur

34 † Limitatur quarto, quando dubium esset obscurū, & ex intentione Principis penderet, nam Princeps consulendus esset, antequam negotium per Iudicem terminaretur. *ita Alex. consil. 136. num. 11. vol. 2. Abb. in dic. cap. 1. num. 15. de Constitut. tex. in cap. Cum contingat. de off. deleg. Speculator. in tit. de rescript. præsentatione. §. fi. vers. Item quando, vt aliquid, & c. Conrad. d. §. 3. de Imper. num. 4. & 6. vers. 21. l. 1. & 2. C. de relat. Ruginell. de appell. §. 6. glos. 2. cap. 6. num. 5. 7. & 9. vbi. & c.*

35 † Limitatur quinto, quando dubitatio esset maxima, & de facili non decidibilis per identitatem rationis, nā talis interpretatio Principi reseruatur. *Panorm. eleganter. in cap. allegato. Cum speciali, num. 8. vers. posset etiam dici, & c. & ibi DD. notant. de appellat. per text. in d. cap. Cum venissent, & ibi scribentes de iudic. cap. inter alia. de sentent. excommun. & ibi Innoc. & alij. Gloss. in verbo interpretatus. de Iudic.*

36 † Limitatur sexto, quando dubium esset de verbis rescriptorum, & casus esset dubitabilis, nam etiam eo casu consulendus esset Princeps. *Milis in suo aureo repertorio in verbo Iudex inferior non cognoscit, & c. Abb. in terminis. d. cap. Cum venissent, num. 3. cir. med. vers. sic. si vero casus est dubitabilis, & c. de iud. cap. inter alia. de sentent. excommun. l. ex facto. ff. de vulg. & pupill. & ibi DD. l. non dubium, & ibi Canonistæ. C. de legibus. Abb. in capit. fin. num. 9. de sequestrat. possess. & Felin. ibi. col. 1. Dec. in d. cap. Cum venissent, num. 4. cir. med. & ibi scribentes passim. Garzias. dicto loco, num. 694.*

37 † Limitatur septimo, quando Iudex vellet rescriptū interpretari per viam legis generalis, siue haberetur pro lege, nam eo casu talis interpraetatio ad Principem spectaret. *Panorm. in dic. cap. Cum speciali, num. 3. circa fin. de appellat. Felin. in cap. super quæstionum, nu. 2. cir. med. vers. Itē vide, & c. de offic. iud. deleg. Abb. in d. c. inter alia n. 2. de sēt. excom. & in cap. Capellanus. de fer. et d. c. Cum venissent de iudic. & ibi Anton. in princ. idem Abb. in cap. Quoniam, num. 7. de constit. glo. in cap. 1. de post. prael.*

38 † Limitatur octauo, quod. s. Iudex inferior, cognoscere, nec iudicare poterit, quando præiudicium partis non esset separabile à præiudicio Principis. *Mastril. decis. 241. n. 51. li. 3. Fel. in d. c. Cū venissent. in princ. & ibi Abb. & Dec col. 4 Bald. in d. l. hi qui in princ. & ibi Castrens. in fi. C. de appell. Gail. lib. 1. obseru. 1. num. 7. & 13. Bald. in prael. feud. nu. 18. Milis in d. ver. iudex inferior.*

39 † Limit. 9. quod Iudex non poterit in ambiguitate iuris interpretari, & tunc ad Principē esset recurrendū, ita scripsit. *Cor. quo sup. d. §. 3. de Imp. vers. 21. dubitat. iudic. interpraetari, nu 6. per tex. in l. 1. & 2. C. de relat. Abb. in dicto, cap. 1. num. 15. de Constit. & ibi Decius, col. 1. Martin. Laudens. dicto tract. de Principibus, eadem quæst. 94. Speculat. in tit. de relat.* idem dicitur si esset dubitatio in

iuris significatione, *vt in l. final. C. de leg. Bald. in d. cap.* Cum venissent, *num. 3, circa medium, de Iud. idem Conrad. suo tract. de Pratore, §. 2. in rubr. de sentent.*

40 † Limitatur decimo, quando in rescripto essent verba generalia, nam eo casu non poterit Iudex (prout nec debet) ad corticem tenaciter, & strictè interpretari, vt in specie not. *Iason. in d. l. ex facto, num. 5. ff. de vulgar. & pupillar. & ibi Bartol. & alij, gloss. in cap. allegant. in ver. sonax. 26. quaest. 7.*

41 † Ampliatur hæc regula, quod Iudex interpretationem extraneam, vel ceruotinam, facere non poterit, cũ nec statuta hanc reciperent interpretationem. *Bald. in d. cap. 1. Canonum, num. 16. de Constit. vel transgredientem terminos suos. l. fideiussores Magistratuum. §. pro curatore. ff. de fideiussor. tex. in l. quicquid astringẽda, ff. de verb. obligat. cap. porrò de priuileg. l. non dubium, C. de legibus cum simil.*

42 † Ampliatur hæc regula, quod etiam priuilegia, vel rescripta non sunt obscurè, nec absurdè interpretanda, sed sanè, & propriè, vt in terminis not. *Iason in allegata. l. ex facto. num. 5. in fine, de vulgar. & pupill. & ibi text. & alij scribentes, Bald. in d. cap.* Cum venissent, *in principio de iudic. qui in specie citat dict. legem.* ex facto, & inquit esse multum notabilem, Imò, quod etiam priuilegium Principis possit quilibet inferior interpretari per rationem naturalem, tenuit idem *Iason. in d. l. ex facto, num. 5. in fine.* & habes tex. hic meliorem de corpore iuris, vt ibi per eum, quem videas,

43 † Declara primo, vt vbi Iudex dubitaret in huiusmodi interpretationibus, quod poterit etiam committere causam consulendam, vt in specie, *not. Conrad. Laudens. qui supra dicto suo templo. omn. Iud. lib. 1. cap. 1. de Imperat. d. §. 3. versic. dubitationes. &c. num. 6. circa med. Innocent. in d. cap. Cum speciali. de appellat.* verum Med. habemus statuta, & Constitutiones, quibus cauetur, quomodo in his petitionibus cõsilij sapientis, procedendum sit, &c.

44 † Declara secundo, quod omnia rescripta, & Principum mandata, ità interpretari debent, vt nemini iniuriam faciant, vt in specie tradit *D. Præses Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 9. num. 8. Curt. Iun. consil. 142. num. 3. Senator Dec. consil. 11. num. 4. & consil. 286. in fine,* quod procedit etiam impropriando verba rescriptorum, vt per *Compostellam. in cap. causam, quæ de rescriptis, & ibi omnes alij DD. Socin. iun. consil. 126. num. 32. volum. 3.* prout etiam semper intelligi debent sine præiudicio tertij, *vt ex. N. Const. in tit. de iure, & priuileg. fisci, versic.* Ius tertij sublatum esse non intelligatur, de hoc latius alibi dicemus. *Socin. Iun. dicto consil. 126. vol. 3. num. 32. Sanchez. de matrimonio. disput. 47. num. 3. lib. 1. in fine.* cum non intelligat Princeps, nisi iustum facere. *Mastr. decis. 241. num. 19.*

45 † Declara tertio, rescripta seu leges Principis, vbi interpretentur non posse aliquid Iudex detrahere, vel addere in substantia, sed solum exponere verba ambigua, vt inquit. *Panorm. in dicto capitulo super quæstionũ, num. 2. versic. nota ibi, & vide offic. delegat. & num. 6. versic. in gloss. in verbo derogatur, &c. circa finem, l. hæredes palam, ff. de test.* verum differt inter interpretationem, deriuationem, etymologiam, & diffinitionem, de quibus per *Paul. in proœmio Clem. sequndum notata per eundem Panorm. loco proximo cit. Gloss. in Clement. statutum de electione,* cum similibus,

46 † Intellige tamen, quod qui declarat rescriptum, vel Constitutionem, non dicitur supplere, vel corrigere, quia declarans nihil de nouo inducit, vt not. *Panorm. d. cap. super quæstionum, dicto num. 2. versic. nota. &c. per tex. in l. hæredes palam, ff. de testam. Gloss. in d. Clement. statutum, de electione, & cap. diligenti, de accus.*

47 † Declara quarto, quod rescriptum, falsum potius præsumitur, quam quod Princeps, ius alterius voluerit tollere. *Panorm. tan. in cap. ex parte, 2. num. fin. & ibi, tex. de offic. & potestat. Iudic. delegat. D. Præses Menoc. de præsumpt. lib. 2. dicta præsumpt. 9. num. 9. per tex. in l. quoties. C. de precib. Imper. offer.* si autem esset contra stilũ Curiæ, esset de falso suspectum, & sic Iudex deberet expectare secundam iussionem, *vt per Panormit. in dicto cap. ex parte 2. num. fin. de offic. Iud. deleg. tex. in cap. causam quæ de testibus,* & de hoc alibi dicemus in secundo volum. in tit. Quando sit expectanda secunda, & tertia iussio, & quando non.

48 † Declara quinto, quod omnes prouisiones, & rescripta Principis, vel Senatus, interpretationem recipiunt, secundum supplicata, & ex forma supplicationis declaratur intellectus Priuilegij, vel rescripti; *Mastril. d. decisio. 241. num. 81. Maranta in suo Speculo. in 4. par. distinct. 9. num. 6. circa med. & num. 7. ante principium, Alexand. consil. 78. vol. 1. col. fin. Iason. in l. 1. C. de diu. rescriptis. in 2. col. Corn. consil. 220. in 2. vol. Ruginell. de appellat. §. 6. gloss. 2. cap. 5. num. 9. Bald. in cap. Inter dilectos, col. penult. de fide Instrum. Socin. iun. consil. 93. nu. 44 vol. 3. & consil. 95. num. 8. eod. vol. Cauagn. ad consil. Menoch. consil. 180. nu. 1. lib. 2.*

49 † Fallit tamen hæc regula, si ex narratis resultaret absonus intellectus, vel iuri contrarius, vt in specie not. *Natta consil. 36. num. 142. lib. 3. Bartol. & Angelus, in l. prætor. §. cuiq; ff. vi bon. raptorum,* vel si petitum fuit summariæ, & decretum simpliciter disponat, *vt per Cauagnol. ad consil. Menochij, consil. 33. vol. 1. numero 22. Iason. consilio 173. libro 4. Menoch. dicto consil. 180. num. 11. lib. 2.*

50 † Amplia hanc fallentiam, quod si Princeps declararet intentionem suam in rescripto, quod. s. non secundum supplicata, sed secundum intentionem rescribentis esset interpretandum, vt not. *Socin. iun. d. consil. 95. num. 57. vol. 3.*

Declara tamen, quod licet rescriptum à supplicatione interpretationem recipiat, attamen potest, & maiora cõtinere, secundum voluntatem Principis. *Ita not. idem Socin. iun. dict. consil. 92. num. 44. volum. 3.* alioquin diceretur amputata Principis libertas concedendi gratias ex arbitrio, & maiora quam peterentur, vt per eũ *ibi dicto num. 44. cir. fin.*

Declara secundo, quod licet rescriptum illuminetur à supplicatione, attamen illud procedit quando rescriptũ est dubium, secus autem si clarum esset, *idem Socin. iun. dicto consil. 95. num. 15. volum. 3.* maximè cum in claris non sit opus coniecturis, vel interpretatione, vt per *Osasc. decis. 88. num. 37. Dec. consil. 37. num. 4. & 6.* quando autem clausulæ decreti Principis sunt omninò à precibus difformes, tunc creditur Princeps noluisse petita concedere. *l. 1. §. si quis simpliciter, ff. de verborum obligat. Socin. iun. dicto cons. 95. num. 15. in fine,* cum etiã non quod supplicatum est attenditur, sed quod concessum est. *Osasc. decis. 23. num. 4. & Paris. consil. 29. num. 119. vol. 1. Cauagnol. ad consil. Menoch. dic. consilio 33. vol. 1. num. 23.*

51 † Declara sexto, principaliter, quod interpretatio facienda est, vt res potius valeat, quam pereat, *tex. in l. quoties. ff. de reb. dubijs. Dec. in l. in cap. maioribus, nu. 11. versic. hæc limitatio. &c. de prebendis, & in cap. de Monachis, num. 13. vers. sed ex supradictis, eod. l. licet. ff. de testam. militar. cap. nisi de prebendis in 6. l. mecr. ff. de rebus dubijs. cum similibus. Osascus decis. 88. num. 8. & 10.* declara, vt ibi, repugnantia. n. euitanda erit in similibus interpretationibus.

52 † Declara septimo, quod rescriptum in dubio accipiendum est, vt statutis, & iuri communi, non deroget, sed cum eo se conformet, *vt per Rugin. de appell. §. 6. gl. 7. c. 4. n. 4. Barb. cons. 47. col. 5. in fi. lib. 1. Osasc. decis. 23. nu. 3. l. 3. C. de precib. Imp. offer. Osasc. dic. decis. 88. n. 8. & 10.*

53 † Declara octauo, & intellige, quod interpretatio mitior semper in dubio capienda est, vt *per Decium in regula semper in dubijs. numero 1. ff. de regulis iuris,*

tex.

tex.in l.benignius,ff.de legibus, l. si fueris in fine de lega. 3.& l.cum in testamento. de reb.dub.Roman.consilio 61. col.2.l.Iulianus,de manumissis.cap.fin.de re iud. tex.in l. inter pares. de re iudic.limita. tamen, & declara, vt per Dec.in dicta regula semper in dubijs,& per Din.Cagnol. & alios ibi scribentes.& præcipue limita,vt nõ corrigatur ius commune. Osasc.dic. decis.88.numero 10.& etiã vt contrarietas euitetur, Osasc.ibi. num. 8. l. vbi repugnantia. ff.de regul.iuris.

54 † Declara nono,& intellige, quod interpretatio lata fieri debet, etiam quandoque in materia odiosa secundum proprietatem verborum. Aretin. in l. Cum lege de testibus. cap. 1. de filijs presbyterorum in 6. tamen quandoque fit lata interpretatio, quatenus proprietas verborum videtur requirere, vt per Calderin. in cons.1.de consanguin.& affinit.col.1.prout etiam quantum ad ius concedẽtis etiam privilegium latè debet interpretari. Oldrad.consil.268.col.2. versic. præterea, &c. Dec.in l.in omnibus, num. 12. & ibi Cagnol. Dinus. & alij scribentes de regul.iuris.

55 † Declara decimo, & intellige, quod regulariter omnia Principum mandata, & rescripta,legum, & canonum interpretationem recipiunt, vt eleganter scriptum reliquit, Bald.in rubr.de rescriptis,num.1. in decretalibus,tex.in cap.sicut 2.quæst.7.eod.tit. Alexand. in l.ex facto,num.10.ff de vulgari, & pupillar.tex. in cap. Causamque,& ibi Felin.& cæteri DD. de rescriptis,Garzias de explicat.priuileg.num.695.

56 † Declara vndecimo, & nota, quod rescripti verba superflua esse non debent,circa interpretationem, sed interpretanda latissime quantum proprietas verborum,mandantis intentio, & iuris necessitas patitur, per tex.in l.1.§.non frustra,ff.de iureiurand. & l.1.ff. quod met.causa.Vant.de nullitat.tit.qualiter sentent.vel processus reparar.poss.nu.65.Castr.cons.350.lib.1. Viso,&c. Ruginell.de appell.§.6.glos.7.cap.1.num.15.Canonista in cap.Pastoralis.n.1.de appell.Dec.cons.33.col.pen.& consilio 219.col.2.

57 † Fallit hæc regula in rescripto auocatorio,cum euocatio sit odiosa, quia fit Iudici contumelia, eo quod ab eo reuocatur iurisdictio, vt per DD. in c. ex litteris de off.deleg. Cassador. decis. 1. de rescriptis, ideò strictè. interpretari debet, vt per Leonell.Barthol. suo tract. de subreptione rescript.quæst.3.art.7.col.finali,circa mediũ, vers.ane est odiosa,&c.tex.in cap.odia. de regul.iur.in 6. nec dissentit Rebuff. in sua prax.benefic.in tit.de differ. rescript.gratiæ,& iust.n.11.& 35.vbi tenet, quod quãdo per litteras Iustitiæ, ordinariæ iurisdictioni præiudicatur,quod tales litteræ veniunt restringendæ, p tex. in c.Rodulfus.de rescr.& ibi.DD. Ita etiam strictè, rescripta delegatoria interpretari debent, Menoch.de arbitr.q.91.num.15.& q.74. num. 56. idem notat P. Greg. Thol.in c.43. Quia nonnulli,nu.6.in fi.de rescr.li.2.quod intellige sequendũ Ludonis.decis.287.n.8.in Rota Rom. Panorm.in cap.transmisse,nu.5. de verb. sign. .s. quo ad vim extensiuam,& extrinsecam, secus vero quoad vim comprehensiuam, & intrinsecam verborum rescripti, nam tunc latissimæ interpretari debent. Panor.in c.Episcopi.nu.vlt.de reb.Eccl.non alienan. Bero in rubr.de rescript.nu.8.per tex.in c.si & dic. c. Rodulfus de rescript. Leonell.de subrept.rescript.d.quæst.3.art.7.col.1.vers.vn de Bero in dic.rubr.&c.Felin.in d.rubr. de rescr. num.7. vers.ad rõnem in contrarium,& circa finem,idem not. Franch.March.decis.Delphin.p.1.q.68.nu.2. per Innoc. in d.c.Episc.de reb.Eccl.non alienand. dixi,ergo,quo ad vim extensiuam, & extrinsecã, nam regulariter rescripta,non extenduntur ad alias personas,vel alia negotia in litteris non comprehensa, vt per P.Greg.Tholos.cap. 34.significante,num. 5. lib.2. de rescript. & ibi text. nec extensio ab vna diœcesi,ad aliam fieri põt,nec põt prorogari ad personas in litteris non cõprehẽsas.text. in c. P.& G.40.de offic.delegat.lib.1.simul.39. cap.quamuis.de prebend. in 6. neque extenditur ad lites futuras, sed solum præsentes. Tholos. de rescriptis. libro 1. capitulo 55.num.8. circa finem, per text.in cap.cum te,& capitulo significauit; de rescriptis. Verum delegatis scilicet non committuntur futura negotia,Conseruatoribus autem sic, vt per eundem Tholos.dict.cap. quia nonnulli, num. 6.cir. princip.li.2.de rescriptis,& licet impetratio facta ab vno, non extendatur ad alium, vt per Gloss. in cap. super lit. num.150. de rescript. tamen fallit hæc regula, quando causa esset communis, & ab vno ex socijs rescriptũ fuisset impetratum, nam tunc extenderetur ad alios: Ita eleganter, not. Tholos. dict. cap.52. num. 4.libro 1.de rescriptis. Cravet. consilio 45. num.2. Rot. decis.228.num.20.par.2.

Ampliatur hæc regula, quod rescriptum extenditur etiam ad successores rei, & vicii eius, contra quem impetratum fuerit. Ita etiam Tholos. dicto libro 1. de rescript.cap.55.num.8.in fine. Andreas Butrigar.ad cap. Quia de Iudic.

Ampliatur etiam, quod rescriptum extenditur etiam ad accessoria comprehensa in rescripto, dummodo maiora non sint, per text.in cap. sedes de rescriptis. Felyn. Abb. & Innocent. in cap. cum olim primo de rescriptis. Verum personalia rescripta vel priuilegia, personas non egredientur, per text.in l.1.§.fin.de constitut.Principum.l. quia cale. ff.solut.matrimonio. §. plane. Instit.de iure nat.gent.& ciuil. Dixi etiam secus esse, quo ad vim comprehensiuam, & intrinsecam verborum, scilicet comprehensorum in rescripto, nam tunc ex lato significatu verborum extendi poterunt, & latissime interpretari, vt per Felinus in dicta rubrica de rescript. num. 7. versic. prædicto ad rationem, &c. & in fine ipsius numeri septimi dicitur enim, quod vbi verba rescripti patiuntur, latissime sunt interpretanda, cum contra ius nihil concedat, sed solum actionis exercitium coram Iudice Delegato, per Abb. in cap.quarto.col.4.de sequestr.possess.& tex.ibi, & DD. & Innocent. in cap. super litteris de rescript. Milis in dicto suo repertorio in verbo Rescripta sunt stricti iuris, circa finem. Panorm.in dict.rubr.de rescriptis, num.2.in fine.

Et licet Roman.consil.345.num.15. asserat, quod Rescriptum delegatorium sit latissime interpretandum, attamen ea sententia cum temperamento intelligenda est,s. quod huiusmodi rescripta delegatoria, ad omnia quæ extendi possunt ex lato significatu verborum extendi debent,aliter non,vt respondit, Vant.de nullit.in tit. qualiter sententia, & processus qui dicunt. null.reparari poss.num.65.circa fin.vers.& Romanus,&c.& facit Rota per Egid.conclus.558.& 606.Dec.consil.33.col.penul. Milis in dicto verbo rescripta sunt stricti iuris, &c.in fine, prout etiam strictè interpretari debent ad effectũ vt minus offendant ius commune. Alex.consil.34.Visis. col.2.lib.6.Dec.consil.209.col.2.cir. med. & consil. 235. col.fin.Vant. qui supra, num.64. & de his alibi latius dicemus; limita tamen hanc vltimam regulam quando expressè tale rescriptum emanasset contra ius commune,quia tunc debet latissimè interpretari, quantum patitur proprietas verborum, & mandantis intentio, ita respondit Felin.in cap. causamque, num. 9. versic. sexta declaratio, &c. de rescriptis per Bald. in l. præscript.10. colum.ibi. modo his præmissis.C.si contra ius, &c. Ioan. Andreas, in cap.Cum olim.de off.delegat. versic.Iudices, secus autem, si verborum proprietas hoc non pateretur per cap.significante, & cap.Rodulfus de rescr.

58 † Intellige primo, & aduerte, quod si Iudex astutè rescriptum interpretatur, vel aduersarius malitiosè opponit contra rescriptum,infamiæ nota quis respectiuè percutitur, vt per Hostiens. in summa de rescriptis,in ver.& de ipsius interprat.§ potest autẽ, &c. cir.princip. per tex.in l.2.C.de ll. Ideò Iudex debet bona fide rescripta interpretari,vt idẽ Host.not.lo.cit. & hac causa

59 † Intellige secundo, & aduerte, quod à mala interpretatione quis appellare poterit, *vt per Felin. in cap. super quæstionū col. 3. vers. Item à mala interpretatione, etc. de offic. iud. delegat. Bald. in leg. Quicumque, C. de seruis fugit.*

60 † Intellige tertio, & nota, quod iudex opposita exceptione surreptionis, vel falsitatis, poterit de illis cognoscere, *vt per eundem Felyn. in cap. de cætero, num. 11. de re iud. Specul. in tit. de rescripti præsentatione §. 2. & de sentent. §. sequitur vers. quid si, etc. Rugin. de appell. §. 6. gl. 2. cap. 2. num. 11.*

Intellige tamen, prout supra notatum fuit, *num. 29.* quando .s. falsitas detegitur, nam sententia esset ipso iure nulla, *vt per Glorit. in d. cap. super litteris, numero 439. & sequen.*

61 † Intellige quarto, & aduerte .s. quod Iudex debet prius cognoscere, de veritate precum, antequam admittat, vel committat appellationem, vel alias litteras approbet, & appellantem, vel litteras subripiētem repellere falso impetrantem. *Ruginell. de appellat. d. §. 6. gl. 2. cap. 2. num. 11. versic. debet etiam per Paris. consil. 108. n. 6. & 7. lib. 4.*

62 Intellige quinto, & reputa singulare, quod in litteris de forma, quæ per Senatum nostrum concedi solent non committitur surreptio, vt in specie not. *D. Ludouic. Pont. decis. Rot. Romana, 435. num. 5. Plot. consil. 29. nu. 1. Onded. consil. 27. lib. 1. num. 64. & Cardin. Tusch. conclusione 218. num. 5. Lancellot. de attentat. post inhibitionem, par. 2. cap. 20. limitat. 12. num. 6. 7. 8. cum sequen. Petrus Gregor. Tholos. in cap. 50. num. 3. circa med. de rescript. li. 1. & latius dicemus in suo proprio titulo.* Vtrum in litteris de forma possit committi surreptio.

Verùm prædicta sunt intelligenda in surreptione iuris, secus vero in surreptione facti, puta, si diceretur in supplicatione, quod fuerit appellatum, & tamen reuera non constaret de tali appellatione, prout not. *idem Lancell. in d. cap. 20. limitat. 12. num. 1. & 2. per Paris. consi. 172. num. 13. lib. 4.* verum non committeretur surreptio in his litteris de forma, si non fieret mentio de toto processu causæ, *vt per Rotam Romanam, in decis. fastoli in causa 35. dubio 64. num. 3. per text. in cap. 1. in fine, & ibi Io. Andr. de litis contestatione*, ideò, intelligendum est quod non committitur surrepto in his litteris de Iustitia, .s. quoad accidentalia, secus vero quo ad substantialia, *vt per eundem Lancellot. d. cap. 20. limitat. 12. numero 12. cum sequen. par. 2. & latius per nos in dicto suo proprio titulo, &c.*

63 † Intellige sexto, et nota, quod declaratio Iudicis, .s. quod rescriptum sit surreptitiū, vel obreptitiū, est interlocutoria, & nisi appelletur, transiret in iudicatum, quod sit interlocutoria *not. Rebuff. ad reg. Constitutiones Gallicas. tomo 2. in præfatione, de rescriptis, num. 95. vers. decimo quarto, &c. & post eum Ruginell. de appellat. §. 1. cap. 2. num. 195. in versic. rescriptum.* & sic, qđ transiret in iudicatum. *notat. Abb. in cap. Cæterum, n. 9. circa fin. & ibi Felyn. & DD. omnes, de rescriptis, idem Abb. in cap. Dilectus eod. tit. Glorit. in cap. super litteris, num. 440. de rescript.*

64 † Fallit tamen hæc regula in oppositione falsitatis, nam detecta falsitate, si Iudex procederet, sententia tamen nunquam transiret in iudicatum, cum esset à principio ipso iure nulla, vt in specie tradit *Glorit. d. cap. super litteris, num. 437. 438. cum seq. & num. 440.* intellige tamen, quod poterit Iudex cognoscere super tali falsitate, & si processerit erit validus processus, si falsitas non detegitur, alias secus vt per eundem. *Glorit. dicto num. 440. in fine*, verum si Iudex videat probabile esse circa dictam falsitatem supersedebit, & prehabita informatione ad superiorem remittet, *iuxta. tex. in cap. in memoriam 19. distinct. & in cap. 2. de rescr. quod refert. Salycet. in l. præscriptione, num. 12. C. si contra ius. &c. & post eum Glorit. lo. cit. num. 441. fin.*

65 † Intellige septimo, quod verba generalia interpretari debent iuxta rationem recti sermonis, *vt per Bald. in cap. causamque, num. 6. de rescrip. per tex. in l. Plautius. ff. de auro, & argen. lega.*, ita quod interpretatio non sit captiosa. *l. cum Aquiliana. ff. de transact. & l. tres fratres. ff. de pactis.*

66 † Intellige octauo, & nota quod interpretatio Iudicis imperiti, errans in intellectu rescripti, quod reuocatur in irritum. *Bald. in d. cap. Causam quæ, num. 2. cir. fin. eodem tit. nostro*, vbi addit, quod etiam bona fides, quę ex iuris imperitia oritur, non proderit, ideò tutius esset causam committere consulendam, vt inquit *Conrad. Laudens. suo tract. omn. iud. lib. 1. cap. 1. in tit. de Imperatore. §. 3. versic. dubitationes auditorum, &c. num. 6. circa med. & diximus etiam sup. num. 43.*

67 † Intellige nono, & aduerte, quod in his rescriptis veniunt ea, quæ si concedens fuisset interrogatus, fuisset vtique concessurus. *Teste Vrsillo ad Afflict. in decis. 355. num. 3. Alex. in l. Titius. §. Lucius, ff. de liber. & posthu.* & ibi cæteri scribentes per illum tex. *per gloss. vulgarē. in l. tale pactum. §. fin. ff de pactis. Curt. Senior. in consi. 81. Rectè præfat. col. 2.*

68 † Intellige decimo, & nota, quod litteræ gratiosæ vitiantur nedum quando surreptio fuit causa inductiua & finalis ipsius gratiæ, verum etiam si fuerit causa impulsiua, vt quia Princeps cessante surreptione, fuisset tamen concessurus, sed non ita de facili, vel de leui. Et sic surreptio hæc fuit causa impellens. Ita probat *tex. qui ad hoc reputatur singulare in cap. Postulasti de rescriptis. & ibi ponderant DD. vt egregiè etiam notatur per Alex. consil. 161. num. 4. circa med. lib. 7. Costa de facti scietia, & ignorantia distinct. 15. centur. 1. num. 3. Rota Romana ex caputaque. decis. 274. nu. 3. cum seq. lib. 1.* etiam si sine dolo commissa sit, *vt per Costam loco citato*, in gratiosis enim omnes facti qualitates sunt exprimendæ. *vt p Franc. March. Delfi. decis. 504. num. 15. par. 1.* in contētiosis autem, non omnis surreptio vitiat. *Costa. qui supra in regula 2. nu. 9.* secus autem in gratiosis *vt per tex. in c. 2. de filijs Presbyterorū in 6. Costa d. dist. 15. nume. 3. in principio.*

69 † Intellige igitur regulam illam eius, est interprætari, cuius est condere, tribus modis, & primo illa intelligenda est, quando agitur principaliter de interpretatione concernente intellectum, & validitatem priuilegij, vel Constitut. Principis, cum eo casu ad Principem spectet interpretatio illa, ideò ita intellige reg. ipsius est interprætari, cuius est condere, *vt per Dec. in dicto cap. Cum venissent, num. 3. & num. 4. in fine & ibi Abb. nu. 3. circa principium, de iudic. & alij scribentes passim, idem notatur supra, nume. 8. secundo intelligitur* quando agitur de interpretatione generali, vt faciat fidem, vel legem, quo ad omnes subditos, nam eo casu ad Principē spectaret, & sic procederet regula ista, *vt per Panorm. in cap. inter alia num. 2. de senten. excommun. Innocent. in cap. Cum specialis, & ille Abb. nume. 7. in fine de appellat. Felin. in dicto cap. super quæstionum, num. 2. de offic. Iud. delegat.* Iudex autem, siue Doctor non poterit interprætari, vt faciat legem generalem, sed vt faciat fidem solum in causa vertente coram se. *vt per Panorm. in dic. c. Inter alia, num. 2. & ibi affirmant scribentes tex. in l. vnica. C. de Professoribus, qui. in vrb. cond. lib. 12. facit Rugi. de appellat. §. 6. gloss. 2. cap. 6. num. 6. & 8. vide sup. nume. 37. & num. 3.*

Tertio casu intelligitur, quando alia interpretatio super rescripto, vel priuilegio, quæ congrua sit haberi non potest, nam eo etiam casu in subsidium ad Principem recurrendum est pro tali interpretatione, *vt egregiè per Abb. in cap. 1. in 1. notabili de iuramen. o calumnia, Bart. in l. omnes popul. vers. tertio quæro, ff. de iust. & iure. Dec. in regul. in ambiguis, &c. de regul. iur. diximus sup. nu. 39.* & sic talis interpretatio declarans dubium iuris faceret ius quoad omnes, *vt inquit Afflict. decis. 96. nu. 11. circa med.*

med.Crau.consil.135.nu.39.Plot.consil.3.num.3.Afflic.decis.190.num. fin. quod intellige quando animo legẽ condendi emanarunt, vt per Sanchez de matrim. lib.2. disputatione 31.num.6. circa med. & diximus supra in preludio 4. num. 41. & sic intelligitur dicta regula eius est interpretari,&c. quibus additur quod etiam

70 † Regula hęc,eius interpretari, cuius est condere, intelligitur pariter quando agitur nedum de substãtia priuilegij, verum etiam quoties priuilegium tangeret ius ipsius Principis, secus autem esset dicendum, si ius alterius,nam eo casu quilibet Iudex,& I. Cons. poterit illud interpretari,ita egregiè tradit Mastrill.decis.241. num.50.& 51.lib.3.in decis.Regni Cicilię, idem notatur per Bald.in preslud.feudorum, & in cap.1. de lege Corradi,idem not.Gail.practicarum obseruat.1.num.7.& 12. l.cum de nouo.C.de legibus,& diximus supra, nume.11. ideò applicatur regula, eius est interpraetari vt sup. expositum est. Mastrill.d.decis.241.num.48. Miles in suo aureo reperterio in verbo Iudex inferior non cognoscit,&c. Verũ non omnibus Curijs,vel Senatoribus leges condere permissum est, vt de Senatu Pedemontano, testatur Thesaur. in prefatione suarum decisionum. num.32.& Io.Grinell.in decis.Senat.Dolan.decis.72.n. 21. idem dicitur de Senatu Ciciliæ, vt diximus sup. in primo preludio, sed Curijs supernis tantum, vt idem Grinell.not.d.decis.72.& Franc. Marc.decis.419.num.5.& decis.626.num.1.par.1. vbi inquit, quod istæ Curię supremę tantę sunt auctoritatis, & potentię, vt leges nedum interpraetari, sed & condere possint, per text. in l. non ambigitur,ff.de legibus,& l.formam.C.de offic.Praefect. preter, prout est Senatus noster, supremus enim dicitur cum à Maximo Principe potestatem habeat, vt sup.diximus in primo Preludio, vbi vide multa notabilia. Cum etiam stilum Curiæ inducere possit, vt sup. diximus in preludio 4.num.27.ideò supremus dicitur, vt not.in specie. Sanch.de matr.lo.cit.

71 † Ea propter Excelsus Senatus noster, cum iure proprio Principis fungatur, nedum leges, & constitutiones interpretari, & eis derogare potest, imò & eas condere, vt per Odd.de fideicommiss.par.1. quaest.30.nu.144.cum sequen.& diximus latè sup.in dicto 1. preludio. num.27.& sequen. Borell.de Regis Cathol.prast.cap.31. num.32. Albert.Brunus in consil.41.num.21.Ruin.cons.134.num.9.vol.5.Sola in decret.Sabaud. in primo glos.1. glos.2.num.16.Thesaur.in Proem. decis.Pedemont.num. 14.circa finem,versic.Caeterum.&c.vbi Regem nostrũ, summum, & maximum omnium Regum Philippum Austriacum appellat, & cum alio epitheto, quicquid calcauerit pes tuus, tuum erit iux. §. Ferè, versic. quid enim.& §.insula.instit.de rerum diuision.de hoc diximus supra in Preludio 2.num.14.sequitur Surd. consilio 152. num.20.& in consil.210.nu.25.vol.2. Verum

72 † Leges condere non sufficit, nisi adsit Principis authoritas, qui obseruari illas faciat, & precipiat, facit adhoc Aristotel.lib.10.Ethicorum cap.9.dum ait Patris quidem praeceptio vires non habet,nisi sit Rex, aut aliquis talis,qui illam obseruari faciat. Borell. dicto cap. 31. numero 33.& num.34.Aegid.de regimine Principũ. lib.3.par.2.cap.3.& 27. nam

73 † Regulariter leges,& rescripta Principum,habent vim cogentem, cogere vero non potest, nisi Excelsus Senatus noster,(qui hac nititur potestate) vt rescriptis & litteris suis auctoritatem prębeat,ad hoc, vt uim legis obtineant, & in eius Prouincia pro lege seruentur, per tex.in l.normam.C.de offi.praefect.praetor.orient. Dec. in l.Bene est.in 2.notabil.ff.si cert.petat. Borell. qui supra num.35.36.cum seq. quibus declaratur. Caesarea Constitutio de Senatoribus.§. Caeterum,&c. ibi .s. possit idem Senat. prouisiones facere,quę inconcusse seruentur,&c. ideò ad hoc,vt ille prouisiones pro lege seruentur incõcusse,requiritur iussio,& volũtas Principis, quę illas sic seruari praecipiat,vt per eundem Borell.d.cap.31.num. 33.cum sequen.& diximus sup. num.72. Ea propter hoc prelud. concludendo, dicimus

74 † Leges,& rescripta Principum, & omnia eorum mandata, habere vim cogentem, ad hoc, vt pro lege seruentur,ideò Senatus noster solet (in his legibus condendis) authoritatem suam prębere illis,vt sustineãtur, ipsius.n.Excelsi Senat.est iubere, quę opportet fieri, & vetare à quibus abstinere decet, cum non sit cuiuslibet Curię leges condere, vt per Aegidium, dict. tit. de regimin.Principum.lib.3.cap.3.& 27. par. 2. & per Platon. lib.16.in Dialog.& Philo.de vita Mosis.lib.2. cum Senatus noster animata lex sit, vt per eundem Borell. quo sup.num.33. 34. & 35. cum sequen. verum uis legis alia coactiua,alia vero directiua dicitur, vt per Milta. in c. 1. de constis. num.15. & sic demum intelligenda est regula, cuius est condere eius est derogare abrogare interpretari,& antiquare, per tex.in l.Princeps, ff.de legibus,& l.1.ff.de constitut.Principum.l. leges sacratissime, & l.fi.C.eod.tit.Petr.Gregor.in suis sintagmat.iur. uniuersi.lib.47.cap.20.num.8.par.vlt.Mastrill. decisi.241. num.48.lib.3. & ita intelligenda est Constitutio de Senatoribus.§.Habeatque idem Senatus,&c.ibi.s.confirmandi,infirmandi, & tollendi, & in his, quę ad Iustitiam pertinet prouidendi, &c. nam hoc verbum prouisio omnem prouidendi modum compręhendit, vt per Staphileum suo tract.de litteris gratia in tit. de modis prouisionis, num.14. ideò ad omnes casus prouidendi, & leges condendi in Iustitię administrationem refertur, vt per Praesid. Menoch.de arbitrar.Iudic.cas.68.nu. 33. maximè attento hoc verbo prouidendi, vt not. Alex.in l.commodissime.ff.de liber. & posthum. & sic legem condere non prohibetur; quia etiam ex speciali potestate permittitur, vt de Prorege Cicilię dicitur secundum Mastrill.tract.de Magistratibus,par.2.li.5. cap.6.num.246. nam licet Iurisdictio plenaria originaliter radicata sit in Principe,attamen ab illo alia Senatui nostro pro Iustitię administratione communicatur, vt per Senatorem Clarum sua praxi crimin. quaest.94.§. fin.vers.est etiam,& ibi.Galderic.in fine, Baiard.& alij Boss.in tit.de Principe, & priuileg.eius,num.87.cir.med. & num.88.cum sequen.& num.217.idem not.ad litterã. Mastrill.d.lib.5.cap.5.num.1.& 2.de Magistrat.par.2. l.1.ff.de constit.Princip.& ibi DD. omnes, & latius diximus ad commentaria in titul. de Senatoribus, cap. legem generalem condit, &c. vide etiam quę diximus in 4.preslud.num.9.in fine,& in preludio 1.num. 28. cum seq.

Rescripta Principum,quomodo interpraetari valeant.

RÆLVDIVM. VI.

COMPENDIVM.

1 *Principum statuentium,vel rescribentium mens, & voluntas,eo modo quo mens inspicitur Testatoris, interpraetanda est.*

2 *Mens, et voluntas accipitur pro animae potentia, pro habitu,& pro actu, nec ab anima intellectiua separari potest.*

3 *Littera seu rescripta principum vitiantur ex deffectu intentionis, & voluntatis rescribentis.*

4 *Actus quilibet noster, à nostra intentione venit declarandus.*

5 *Regula,quod rescripta principum interpraetari debent secundum mentem concedentis. quomodo intelligenda sit.*

6 *Mens est attendenda,quando in litteris principis, vel Senatus, de eius intentione apparet, alias secundum verborum*

borum significationem venit interpratanda.

7 *Mens, & voluntas rescribentis, vel delegantis, apparere dicitur, si ex facie rescripti, vel delegationis perspiciatur, numquid littera sub aliqua conditione, vel modo emanauerint, vel si stat pura, & dispositiua, aut si cognitio, vel diffinitio totius negotij, vel solius partis, aut cognitio tantum commissa extiterit.*

8 *Caput rescripti, vel gratia principis, declarant enixam mentem concedentis.*

9 *Regula, quod in rescriptis, sit magis spectanda mens principis, quã verba, intelligitur quando verba saltem secundum impropriam significationem menti, seu voluntati possunt adaptari.*

10 *Dubium quando oritur de mente principis, ad qualitatẽ verborum recurrendum est, cum nullum sit maius mentis testimonium, quam qualitas inspecta verborum.*

11 *Mens, & intentio principis colligitur, vel ex ratione expressa in litteris, vel si non est expressa ex coniecturis.*

12 *Ampliatur primo, quod coniecturata mens Principis, etiã attendi debet, quando colligitur præsumptio, & coniectura, quod si disponens de ea cogitasset, ità disposuisset.*

13 *Ampliatur secundo, quod mens principis pro expressa habetur, licet de mente non constet per verba, quando mẽs ipsa ad aliud dispositum est expressum.*

14 *Ampliatur tertio, quod nedum ex coniecturis, verum ẽt ex præsumptionibus, mens principis colligi, & interpratari poterit.*

15 *Ampliatur quarto, quod hæc præsumpta mens principis præualet proprietati sermonis, quando verba ex impropria significatione adaptari possunt ad coniecturatam mentem concedentis.*

16 *Ampliatur quinto, quod nedum ex præsumptionibus mẽs spectatur principis, sed etiam ex verisimili colligi, & interpratari poterit.*

17 *Ampliatur sexto, quod etiam arguendo à communiter accidentibus, mens disponentis coniecturari poterit.*

18 *Ampliatur septimo, quod etiam ex proœmio litterarum principis, colligi, & interpratari poterit mens ipsius rescribentis.*

19 *Ampliatur octauo, quod nedum ex proœmio litterarum, verum etiam ex præcipuis conditionibus in litteris appositis, mens statuentis poterit coniecturari.*

20 *Ampliatur nono, quod nedum ex conditionibus, sed ẽt ex verbis litterarum colligitur mens principis, consistit enim in verbis, sicut facies in speculo.*

21 *Ampliatur decimo, quod quando mens disponentis certa est, tunc mens potius, quam verba attendi debent rescribentis.*

22 *Ampliatur vndecimo, etiã procedere, quod vbi esset plus, vel minus in mente, quam in verbis, tunc ad mentem disponentis recurrendum est, & secundũ eam interpratandum.*

23 *Ampliatur duodecimo, procedere, quando mens concedentis ex alijs coniecturis colligitur, & verba sunt ambigua, ita ut nullus inde certus sensus colligitur, tunc reiectis verbis, talis coniecturata mens attenditur.*

24 *Ampliatur decimotertio, quod mens principis diceretur probata, & de ea appareret, quando ipse disponens forte asserteret, illud rescriptum emanatum fuisse ex tali causa.*

25 *Ampliatur decimo quarto, idem dicendum esse, quando mens principis, vel Senatus, colligeretur per necesse ex verbis, ita ut verba aliud importare non possent, tunc menti standum esset rescribentis.*

26 *Ampliatur decimo quinto, quod quando verba omnino non deficiunt, sed saltem largè, & impropriè, casum possint comprahendere, ad quem extenditur, eo etiam casu secundum mentem rescribentis esset talis mens interpratanda.*

27 *Limitatur primo dicta regula principalis, non procedere, quando mens principis esset dubia. & ambigua, nam eo casu à verborum proprietate non esset recedendum.*

28 *Limitatur secundo, idem dicendum esse, quando verba rescripti essent de per se clara, tunc enim non reducitur rescriptum ad mentem Principis, nec ad aliam mentis coniecturam.*

29 *Limitatur tertio, non procedere quando verba ita se haberent, vt nec ex propria, nec ex impropria significatione adaptari possunt coniecturata menti disponentis, nam verba rescripti eo casu attendi debent.*

30 *Limitatur quarto, non habere locum regula, quãdo adesset duplex impropriatio, non.n. menti disponentis, sed proprietati verborum tunc adhærendum esset.*

31 *Limitatur quinto, non etiam procedere dicta regula principalis, quando verba, vel omnino repugnarent, vel omninò deficerent, eo etiam casu à verbis recedi non deberet.*

32 *Limitatur sexto, idem dicendum esse, quando ex aliquibus coniecturis constaret de mente concedentis, & verba proprias significationes, & improprias habent, tunc enim ad solam verborum significationem recurrendum est.*

33 *Limitatur septimo, non habere locum, quando mens principis proprietati verborum repugnaret, nam eo casu talis mens nulla, & inutilis redderetur.*

34 *Limitatur octauo, non procedere quando de mente nullo modo constare posset, nec ex verbis, nec ex coniecturis, tunc mens ipsa cum videretur in mente retenta ad significationem verborum esset recurrendum.*

35 *Limitatur nono, vt locum etiam non habeat, quãdo mens præsumpta immaginaria esset, nam etiam verborũ proprietas præualeret.*

36 *Limitatur decimo, vt non procedat quando quis vellet probare aliam fuisse disponentis mentem (quæ ex ipsis verbis colligeretur,) nam adhuc proprietati verborum standum erit reiecta mente illa extrinsecus probata.*

37 *Limitatur vndecimo, idem dicendum fore quando mens principis a verbis omnino abstracta esset, nam eo casu diceretur omnino tacita. & in corde retenta, & nihil posset operari, quo ad ipsius mentis interpratationem.*

38 *Limitatur duodecimo, & declaratur prima regula principalis, quod vbi de intentione principis esset ita dubiũ. & arduum, quod nullo modo posset comprahendi ipsa intentio, vel non sine magno dubio, hoc sanè casu ad interpratationem principis, vel Senatus, recurrendum esset.*

39 *Amplia hanc vltimam fallentiam, quod licet etiam mens principis fuisset quidem expressa, sed tamen verbis adeò dubijs, & obscuris, vt intelligi nequeat talis mens principis, hoc sane etiam casu, solus princeps interpratabitur.*

40 *Declara primam regulam principalem, quod. s. regulariter talis esse præsumitur mens principis, qualis est legũ candor, & naturalis rationis integritas, & nota prout ibi.*

41 *Declara secundo, quod verba in rescriptis posita, æquitati, & iuri conformari debent, licet etiam verba non patiantur.*

42 *Limita tamen hanc regulam non procedere, si iuris ratio hoc aliquo modo non patiatur.*

43 *Declara tertio, quod regulariter mens principis, vel Senatus, non est, quod in rescriptis ius alterius lædatur. vel imminuatur.*

44 *Amplia primo, hanc tertiam declarationem, habere locũ etiam in priuilegijs, nam concessa semper intelliguntur sine tertij præiudicio.*

45 *Amplia secundo, idem procedere si princeps, vel Senatus, motu proprio, & de potestatis plenitudine rescriberet. nam iuri alterius numquã censetur derogare.*

46 *Intellige tamen hanc regulam locum habere, quando ageretur de graui, & enorme præiudicio, nam eo casu ille clausulæ motus proprij, & de potestatis plenitudine, nihil in præiudicium tertij poterunt operare, secus autem si*

de

de modico praiudicio ageretur, & limita prout hic.

47 *Declara quarto, principaliter primam regulam, quod Princeps, vel Senatus, semper praesumitur Iustitia plenus, & iustum facere, & velle quod iura volunt.*

48 *Declara quinto, quod regulariter omnia rescripta, prouisiones, & Principis mandata, in se tacitam conditionem habens (etiam si non apponatur) dummodo tertio nō praeiudicent, & ius tertij non auferatur.*

49 *Amplia hanc regulam etiam in rescriptis Pontificis, quia numquam intelliguntur derogare iuri alterius, nisi expresse agatur.*

50 *Amplia etiam, idem procedere in priuilegijs Principis, nam semper conceduntur saluo iure cuiuslibet tertij, quae clausulae semper intelliguntur.*

51 *Amplia pariter in rescriptis, & litteris Imperatoris, quia etiam in eis non praesumitur velle alteri praiudicare, nisi in specie actum sit.*

52 *Declara sexto principaliter, quod nedum concedentis mētem attendenda est, verum etiam personam impetrantis, nam prius est de veritate precum inquirendum, quā interpratatio petenda.*

53 *Declara septimo, & obserua, quod Iudex sequi non debet mentem Principis inuerisimilem, sed qualitatem verborum, eo casu seruare tenetur.*

54 *Declara octauo, & intellige, quod vbi habemus sonū verborum (verba enim deseruiunt menti, & mens verbis,) non indigemus interpratè.*

55 *Declara nono, quod mens, & verba ad inuicem conuenire debent, vt simul operentur.*

56 *Declara decimo, quod allegans talem fuisse Principis mētem, talem fuisse debet expressè probare.*

57 *Declara vndecimo, & nota, quod mens disponentis, non solum ex eodem rescripto, vel priuilegio, verum etiam ex alijs rescriptis, vel priuilegijs similibus, talis mēs colligi poterit.*

58 *Amplia hanc regulam, quod imò rescriptum vnius Principis, recipit interpratationem à rescripto alterius Principis.*

59 *Declara duodecimo, quod si rescriptum disponeret, quod interpratari non deberet, attamen reciperet interpratationem, vt non recederetur à verbis ipsius rescripti.*

60 *Declara decimotertio, quod mens Principis, vel Senatus, colligi etiam potest, quando rescriberet formaliter, emanando. s. ordinem substantialem.*

61 *Declara decimoquarto, & intellige, quod formam dare rescriptis communem, vel specificam, dependet à voluntate rescribentis.*

62 *Declara decimoquinto, quod intentio Principis colligitur etiam, quando rescriberet causaliter, quando. s. consideraret radicem causae prodeuntis.*

63 *Declara decimosexto, & nota, quod quandoq; mens Principis, vel Senatus perspicitur, quando rescriptum, seu litteras emanaret principaliter, eas scilicet emanando ex certa scientia: & de potestatis plenitudine.*

64 *Declara decimoseptimo, quod mens, & intentio mandantis, vt loquentis sequenda est, & exequenda.*

65 *Declara decimooctauo, quod quando menti concedentis satisfactum non est, quod actus reiterari debet, & quomodo, vide hic.*

66 *Intellige primo, & nota, quod Iudex rescriptum, & mādatum Principis adimplere tenetur, non de simplici natura verborum, sed de intellectus, & mentis natura, & interpratationis ex ipsius rei natura sumpta, quae est optima verborum interpres.*

67 *Intellige secundo, & obserua, quod Iudex secundum mentem Principis cognoscere debet, & considerare animum Concedentis, qualis esse debet (qui per rationem cognoscit,) adeoquod, illa ratio, quae debuit mouere delegantē, mouere debeat, & delegatum.*

68 *Intellige tertio, & nota, quod. s. mens Principis videri nō possit, attamen per rationes, & coniecturas colligitur, et secundum eas rescriptum interpratari potest, & quid de mente Senatus nostri.*

69 *Intellige quarto, & nota, quod Principis, vel Senatus intentio, vel praesumptio, pro legis mente, & praesumptione habenda est, cum sit Princeps lex animata in terris, quemadmodum corpus regulatur ab anima ità, & rescriptum regulatur ratione legis.*

70 *Intellige quinto, & reputa singulare, quod Principis intētio, & volutas est, quod iniusta rescripta, vel decreta consultentur, etiam quod nuda executio demandata sit, quia non intendit, nisi iustum facere, & quod est pro communi vtilitate, declara prout hic.*

71 *Intellige sexto, & nota, quod Imperator Constantinus de veritate precum inquiri iussit per Iudicem, quamuis in rescriptis cognitio non mandetur, sed tantum executio declara prout hic.*

72 *Intellige septimo, & obserua, quod si in rescriptis Principis, vel Senatus appareat, quod preces veritatem non cōtineant, Iudex illas exequi non tenetur, parte opponente, & declara prout hic not. Author.*

73 *Intellige octauo, & nota, quod interinatio litterarū Principis, vel Senatus, regulariter fienda est, quae nil aliud est, quam cognitio, an preces porrectae verae sint, & quomodo.*

74 *Intellige nono, & obserua, quod littera Principis, vel Senatus, licet dura videantur, executioni tamen mitti debent, dummodo non sint surreptitia, vel falsa, aut iniusta.*

75 *Intellige decimo, & nota, quod qui subterfugijs, & iniustis excusationibus, rescripta Principis adimplere detrectant, puniendi sunt iux. for. l. 2. C. de legib.*

76 *Intellige vndecimo, quod intentio principis in similibus rescriptis exequendis, est constans, & perfecta, dummodo praeces porrecta veritate nitantur.*

77 *Intellige duodecimo, & nota, quod rescriptum principis in substantia, dicitur validum, ideò mitti debet executioni, si pars, vel tertius non reclamet, quia implicitum statum habet validitatis, donec pars opponat.*

78 *Intellige decimotertio, & nota, quod regulariter in omnibus rescriptis, & mandatis principum, semper intelligitur inesse clausula, si preces veritatem contineant, vel si ita est, vel veris existentibus narratis, cum similibus.*

79 *Amplia hanc regulam, etiam habere locum in litteris Sūmi Pontificis, in quibus subintelligitur conditio, si causae motiuae veritate nitantur.*

80 *Amplia secūdo hanc regulam, etiam procedere in litteris, seu rescriptis cuiuscumque Regis.*

81 *Amplia tertio, idem dicendum esse in rescriptis, & priuilegijs Imperatoris.*

82 *Declara primo, quod ista clausula si praeces veritate nitantur, vel veris existentibus narratis. non excludunt ea, quae si princeps sciuisset, vtique fuisset concessurus.*

83 *Declara secundo, quod istae clausulae si praeces. &c. non faciunt conditionem, sed instruunt, & [illegible] potius, quam ad iurisdictionem fundandam, aut inchoandam, sed apponuntur ad procedendum ex eis; intellige tamen prout hic notat Author.*

84 *Opinio Authoris, & noua declaratio.*

85 *Declara tertio quod hae clausulae si ita est, vel veris existentibus, &c. referuntur solū ad omnia in precibus expressa, non autem ad alia extra preces contenta.*

86 *Opinio, & declaratio Authoris.*

87 *Intellige tamen, quod huiusmodi clausulae si praeces, &c. vel veris existentibus, &c. semper intelliguntur inesse, etiam si non apponantur.*

88 *Intellige decimo quarto, & nota, quod Iudex si rescripta, vel litteras cognouerit iustas non esse, vel contra ordines emanatas, quod manum non apponat, sed principi, vel Senatui rescribat, & quando.*

89 *Senatui nostro Amplissimo displicet, timētes suas litteras*

contra

contra ordines emanatas, in tantum, quod non audeant reclamare.

90 *Intellige decimoquinto, & nota, quod in exequendis Principum mandatis, vel rescriptis, contra Iudices negligentes, vel ex malitia indiitum interuertentes, rigor per Principem aliquando seruari debet.*

91 *Senatus noster solet post primum rescriptum dispositiuũ, Iudici negligenti rescribere, vt litteris Senatus eidem emanatis omnino pareat.*

92 *Senatus noster, post secundas litteras, recusanti, vel negligenti Iudici, rescribere, & tertiam iussionem emanare solet, vt sub pœnis Senatui arbitrarijs, litteris secundis omnino parere debeat.*

PRÆLVDIVM. VI.

PRæcedenti quæstioni, congruenter se offert alia regula declaranda .s. quomodo intelligendum sit illud dictum quod rescripta Principis, interpretari debeant secundum mentem concedentis, *vt per Oldradum cons. 257. num. 39. & per alios DD. passim*; Verum quia materia hæc dicitur intrinseca, ac etiam brocardica, *vt per Abb. in cap. super litteris. num. 6. in fi. de rescr.* ideò vt facilius, quam fieri possit explicabimus, ab argumẽto eorum, quę dicuntur de mente Testatoris, cum regulariter

1 † Principum statuentium, vel rescribentium mens, & voluntas, eo modo, quo mens colligitur Testatoris, interpretanda est, *vt per Ludouis. Sum. Pont. in decis. Rot. Roman. 398. nu. 10. facit quod tradit. Baldus. consil. 184. in fine. lib. 1. & per Hostiens. in summa de verbor. signifi. §. qualiter verba dubia interpretari debeant. cir. medium. versic. & idem intelligas in testam. &c.* cum etiam argumentum à verbis legis ad verba testatoris valeat, *vt per Socin. Iun. consil. 62. num. 32. & consil. 67. num. 28. vol. 3.* fallit tamen hęc regula, quando esset diuersa ratio, *vt dicto consil. 67. num. 43.* nam testatoris dispositio, lex appellatur, *Socin. d. consil. 62. num. 33. vol. 3.* ideò sic dicẽdum est de mente, & dispositione Principis per iura, vt supra allegata.

2 † Mens. n. & voluntas accipitur pro animæ potentia, pro habitu, & pro actu, nec ab anima intellectiua separari potest, vt inquit, *Mantica de coniecturis vltimarũ volunt. lib. 1. tit. 3. num. 2. & 3. Gallarat. latissimè agens in suis tract. de renunciat. cent. 1. tomo 2. renunc. 23. nu. 1. 2. 3. 4. & seq. Borell. de Regis Cathol. præstancia, cap. 64. num. 112. 113. vsque ad num. 124.* vbi plura cumulat, videas eum ibi. *Ambrosius Pareus de anatome humani corp. lib. 23. cap. 11. Ludou. Vin in tit. de anima lib. 2. c. 1. Vitus Amerbach. de anima. lib. 3. cap. de sede animæ.* Eapropter

3 † Litteræ seu rescripta Principum vitiantur, ex deffectu intentionis, & voluntatis rescribentis, *vt per Achil. Pedroch. consil. 1. num. 170. Socin. iun. consil. 95. num. 38. cir. med. vol. 3. versic.* Item & voluntas, &c. *Socin. Sen. cons. 120. col. 3. vol. 3. idem Socin. iun. cons. 77. numero 12. cum quatuor seq. vol. 1. & in dicto consil. 95. num. 48. in fi. col. 3.* quia & ad validitatem rescripti attenditur intentio concedentis, *Glosa in cap. super litt. num. 84. de rescript. Bald. in l. rescripta. C. de precibus. Imperat. offer. Glos. in cap. Intelligentia & ibi tex. de verb. signific. cap. super eo de off. deleg.*

4 † Cum etiam Regulariter actus quilibet noster à nostra intentione venit declarandus, *vt per Socin. Iun. consil. 95. num. 60. & consil. 73. num. 24. vol. 3. & consil. 142. num. 28. eod. tex. in l. non omnis. ff. si cert. pet. & l. in ambiguis orationibus. ff. de re. iur. tex. in l. Neratius. in fin. cod. tit.* ideò hęc

5 † Regula quod rescripta Principum interpretari debent secundum mentem concedentis, *vt per Socin. iun. d. consil. 95. num. 74. vol. 3. & Oldrad. d. consil. 257. n. 39. & Dec. consil. 409. num. 14.* intelligi debet, quando de mente principis in eius litteris, seu rescriptis ex aliquibus signis, vel coniecturis constat, nam eo casu magis standum est intentioni, quam verbis litterarum, aliàs non, *vt per Castrens. in l. siquis filium num. 3. C. de liber. præter. & per Costā de facti, etc. reg. 20. num. 1. Hostiens. in d. sum. de verb. signific. d. §. Qualiter verba dubia interpretari debeant, circa principium, Abb. in cap. intelligentia, & ibi glosa in litt. A. & tex. & scribentes, & In. cap præterea. de verb. signific.* & tunc ante omnia mens disponentis attendi debet. *vt per Socin. iun. d. cons. 142. num. 28. vol. 3.* alias quando uerba sunt clara nec cõstat de contraria intẽtione, tunc a uerbis non est recedendũ. *vt per eundem Abb. in cap. ad audientiam. num. 3. de decimis, & in cons. 98. num. 1. vol. 2.* & tunc etiam quandoque secundum communem intellectum, & modum loquendi interpretari debent. *Abb. in cap. Nam, & Rex. & ibi tex. gloss. & scribentes, num. 1. C. de verbo. signific. Castr. in l. non dub. num. 5. C. de legib.* Ideò regulariter

6 † Mens est attendenda, quando in litteris Principis, de eius intentione apparet, alias secundum verborum significationem, tales litteræ veniunt interpretandæ. *Abb. in d. cap. Intelligentia, & ibi glos. in littera. A. & tex. & scribentes omnes de verb. sign. tex. in d. cap. præterea. eod. & ibi Abb. & DD. Costa dicta regula 20. nu. 1. l. scire opportet. §. aliud. ff. de excusat. tutor. Host. in dic. §. qualiter verba dubia interpretantur circa principium. c. secundo requiris de appellat. Socin. iun. dicto consil. 95. nu. 78. & consil. 39. num. 51. cum seq. vol. 3.* nam verba non considerantur quando habetur intentio proferentis, verba enim deseruiunt intentioni, non autem intentio verbis. *Abb. d. ca. intelligentia circa med. eod. tit. de verbo. s. signif. d. cap. 2. requiris de appellat. Socin. d. cons. 95. num. 74. vol. 3. cap. quarto, & cap. in his de priuil.* materia igitur hæc dicitur intrinseca, *vt not. Abb. in cap. cum adeo, & cap. ex litteris. & ibi DD. omnes de rescript. Mãtica de coniect. vlt. vol. li. 3. tit. 4. nu. 2.*

7 † Mens igitur, & voluntas rescribentis apparere dicitur si ex facie rescripti, vel delegationis perspiciatur nunquid litteræ sub cõditione, vel modo emanauerint, vel si sint puræ, & dispositiuæ, aut si cognitio, vel diffinitio totius negotij, vel solius partis, aut cognitio tantum commissa extiterit, vt eleganter *per Vant. de nullit. in tit. de modo, & ordine viden. process. nunquid senten. sint ex aliquo. different. nulle. num. 2. vers. voluntas etiã eiusdem deleg. &c. Socin. iun. d. consil. 95. à num. 74. vsque ad num. 80. & num. 85. in fi. vol. 3. Abb. in cap. super quæstionum, num. 7. de offic. iud. deleg. Crau. consil. 45. num. 6. Bald. consil. 102. num. 3. post med. lib. 3. d. cap. 2. requiris, de appellat. Bald. cons. 472. col. 1. circa med. lib. 4. & ca. fi. de verb. signif.* nam mandati forma ad vnguem seruari debet, *vt per Vant. loco cit. Ludouis. Pont. decis. 1. num. 1. & 2.* Verum etiam quia

8 † Caput rescripti, vel gratiæ Principis declarant etiam mentem concedentis, *vt per Costam consil. suo 19. num. 3. Socin. iun. d. consil. 95. num. 14. & num. 84. in fine. vol. 3. argum. l. fin. ff. de hered. instit.* cum his, quæ ibi tradunt, *Doctores Dec. consil. 600. num. 1. & 2. Ludouis. decis. 531. num. 5. Gozad. cons. 1. nu. 14. Pedroch. consil. 10. num. 37. Farinac. decis. crim. Rota Bonon. 300. nu. 4. Crauet. cons. 301. num. 2. & diximus supra in 1. prel. num. 2. & seq.* Ideò

9 † Regula, quod in rescriptis sit magis spectanda mẽs Principis, quam verba, intelligitur quando verba saltẽ secundum impropriam significationem menti, seu voluntati possint adaptari, vt eleganter tradit. *D. Præses Menoch. de præsumpt. quæst. 26. lib. 1. num. 7. & num. 3. in fine, Gabriel. cons. 114. num. 7. Iason. in l. 2. col. 2. vers. 2. intellige. C. de liber. præter. Corneus consil. 263. num. 6. lib. 4.* voluntas enim disponentis dicitur Regina, & Domina, nam dominatur verbis, & est proprietati sermonis, *l. in conditionibus primum locũ. ff. de cond. et demõstr.*

&

& per Iason.in d.l.3.num.1.C.de liber. prater. & verba sunt note earum quæ sunt in animo passionum. *Bald.in cap.mandatum num.1.in fine de rescr. Menoch. d. quæst. 26.num.4.*

10 † Dubium autem quando oritur de mente Principis, ad qualitatem verborum recurrẽdum est, cum nullum sit maius mentis testimonium, quam qualitas inspecta verborum, ita scripsit. *Bald.consil.305.num.1.in fine, vol.1. vers.aut est dubium de mente, &c. idem not. Socin.iun.consil.1.num.32.& conf.3.num.40.& consi.4. num.18.& consil.13.num.15.& consil.39.num.25.& cõsil.73.num.10.& conf.77.num.20.& conf.78.num.3.& conf.123. nu.5. vol.3.l. quicquid astringendæ.ff.de verb. obligat.*

11 † Mens enim, & intentio Principis colligitur, vel ex ratione expressa in rescripto, vel si non est expressa ex coniecturis, *vt egregiè per Manticam de coniecturis vlt.volunt.lib.1.tit.2.num.10. Panorm. in cap. 2. requiris, de appellat. Cynus.in l.non dubium. & ibi Castrẽs. num.5.vbi quatuor modis explicat. C.de legib. Bald.in l. maximũ vitium.C.de liber.prater. Ruginell. de appellat. §.6.gloss.2.cap.6.num.9.circa fin.Socin.iun.conf.107.nu. 51. volum.3.*

12 † Ampliatur primo, quod coniecturata mens Principis etiam attendi debet, quando colligitur præsumptio, & coniectura, quod si disponens de ea cogitasset, ita disposuisset. *per tex.in l.tale pactum.§.vir.ff.de pactis Socin.in l.in ambiguo,col.vlt.vers sexta conclusio,&c.ff. de reb.dub.tex.in l.cum proponebatur de lega.3. Menoch. de præsumpt.quæst.26.lib.1.num.14. Crauet. consilio 33. num.23.Socin.iun.conf.66.num.7.*

13 † Ampliatur secundo, quod mens Principis pro expressa habet, licet de mẽte nõ constet per verba, quãdo mens ipsa ad aliud dispositum est expressum. *per tex. in l.iam hoc iure. de vulgar. Socin.in d.l. in ambiguo colum. vlt.vers.3.Castrens.in l.cum mulier, num.fin. ff. sol. matrimon. l. cum avus.ff.de conditione, & demonstrat. facit,l.cum proponebatur.de lega.3. Menoch.dic.quæst.26. num.12.*

14 † Ampliatur tertio, quod nedum ex coniecturis, verum etiam ex præsumptionibus, mens Principis colligi, & interpretari poterit. *per tex.in l.quoties.§.1.ff.de hared.instit.d.l.cum proponebatur de leg.3. et l.cum avus. ff.de cond.& demonstr. Menoch.qui sup.d. quæst.26. li.1. de præsump.nu.11.circa med.vers.*Cum dixit, quod quãdo voluntas, &c. prout etiam ex ratione declaratur. *Crau.consil.246.num.11.*

15 † Ampliatur quarto, quod hæc præsumpta mens principis, præualet proprietati sermonis, quando verba ex improprìa significatione adaptari possunt ad coniecturatam mentem concedentis. *Alex. consil.139. nu. 5.lib.6. Corneus consil.263.num.6.lib.4. Socin.in dict. l. in ambiguo, col. vlt. vers.2. conclusio.ff. de reb. dub. refferens. Bald.in l.cum virum.C. de fideicom. & in d. cap. 2. requiris.de appellat. Iason.in d l.3.C.de liber prater.vers. 2.intellige,&c.in col.2. Menoch.loco citato num.6.Socin. iun.conf.36.nu.6.lib.3.*

16 † Ampliatur quinto, quod nedum ex præsumptionibus mens spectatur principis, sed etiam ex verisimili, colligi, & interpretari poterit, *Menoch. de arbitrar. iud.cas.199.num.3.& num.10. Socin. iun.d. consilio 36. num.12.& consil.4.num.4.& consil. 58. num. 7. libro 3. Crauetta consil.135.num.33.& dicto consil.33. num. 22. & 23.& conf.51.nu.2.& consil.167.num.13.vide infra num. 53.* & hoc maximè, modo posset probari per verba expressa, vel per aliud simile. *Ruginell. de appell.§.6. glos.2.cap.6.num.9.cir.med.Socin.iun.d. conf.95. nu.60. in fine, col.3.*

17 † Ampliatur sexto, quod etiam arguendo à communiter accidentibus, mens disponentis colligi, & coniecturari poterit, vt inquit *D. Ludouis.Pont.in decis.85. nu.5. Bald.consil.70.num.2.lib.1.per tex.in l. neque natales.C. de probat.* & quando argumentum à communiter accidentibus procedat vide Præsid. *Euerard. in sua centur. legal.suo proprio tit.à communiter accedentibus, nu.10.*

18 † Ampliatur septimo, quod etiam ex proœmio litterarum Principis colligi, & interpretari poterit mens ipsius rescribentis, *vt not.Socin.iun dicto conf. 95. num. 14.circa principium, & num.84.in fine, vol.3.argumento tex.in l.fin.ff de hære.instit. Dec.conf.600. num.1. & 2. idem Socin.iun.conf.76.num.24.eod. vol.3. Ludouis. decis.531. num.5. & diximus sup. num.8.Farinac.in decis. Rota Rom.in crimin.300. nu.4.*

19 † Ampliatur octauo, quod nedum ex proœmio litterarum principis, verum etiam ex præcipuis conditionibus mens statuentis coniecturari poterit. *Bald.in cap. mandatum, num.4.de rescriptis per tex. in l. si quis locuples, ff.ad manum.testa. l.2. C. de condit. in ser. Vant. qui supra dicto vers. voluntas, num.2. vt sup. diximus, nu.7.* idem dicitur, quod etiam per modum datur intelligi mens disponentis, vt per eundem. *Socin. d.conf.95. nu. 85.in fine, versic.3.principaliter.&c.vol.3. & num. 94. eod.consil.& vol.& præcipuè,num.38.Socin.sen. consilio 120.3.col.vol.3.idem Socin.iun. conf.78. num.22.col.1.* ubi quod modus requisitus in aliqua dispositione, quod seruari debeat, alias uiribus nõ subsistit dispositio, ut in specie *d.conf.95.nu.38.per Ioan.iun. vol.3.*

20 † Ampliatur nono, quod nedum ex conditionibus, sed etiam ex uerbis ipsius rescripti, colligitur mẽs Principis, consistit enim in uerbis, sicut facies in speculo. *vt per Crauet.conf.35.num.6. Bald.conf.102.col.3.post med. lib.3.Socin.iun.conf.63.num.6.vol.3.& conf.4. num.17. & consil.3.num.39.eod.vol.tex.in d.cap secundo requiris de appellat.* prout etiam cognoscitur ex tenore litterarum, seu rescriptorum, *vt per Abb. in cap. super quæstionum, col.7.de offic.iud.delegat.s. cit.d.licet.ff.de leg. 1.*

21 † Ampliatur decimo, quod quando mens disponentis certa est, eo etiam casu mens potius quam uerba attendi debent ipsius disponentis. *D.Præsi: Menoch.li.3. præsumpt.104.num.32.per tex.in l.non aliter, ff de legat. 3.Socin in d.l.in ambiguo, num.5.ff. de rebus dubijs. idem Menoch.loco cit.num.3.l.si uno.l.si olei, ff.locati. Abb.in cap.ad audientiam de decimis.Castrens.in d.l.si quis filiũ num.3.C.de liber.præterit.*

22 † Ampliatur undecimo, etiam procedere, quod ubi esset plus, uel minus in mente, quam in uerbis, tunc ad mentem disponentis recurrendum est, & secundum eã interpretandum. *Bald.in cap.1.Canonum.de Constitutionibus, num.15.cir.med.versic.dic, quod interpretatio, &c.per tex.in l.cum Pater.§.cum imperfecta, ff.de leg.2. facit,d.l.iam hoc fine.ff de uulgar.& pupill.& l.Labeo.ff. de suppell. lega.* nam menti potius inseruiendum est, quam uerborum cortici, *vt per Socin.iun.conf.75.n.34. vol.3.Castrens.in d.l.non dubium,n.4. C.de legib.*

23 † Ampliatur duodecimo, etiam procedere quando mens concedentis, ex alijs coniecturis colligitur, & uerba sunt ambigua, ita ut nullus inde certus sensus colligitur, tunc reiectis uerbis talis mens coniecturata attenditur. *Socin.in d.l.In ambiguo.col.vlt. vers. quinto, conclusio sit, &c.Menoch.qui supra. dict. quæst.26. num.11.* nam regulariter mens disponentis ante omnia attendi debet. *Socin.iun.dicto 73.num.28.lib.3.* cum etiam mẽs disponentis prædominetur, & ei uerba omnino seruire debent, etiam cum ipsorum improprietate. *Socin. iun. conf.36.num.6.vol.3.*

24 † Ampliatur decimotertio, quod mens principis diceretur probata, & de ea apparere, quando ipse disponens forte assereret tale rescriptum emanatum fuisse ex tali causa, *vt per Crauet.consil.243.num.4. Socin.iu d. l. in ambiguo.col.vlt.vers.7.conclusio,l. cum proponebatur. de lega.3. Menoch.d.quæst.26. num.15 cir.med.& sic ex ratione adiecta.Cran.d.conf.243.Castrens in d.l.cum mulier.num.fin.ff.solut.matrim.*

25 † Ampliatur decimoquarto, idem dicendũ esse, &c.

mens Principis colligeretur per necesse ex verbis, ita vt verba aliud importare non possent, tunc merito stan dum esset rescribẽtis. Mastrill.decis.Regni Ciciliæ 266. num.37.Peregr.de fideicommiss.art.11.num.19. et consil. 28.num.6.lib.4. Bim.cons.302. num.37. lib. 3. Menoch. lib.4.præsumpt.67.

26 † Ampliatur decimoquinto, quod quando verba omninò non deficiunt, sed saltem largè, & impropriè casum possunt compræhendere, ad quem extenditur eo etiam casu secũdum mentem rescribentis esset talis mens interpretanda. Mastrill.dicta decis. 266. nu.43. cum seq. Casanat.consil.4.qui Bald. Bart. Tiraquel.Crauet. Natt.Purpurat.Decian. Aluarott. Mantic. & Peregr.ostendit quem videas.

27 † Limitatur primo hæc regula principalis,non procedere quando mens principis esset dubia, & ambigua nam eo casu à verborum proprietate non esset recedẽdum;ita scripsit. D.Menoch.lib.3. præsumpt.dicta præsumpt.104.num.31.circa med.& num.32.Socin.in dic.l. in ambiguo,num.5.ff.de reb.dub.l.non aliter,ff. de lega.3. idem Menoch.d.q.26.lib.1.num.10.

28 † Limitatur secundo idem dicendum esse, quando verba rescripti essent de per se clara,tunc enim non reducitur rescriptum ad mentem principis,nec ad aliam mentis coniecturam. Miles in suo aureo repertorio in verbo declaratio,&c. Abb.in cap.ad audientiam,num.3. de decim.sed melius per Socin. Iun.dicto cons. 67. nu. 35. vol.3. vbi inquit, quod voluntatis, seu mentis quæstio non fit,vbi verba clara sunt,idem Socin. consil.3.num.3. & consil.72.nu.7.eod. per tex. in l.ille, aut illa §.cum in verbis. de legat.3. Ideò stari debet verbis prout ipsa sonant. per tex.in l.1.§. it. qui nauem. ff de execut. cum similib. Abb.in dict.cap. Intelligentia, & cap.præterea. de verborum significatione.

29 † Limitatur tertio, non procedere, quando verba ita se haberent, vt nec ex propria, nec ex impropria significatione adaptari possunt coniecturatæ menti disponentis,nam eo casu verba rescripti attendi deberẽt. l.non aliter. de legat.3.Bart.in d.l. in ambiguo. ff. de reb. dub.& ibi Socin.col.penult.versic.1.conclusio, &c. Menoch.d.quæst.26.lib.1.numero 2.l. si alij, ff de vsufruct. legat.Bald.consil.252.lib.1.col.vlt. versic. ad vltimum. Alex.consil.55.num.8.lib.3.& consil.139. num.5.lib.6. Crauet.consil.188.

30 † Limitatur quarto, non habere locum regula,quãdo adesset duplex impropriatio, nam eo casu non mẽti disponentis, sed proprietati verborum adhærendum esset. D.Menoch.dict.præsump.104.lib.2. numero 35. in fine facit Crau.dicto consil.188.col.2.& Iason.in dicto l.3.col.2.vers.2.intellige.C.de liber.præter. argum.etiam quod id Menoch.trad.d.quæst.26. lib.1. numero 3. circa medium.

31 † Limitatur quinto,idem dicendum esse, quãdo verba, vel omnino repugnarent, vel omnino deficerẽt, eo etiam casu à verbis recedi non deberet. Mastrill. dicta decis.266.num.44 lib.3. vt ex Bart. Bald. Crauet. Tiraquell. Purpur.Natt.Decian. Aluarott.Peregrin.& Mantic.rellat.per Cassanat.d.consil.4. num. 32. cum ẽt mens loquentis non sit alleganda ad detrahendum verbis, semper enim talis censetur, qualiter verba sonant, vt inquit Socin.iun.consil.39.num.24.vol.3. per Bald. in d. l.cum virum. C.de fideicom.

32 † Limitatur sexto, idem dicendum esse, quando ex aliquibus coniecturis constaret de mente concedentis, & verba proprias significationes, & improprias haberẽt, tunc enim ad solam verborum significationem recurrendum est,vt per Angel.consilio 261.col.5.versic. si autem nulla coniectura, &c. text.in l. non aliter,ff. de legat.3.Menoch.libro 1.præsumptionum, quæst. præd.26. numero 10. versic. tertius est casus, &c. nam mentis nostræ nullum est maius testimonium, quam qualitas inspecta verborum, vt per Socin.iun. consil.1. numero 32. consilio 3.numero 40.consilio 4.numero 18 consil.13. numero 15.consil.39.num.25.consil.73.num.10.cons.77. num.20.& cons.78.num.3. vol.3.

33 † Limitatur septimo, non habere locum regula, quando mens principis proprietati verborum repugnaret,nam eo casu talis mens nulla, & inutilis redderetur, vt per Socin.in l.vbi est. in 5.notab.ff. de condit. & demonstr. Alexand.consil.55.num.8. lib.3. & consilio 159.num.5.libro 6. Crauet.d.cons.188. col. 2. Iason.in d. l.3.col.2.vers.2.intellige,&c.C.de liber.præterit. per Menoch.d.quæst.26.num.3.circa med. vers. quare voluntas, &c. Socin.iun.dicto consil.39.num.24.& cons.4.numero 15.vol.3.

34 † Limitatur octauo,non procedere,quando de mente nullo modo constare posset,nec ex verbis, nec ex coniecturis, tunc mens ipsa cum videatur in mente retenta, ad significationem verborum esset recurrendum. per tex.in l.quidam cum filium.ff.de hæred. instit. Socin. in d.l.ambiguo.in 5.notab.de reb. dub. qui citat Castrens. cons.185.incip. suprascriptus Egreg Consultor,&c.nu.2. lib.2.& consil.351.eod.lib.2.Alex.d.consil.139.num. 6. lib.6.Iason.in d.l.3.col. .vers.limita prædictam, &c. C. de liber.præter. D.Mastrill.d.decis.266. num. 39. Curt. Sen.consil.46.col.11.Menoch.loco proximè citat.num.5. & num.13.Socin.iun.consil.4. num.15. vol.3. vbi quod mens in corde retenta hominum actui non accommodatur. per tex.in l.si alij,ff.de vsufruct.leg. Bald. in l. Iurisgentium.§.pactorum in 1.colum. ff. de pactis.

35 † Limitatur nono,vt locum etiam non habeat, quãdo mens præsumpta immaginaria esset, nam etiam eo casu verborum proprietas præualeret, vt inquit Mastrill. dicta decisio.266. num.38. Casanat. dicto consil.4. num.33.cum sequent. Bald.d.consil.452. col. vlt. vers. ad vltimum,&c.lib.1. facit. Angel.cons.261. col.3. vers. si autem, &c. & Socin. iun. dicto consilio 39. numero 24. vol. 3.

36 † Limitatur decimo,vt non procedat, quando quis vellet probare aliam fuisse disponentis mentem (quæ ex ipsis verbis colligeretur,) nam adhuc proprietati verborum standum erit, reiecta illa mente extrinsecus prolata. Menoch.dict. quæst.26.num.4. circa principiũ versic.extenditur,&c.lib.1.præsumpt.Socin. in dict. l. in ambiguo.col. vlt.vers.octaua conclusio,&c.gloss.in l. Labeo. in verbo ex communi vsu. de suppell. lega. Bald. in cap.1.de controuers.inuestit.

37 † Limitatur vndecimo,idem dicendum fore,quãdo mens principis à verbis omninò abstracta esset,nam eo casu diceretur omninò tacita,& in corde retenta,& nihil posset operari,quoad ipsius mentis interpretationẽ, vt per Mastrill. dicta decis. 266. num. 39. & sic quod scriptum non reperitur reputatur omissum. Casana.d. consil.4.num.33.cum seq. Paris. cons.60. num.6. libro 2. Curt.Sen.dict.cons.46.col.11.Alexand.d.cons.139.num. 6.lib.6. Socin.iun.dicto consil.39. num.24. & dicto cons. 4.num.15.vol.3.Menoch.d. quæst.26. nu.13.

38 † Limitatur duodecimo,& declaratur prima regula principalis,quod vbi de intentione principis esset ità dubium, & arduum,quod nullo modo posset compræhendi dicta intentio, vel non sine magno dubio, hoc sanè casu ad interpretationem principis, vel Senatus esset recurrendum, per tex. in l. fin.C.de leg.& text.in cap.Inter alia,de sentent.excommun.Mantica de coniect. vltimar.volunt.tit.2.num.10.lib.1.tex.in l.ex facto,nu. 3.ff de vulgar.& pup.subst.Ruginell.de appellat. §. 6. gl. 2.cap.6.num.fin.in fine, nam dispositio recipit declarationem à sua conditione,per text. in l. hæredes palam. §. sed etsi notam,& ibi Bart.& cæteri,ff.de testam.Garzias de explicat.priuilegio. quæstione 266. numero 1517. cum seq.

39 † Amplia hanc vltimam fallentiam, quod licet etiã mens principis fuisset quidem expressa, sed tamen verbis adeò dubijs,& obscuris, vt intelligi nequeat, talis

mens

mens Principis, nam etiam hoc casu solus Princeps interpretabitur. *per tex. in l. cum in testamento, ff. de reb dub. & l. voluntas, C. de fideicommiss. argum. quod not. Mantica de coniectur. vltim. volunt. tit. 2. num. 10. lib. 1.* vbi quod quando mens non est admodum obscura, etiam inferioribus Magistratibus permissum esse mentem Principis interpraetari. *Aretin. in l. ex facto, num. 3. ff. de vulgar. & pupill. & ibi DD. omnes, &c.* & latius exposuimus supra in prael. 5. per totum, &c.

40 † Declara primam regulam principalem, quod regulariter talis esse praesumitur mens Principis, qualis est legum candor, & naturalis rationis integritas, vt in specie not. *Gail. practicarum obseruat. obseruat. 76. num. 11. & obseruat. 58. num. 9. in fine, lib. 2. & in cap. 17. nu. 15. circa med. in tit. de pace publica, libro 2. Mantica de coniect. vltim. vol. tit. 2. lib. 1. num. 10. Dec. consil. 64. nu. 7. Calcan. consil. 120. num. 9. Iason. in l. causas. numero 6. C. de transact. & consil. 57. col. penult. lib. 3. Cassan. consil. 64. num. 26. Grammat. consil. 34. num. 3. & consil. 33. in crimin. Menoch. lib. 2. praesumpt. 10. num. 7. & 8. cu sequ. Dec. consil. 11. num. 3. cum seq. & consil. 209. num. 5. Conrad. Laudens. in dicto suo templo omn. ind. §. 3. lib. 1. cap. 1. vers. 7. legibus viuere, &c. num. 3.* & sic quando agitur de derogãdo cõtra iura, in dubio talis presumitur mẽs, qualis de iure esse debet. *Gail. d. obser. 58. num. 9. lib. 2. Iason. in l. ex facto, num. 5. ff. de vulgar. & pupill. & ibi DD.* cum secũdum leges se viuere velle profiteatur *per tex. in l. digna vox. C. de legibus. Ruginell. de appellat. §. 6. gloss. 2. cap. 5. num. 18.*

41 † Declara secundo, quod verba in rescriptis posita aequitati, & iuri conformari debent, licet etiam verba non patiantur. *Gail. qui supra obseruat. 33. lib. 1. num. 6. & obseruat. 140. num. 21. lib. 2. Menoch. lib. 2. praesumpt. 9. num. 2. per Oldradum, consil. 268. Quaestio est, &c. Calderin. consil. 2. tit. de rescriptis. Iason. in d. l. ex facto, nu. 5. ff. de vulg. & pupill. substitutionibus.*

42 † Limita tamen non procedere haec regula si iuris ratio hoc non patiatur, & ius tertij laederetur, *vt per eũdem Gail. dicta obseruat. 33. num. 6. in fine, lib. 1. per Felin. in cap. causam quae, num. 5. de rescriptis, & ibi text. & scribentes notant.*

43 † Declara tertio, quod regulariter mens Principis, vel Senatus, non est quod in rescriptis ius alterius laedatur, vel imminuatur. *p tex. in l. 2. §. merito. & §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco publico. Menoch. lib. 2. praesumpt. 9. num. 2. Mastrill. decis. 241. num. 25. Dec. consil. 11. num. 3. & consil. 209. col. 5. Gutierez. consil. 11. num. 7. Oldrad. Auocatus Consistorialis, consil. 257. nu. 39. cum sequen. vbi addit,* quod fallit regula, quando in specie derogaret, *per tex. in l. quoties. C. de precibus Imper. offer. P. Gregor. Tholos. in cap. 28. nu. 5. lib. 2. de rescriptis. cap. causam quae eod. & cap. licet, de praebendis,* intellige tamẽ *prout infra, num. 46.*

44 † Amplia primo hanc tertiam declarationem, habere locum etiam in priuilegijs, nam concessa semper intelliguntur sine tertij praeiudicio, *vt per Dec. consilio 695. num. 27. per d. l. 2. §. merito. & §. seq. ff. ne quid in loco publ. Mastrill. d. decis. 241. num. 25. tex. in cap. si quando de rescriptis, idem Mastrill. in tract. de Magistrat. li. 5. cap. 6. nu. 222. & 223.*

45 † Amplia secundo, idem procedere, si Princeps, vel Senatus motu proprio, & de potestatis plenitudine rescriberet, nam iuri alterius numquam censetur derogare, *vt per Dec. cons. 544. num. 35. & 36. tex. in cap. si motu proprio, & ibi Dom. & DD. de praeb. in 6. Bald. in dic. cap. ad aures, num. 2. de rescript. Abb. in dict. cap. causamque. 2. de testibus post Hostiens. idem Dec. consil. 24. Viso puncto, col. fin. Bald. in praelud. feudorum, colum. 14. versic. item dicit, &c. Aretin. consil. 15. colum. 5. Mastrill. dict. decis. 241. numero 25. Menoch. d. praesumpt. 9. lib. 2. num. 5. Iason in dict. l. ex facto, num. 5. ff. de vulgar. & pupillar.*

46 † Intellige tamen hanc regulam, locum habere, quando ageretur de graui, & enorme praeiuditio, secus autem si de modico, & leui, nam tunc praesumeretur quod Princeps tertio voluerit praeiudicare, attẽtis illis clausulis, & de potestatis plenitudine, &c. *Menoch. d. praesumpt. 9. lib. 2. num. fin. vbi post multas DD. sententias, in hac conclusione finaliter residet, idem tenet Gutierez. dict. consil. 11. num. 12. Molina de primogenitur. lib. 2. cap. 7. num. 16. 23. & 24. Felin. in cap. nonnullis, num. 13. vers. 2. casus, &c. de rescriptis,* & licet aliqui scribentes absolutè teneant, quod quando cõstat de enixa voluntate Principis volentis praeiudicare tertio, quod tũc valet regula, *vt per Gozad. cons. 8. num. 43. & 47. Gram. consil. 99. & consil. 100. num. 10. in ciuilibus, et Socin. Sen. cons. 3. num. 11. lib. 3.* Attamen contrarium tenuit. *Anton. Gabriel in suis communib. in tit. de clausul. concl. 2. num. 8. lib. 6.*

Verùm existimo veriorem esse conclusionem, si Princeps sciuerit, vel scire potuerit, quod agerentur de tertij praeiuditio, & quod tantum agitur de his, quae sunt positiui iuris, alias non, *vt per Cõrad. Laudens. d. suo templo omn. ind. §. 3. vers. 9. lib. 1. cap. 1. num. fin. Gail. dicta obseru. 58. num. 9. lib. 2. Alciat. praesumpt. 11. in fine de praesumption. Alexand. in l. quamquam, num. 4. C. de testam. militar. Bald. in l. 2. C. de seru. & aqu. vide latius per eundem Menoch. dicta praesumpt. 9. à numero 24. vsque ad num. 28. libro 2.*

47 † Declara quarto principaliter, quod scilicet Princeps, vel Senatus semper praesumitur Iustitiae plenus, & iustum facere, & velle quod iura volunt, vt in specie, *tradit Mastrill. dic. decis. 241. numero 19. Crauet. consil. 172. num. 1. & consil. 253. num. 8. Gail. d. obseruatio. 58. numero 9. lib. 2. & obseruat. 14. numero 6. libro 1. per tex. in l. & si non cognitio, & fin. l. si contra ius, &c. & l. digna vox. C. de legibus, & text. in cap. fin. de rescript. vult enim Princeps, suos actus regulari à Iustitia poli, & fori, vt inquit Bald. in l. 1. num. 1. ff. de constitut. Princip. & ibi Iason. numero 3.* aliàs praesumitur per importunitatem concessisse, *vt per Gail. dicta obseruat. 58. num. 9. in fine, lib. 2. per tex. in d. c. fi. de rescript.*

48 † Declara quinto, quod regulariter omnia rescripta, prouisiones, & Principum mandata, insitam conditionem habent (etiam si non apponatur,) dummodo tertio non praeiudicent, & ius tertio non auferatur, *per tex. in dic. l. 2. §. si quis à Principe, & § seq. ff. ne quid in loco publ. P. Gregor. Tholos. in cap. mandatum, 38. nu. 5. in principio, libro 2. de rescript. tex. in cap. super eo de offi. deleg. Gail. dicta obseruat. 58. numero 4. libro 2. & obseru. 76. numero 10. libro 1. Bald. in l. 1. primo notab. ff. de constit. Principum. Brun. cons. 12.*

49 † Amplia hanc regulam etiam in rescripto Pontificis, quia nũquam intelligit derogare iuri alterius, nisi expresse agatur, *vt in specie trad. D. Oldrad. Auocatus Consistorialis, suo consilio 257. num. 21. per text. in capitulo si pluribus de praebend. in 6. & in dic. cap. super eo, vbi Felyn. & scribentes, de off. del. & cap. Quamuis de praebend. Archidiac. in capit. cum aliquibus de rescriptis.*

50 † Amplia hoc etiam procedere in priuilegijs Principis, semper enim conceduntur, saluo iure cuiuslibet tertij, & quae clausulae semper intelliguntur etiam si nõ apponantur, *Foller. in sua praxi criminal. primae part. secunda part. in rubrica, audiantur excusatores, num. 69. gloss. in l. beneficium, & ibi DD. ff. de constitut. Princip. text. in lege Impuberi, ff. de administr. tut. & in d. cap. super eo. de off. deleg.*

51 † Amplia etiam procedere in rescriptis, & litteris Imperatoris, quia etiam in eis non praesumitur velle alteri praeiudicare, nisi in specie actum sit, *vt per Dec. consilio 606. numero 17. Baldus in l. nec auus. C. de emancipat. liber. dict. l. ex facto, ff. de vulgar. & pupillar. Gail. dicta obseruat. 58. numero 6. libro 2. Natta consilio 509.*

iuris significatione, vt in l. final, C. de leg. Bald. in d. cap. Cum venissent, num. 3, circa medium, de Iud. idem Conrad, suo tract. de Pratore, §. 2. in rubr. de sentent,

40 † Limitatur decimo, quando in rescripto essent verba generalia, nam eo casu non poterit Iudex (prout nec debet) ad corticem tenaciter, & strictè interprætari, vt in specie not, Iason. in d. l. ex facto, num. 5. ff. de vulgar. & pupillar. & ibi Bartol. & alij, gloss. in cap. allegant. in vrr. tenax. 26. quæst. 7,

41 † Ampliatur hæc regula, quod Iudex interprætationem extraneam, vel ceruotinam, facere non poterit, cũ nec statuta hanc reciperent interprætationem. Bald. in d. cap. 1. Canonum, num. 16. de Constit. vel transgredientem terminos suos. l. fideiussores Magistratuum. §. pro aureato. ff. de fideiussor. tex. in l. quicquid astringẽda. ff. de verb. obligat. cap. porrò de priuileg. l. non dubium, C. de legibus cum simil ib.

42 † Ampliatur hæc regula, quod etiam priuilegia, vel rescripta non sunt obscurè, nec absurdè interprætanda, sed sanè, & propriè, vt in terminis not. Iason in allegata. l. ex facto. num. 5. in fine, de vulgar. & pupill. & ibi text. & alij scribentes, Bald. in d. cap. Cum venissent, in principio de iudic. qui in specie citat dict. legem. ex facto, & inquit esse multum notabilem, Imò, quod etiam priuilegium Principis possit quilibet inferior interpretari per rationem naturalem, tenuit idem Iason. in d. l. ex facto, num. 5. in fine. & habes tex. hic meliorem de corpore iuris, vt ibi per eum, quem videas,

43 † Declara primo, vt vbi Iudex dubitaret in huiusmodi interprætationibus, quod poterit etiam committere causam consulendam, vt in spetie, not. Conrad. Laudens. qui supra dicto suo templo, omn. Iud. lib. 1. cap. 1. de Imperat. d. §. 3. versic. dubitationes, &c. num. 6. circa med. Innocent. in d. cap. Cum speciali. de appellat. verum Med. habemus statuta, & Constitutiones, quibus cauetur, quomodo in his petitionibus cõsilij sapientis, procedendum sit, &c.

44 † Declara secundo, quod omnia rescripta, & Principum mandata, ità interprætari debent, vt nemini iniuriam faciant, vt in specie tradit D. Præses Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 9. num. 8. Curt. Iun. consil. 142. num. 3, Senator Dec. consil. 11. num. 4. & consil. 286. in fine. quod procedit etiam improprıando verba rescriptorum, vt per Compostellam. in cap. causam, quæ de rescriptis, & ibi omnes alij DD. Socin. iun. consil. 126. num. 32. volum. 3. prout etiam semper intelligi debent sine præiudicio tertij, vt ex. N. Const. in tit. de iure, & priuileg. fisci. versic. Ius tertij sublatum esse non intelligatur, de hoc latius alibi dicemus, Socin. Iun. dicto consil. 126. vol. 3. num. 3. Sanchez. de matrimonio disput. 47. num. 3. lib. 1. in fine. cum non intelligat Princeps, nisi iustum facere. Mastr. decis. 241. num. 19.

45 † Declara tertio, rescripta seu leges Principis, vbi interpretentur non posse aliquid Iudex detrahere, vel addere in substantia, sed solum exponere verba ambigua, vt inquit. Panorm. in dicto capitulo super quæstionũ, num. 1. versic. nota ibi, & de offic. delegat. & num. 6. versic. in gloss. in verbo derogatur, &c. circa finem, l. hæredes palam, ff. de test. verum differt inter interprætationem, deriuationem, etymologiam, & diffinitionem, de quibus per Paul. in proœmio Clem. sequndum notata per eundem Panorm. loco proximo cit. Gloss. in Clement. Statutum de electione, cum similibus,

46 † Intellige tamen, quod qui declarat rescriptum, vel Constitutionem, non dicitur supplere, vel corrigere, quia declarans nihil de nouo inducit, vt not. Panorm. d. cap. super quæstionum, dicto num. 1. versic. nota, &c. per tex. in l. hæredes palam, ff. de testam. Gloss. in d. Clement. statutum, de electione, & cap. diligenti, de accus.

47 † Declara quarto, quod rescriptum, falsum potius præsumimr, quam quod Princeps, ius alterius voluerit tollere. Panormitan. in cap. ex parte, 2. num. fin. & ibi, tex. de offic. & potestat. Iudic delegat. D. Præses Menoc. de præsumpt. lib. 2. dicta præsumpt. 9. num. 9. per tex. in l. quoties. C. de precib. Imper. offer. si autem esset contra stilũ Curiæ, esset de falso suspectum, & sic Iudex deberet expectare secundam iussionem, vt per Panormit. in dicto cap. ex parte 2. num. fin. de offic. Iud. deleg. tex. in cap. causam quæ de testibus, & de hoc alibi dicemus in secundo volum. in tit. Quando sit expectanda secunda, & tertia iussio, & quando non.

48 † Declara quinto, quod omnes prouisiones, & rescripta Principis, vel Senatus, interprætationem recipiunt, secundum supplicata, & ex forma supplicationis declaratur intellectus Priuilegij, vel rescripti; Mastril. d. decisio. 241. num. 81. Maranta in suo Speculo. in 4. par. distinct. 9. num. 6. circa med. & num. 7. ante principium, Alexand. consil. 78. vol. 1. col. fin. Iason. in l. 1. C. de diu. rescriptis. in 2. col. Corn. consil. 220. in 2. vol. Ruginell. de appellat. §. 6. gloss. 2. cap. 5. num. 9. Bald. in cap. Inter dilectos, col. penult. de fide Instrum. Socin. iun. consil. 93. nu. 44 vol. 3. & consil. 95. num. 8. eod. vol. Cauagn. ad consil. Menoch. consil. 180. nu. 1. lib. 2.

49 † Fallit tamen hæc regula, si ex narratis resultaret absonus intellectus, vel iuri contrarius, vt in specie not. Natta consil. 36. num. 142. lib. 3. Bartol. & Angelus, in l. prætor. §. eritq; ff. vi bon. raptorum, vel si petitum fuit summariæ, & decretum simpliciter disponat, vt per Cauagnol. ad consil. Menochij, consil. 33. vol. 1. numero 22. Iason. consilio 173. libro 4. Menoch. dicto consil. 180. num. 11. lib. 2.

50 † Amplia hanc fallentiam, quod si Princeps declararet intentionem suam in rescripto, quod. s. non secundum supplicata, sed secundum intentionem rescribentis esset interprætandum, vt not. Socin. iun. d. consil. 95. num. 57. vol. 3.

Declara tamen, quod licet rescriptum à supplicatione interpretationem recipiat, attamen potest, & maiora cõtinere, secundum voluntatem Principis. Ita not. idem Socin. iun. dict. consil. 93. num. 44. volum. 3. alioquin diceretur amputata Principis libertas concedendi gratias ex arbitrio, & maiora quam peterentur, vt per eũ ibi dicto num. 44. cir. fin.

Declara secundo, quod licet rescriptum illuminetur à supplicatione, attamen illud procedit quando rescriptũ est dubium, secus autem si clarum esset, idem Socin. iun. dicto consil. 95. num. 15. volum. 3. maximè cum in claris non sit opus coniecturis, vel interprætatione, vt per Osasc. decis. 88. num. 37. Dec. consil. 37. num. 4. & 6, quando autem clausulæ decreti Principis sunt omninò à precibus difformes, tunc creditur Princeps noluisse petita concedere. l. 1. §. si quis simpliciter, ff. de verborum obligat. Socin. iun. dicto cons. 95. num. 15. in fine, cum etiã non quod supplicatum est attenditur, sed quod concessum est. Osasc. decis. 23. num. 4. & Paris. consil. 29. num. 119. vol. 1. Cauagnol. ad consil. Menoch. dic. consilio 33. vol. 1. num. 23.

51 † Declara sexto, principaliter, quod interprætatio facienda est, vt res potius valeat, quam pereat, tex. in l. quoties. ff. de reb. dubijs. Dec. in l. in cap. maioribus, nu. 11. versic. hæc limitatio, & c. de præbendis, & in cap. de Monachis, num. 13. vers. sed ex supradictis, eod. l. licet. ff. de testam. militar. cap. nisi de præbendis in 6. l. vocet. ff. de rebus dubijs. cum similibus. Osascus decis. 88. num. 8. & 10. declara, vt ibi, repugnantia. n. euitanda erit in similibus interprætationibus.

52 † Declara septimo, quod rescriptum in dubio accipiendum est, vt statutis, & iuri comuni, non deroget, sed cum eo se conformet, vt per Rugin. de appell. §. 6. gl. 7. c. 4. n. 4. Barb. cons. 47. col. 5. in fi. lib. 1. Osasc. decis. 23. nu. 3. l. 3. C. de precib. Imp. offer. Osasc. dic. decis. 88. n. 8. & 10.

53 † Declara octauo, & intellige, quod interprætatio mitior semper in dubio capienda est, vt per Decium in regula semper in dubijs, numero 1. ff. de regulis iuris, tex.

tex.in l.benignius,ff.de legibus, l. si fuerit in fine de lega. 3.& l.cum in testamento. de reb.dub. Roman.consilio 61. col.2.l.Iulianus,de manumissis.cap fin.de re iud. tex.in l. inter pares. de re iudic.limita. tamen,& declara , vt per Dec.in dicta regula semper in dubijs,& per Din.Cagnol. & alios ibi scribentes,& præcipuè limita,vt nõ corrigatur ius commune. *Osasc.dic. decis.88.numero* 10.& etiã vt contrarietas euitetur, *Osasc.ibi. num. 8. l.* vbi repugnantia. *ff.de regul.iuris.*

54 † Declara nono,& intellige, quod interpretatio lata fieri debet, etiam quandoque in materia odiosa secundum proprietatem verborum. *Aretin. in l. Cum lege de testibus, cap. 1. de filijs præsbyterorum in 6.* tamen quandoque fit lata interpretatio, quatenus proprietas verborum videtur requirere, *vt per Calderin. in cons.1.de consanguin.& affinis.col.*1.prout etiam quantum ad ius concedẽtis etiam privilegium latè debet interpretari. *Oldrad.consil.268.col.2. versic. præterea, &c.Dec.in l.in omnibus, num. 12. & ibi Cagnol. Dinus, & alij scribentes de regul.iuris.*

55 † Declara decimo, & intellige, quod regulariter omnia Principum mandata, & rescripta,legum, & canonum interpretationem recipiunt, vt eleganter scriptum reliquit, *Bald.in rubr.de rescriptis,num.1. in decretalibus,tex.in cap.sicut 2.quæst.7.eod.tit. Alexand. in l.ex facto,num.10.ff de vulgari, & pupillar.tex. in cap. Causamque,& ibi Felin.& cæteri DD. de rescriptis,Garzias de explicat.privileg.num.695.*

56 † Declara vndecimo, & nota, quod rescripti verba superflua esse non debent, circa interpretationem, sed interpretanda latissime quantum proprietas verborum,mandantis intentio, & iuris necessitas patitur, *per tex.in l.1.§.non frustra,ff.de iureiurand. & l.1.ff. quod met.causa.Vant.de nullitate,tit.qualiter sentent.vel processus reparar.poss.nu.65.Castr.cons.150.lib.1. Viso.&c. Ruginell.de appell.§.6.glos.7.cap.1.num.15.Canonistæ in cap.Pastoralis.n.1.de appell.Dec.cons.33.col.pen.& consilio 219.col.2.*

57 † Fallit hæc regula in rescripto auocatorio,cum euocatio sit odiosa, quia fit Iudici contumelia , eo quod ab eo reuocatur iurisdictio, *vt per DD. in c. ex litteris de off.deleg. Cassador. decis. 1. de rescriptis,* ideò strictè. interpretari debet, *vt per Leonell.Barthol. suo tract. de subreptione rescript quæst.3.art.7.col.finali,circa mediũ, vers.aut est odiosa,&c.tex.in cap.odia. de regul.iur.in 6.* nec dissentit Rebuff. in sua prax.benefit.in tit.de differ. rescript.gratiæ,& iust.*n.*11.& 35.vbi tenet, quod quãdo per litteras Iustitiæ, ordinariæ iurisdictioni præiudicatur,quod tales litteræ veniunt restringendæ, *p tex. in c.Rodulfus.de rescr.& ibi.DD.* Ita etiam strictè, rescripta delegatoria interpretari debent, *Menoch.de arbitr.q.91.num.15.& q.74. num.56. idem notat P. Greg. Thol.in c.43.Quia nonnulli,nu.6.in fi.de rescr.li.2.*quod intellige sequendũ *Ludouis.decis.287.n.8.in Rota Rom. Panorm.in cap.transmissi,nu.5. de verb. sign.* .s. quo ad vim extensiuam,& extrinsecam, secus vero quoad vim comprehensiuam, & intrinsecam verborum rescripti, nam tunc latissimæ interpretari debent. *Panor.in c.Episcopi,nu.vlt.de reb.Eccl.non alienan. Bero in rubr.de rescript.nu.8.per tex.in c.si & dic.c. Rodulfus de rescript. Leonell.de subrep^t.rescrip^t.d.quæst.3.art.7.col.1.vers.vnde Bero in dic.rubr.&c.Felin.in d.rubr. de rescr. num.7. vers.*ad rõnem in contrarium,& circa finem,*idem not. Franch.Marc b.decis.Delphin.p.1.q.68.nu.2. per Innoc. in d.c.Episc.de reb. Eccl.non alienand.* dixi,ergo,quo ad vim extensiuam, & extrinsecã, nam regulariter rescripta,non extenduntur ad alias personas,vel alia negotia in litteris non comprehensa, *vt per P.Greg.Tholos.cap. 44.significante,num. 5.lib.2. de rescript. & ibi text.* nec extensio ab vna diœcesi,ad aliam fieri põt,nec põt prorogari ad personas in litteris non cõprehẽsas.*text. in c. P.& G.40.de offic.delegat.lib.1.titul.39. cap.quamuis.de prebend. in 6.* neque extenditur ad lites futuras, sed solum præsentes. *Tholos. de rescriptis. libro 1. capitulo 55.num.8. circa finem, per text.in cap.cum te,& capitulo significanti; de rescriptis.* Verum delegatis scilicet non committuntur futura negotia,Conseruatoribus autem sic, vt per eundem *Tholos.dict.cap. quia nonnulli, num. 6.cir. princip.li.2.de rescriptis,*& licet impetratio facta ab vno, non extendatur ad alium, *vt per Gloria. in cap. super lit. num.150. de rescript.* tamen fallit hæc regula, quando causa esset communis, & ab vno ex socijs rescriptũ fuisset impetratum , nam tunc extenderetur ad alios: Ita eleganter, *not. Tholos. dict. cap.52. num. 4.libro 1.de rescriptis. Crauet. consilio 45. num.2. Rota. decis.228.num. 20.par.2.*

Ampliatur hæc regula , quod rescriptum extenditur etiam ad successores rei, & vicii eius, contra quem impetratum fuerit. *Ita etiam Tholos. dicto libro 1. de rescript.cap.55.num.8.in fine. Andreas Butrigar.ad cap.* Quia de Iudic.

Ampliatur etiam ,quod rescriptum extenditur etiam ad accessoria comprehensa in rescripto, dummodo maiora non sint, *per text.in cap. sedes de rescriptis. Felyn. Abb. & Innocent. in cap. cum olim primo de rescriptis:* Verum personalia rescripta vel priuilegia, personas non egredientur, *per text.in l.1.§.fin.de constitut. Principum.l. quia tale. ff.solut.matrimonio. §. plane. Instit.de iure nat.gent.& ciuil.* Dixi etiam secus esse, quo ad vim comprehensiuam , & intrinsecam verborum, scilicet comprehensorum in rescripto , nam tunc ex lato significatu verborum extendi poterunt, & latissime interpretari, *vt per Felinus in dicta rubrica de rescript. num. 7. versic. prædicto ad rationem &c.* & in fine ipsius numeri septimi dicitur enim, quod vbi verba rescripti patiuntur, latissime sunt interpretanda , cum contra ius nihil concedat, sed solum actionis exercitium coram Iudice Delegato, *per Abb. in cap.quarto,col.4.de sequestr.possess.& tex.ibi, & DD. & Innocent. in cap. super litteris de rescript. Miles in dicto suo repertorio in verbo Rescripta sunt stricti iuris, circa finem. Panorm.in dict.rubr.de rescriptis, num.2.in fine.*

Et licet *Roman.consil.343.num.15.* asserat, quod Rescriptum delegatorium sit latissime interpretandum, attamen ea sententia cum temperamento intelligenda est,s. quod huiusmodi rescripta delegatoria, ad omnia quæ extendi possunt ex lato significatu verborum extẽdi debent,aliter non,vt respondit, *Vant.de nullit.in tit. qualiter sententia, & processus qui dicunt. null.reparari poss.num.65.circa fin.vers.& Roman.us,&c.& facit Rota per Egid.conclus.558.& 606.Dec.consil.33.col.penul. Milis in dicto verbo rescripta sunt stricti iuris, &c.in fine,* prout etiam strictè interpretari debent ad effectũ vt minus offendant ius commune. *Alex.consil.34.Visis. col.2.lib.6.Dec.consil.209.col.2.cir. med. & consil. 235. col.fin.Vant. qui supra, num.64.* & de his alibi latius dicemus; limita tamen hanc vltimam regulam quando expressè tale rescriptum emanasset contra ius commune,quia tunc debet latissimè interpretari, quantum patitur proprietas verborum, & mandantis intentio , ita respondit *Felin.in cap. causamque, num. 9. versic. sexta declaratio. &c. de rescriptis per Bald. in l. præscript.10. colum.ibi. modo his præmissis.C.si contra ius, &c.* Ioan. Andreas, *in cap.Cum olim.de off.delegat.versic.Iudices, secus autem,* si verborum proprietas hoc non pateretur *per cap.significante, & cap.Rodulfus de rescr.*

58 † Intellige primo, & aduerte, quod si Iudex astutè rescriptum interpretatur, vel aduersarius malitiosè opponit contra rescriptum,infamiæ nota quis respectiuè percutitur, *vt per Hostiens. in summa de rescriptis.in ver.& de ipsius interprat.§ potest autẽ, &c. cir.princip. per tex.in l.2.C.de ll.* Ideò Iudex debet bona fide rescripta interpretari,*vt idẽ Host.not.lo.cit.* & hac causa

59 † Intellige secundo, & aduerte, quod à mala interpretatione quis appellare poterit, *vt per Felin. in cap. super quaestionū col. 3. vers. Item à mala interpraetatione, etc. de offic. iud. delegat. Bald. in leg. Quicumque, C. de seruis fugit.*

60 † Intellige tertio, & nota, quod iudex opposita exceptione surreptionis, vel falsitatis, poterit de illis cognoscere, *vt per eundem Felyn. in cap. de caetero, num. 11. de re iud. Specul. in tit. de rescripti praesentatione §. 2. & de senten. §. sequitur vers. quid si, etc. Rugin. de appell. §. 6. gl. 2. cap. 2. num. 11.*

Intellige tamen, prout supra notatum fuit, *num. 29.* quando. s. falsitas detegitur, nam sententia esset ipso iure nulla, *vt per Glorit. in d. cap. super litteris, numero 439. & sequen.*

61 † Intellige quarto, & aduerte. s. quod Iudex debet prius cognoscere, de veritate precum, antequam admittat, vel committat appellationem, vel alias litteras approbet, & appellantem, vel litteras subripiētem repellere falso impetrantem. *Ruginell. de appellat. d. §. 6. gl. 2. cap. 2. num. 11. versic. debes etiam per Paris. consil. 108. n. 6. & 7. lib. 4.*

62 Intellige quinto, & reputa singulare, quod in litteris de forma, quae per Senatum nostrum concedi solent non committitur surreptio, vt in specie not. *D. Ludouis. Pont. decis. Rot. Romana. 435. num. 5. Plot. consil. 29. nu. 1. Onded. consil. 27. lib. 1. num. 64. & Cardin. Tusch. conclusione 218. num. 5. Lancellot. de attentat. post inhibitionem, par. 2. cap. 20. limitat. 12. num. 6. 7. 8. cum sequen. Petrus Gregor. Tholos. in cap. 50. num. 3. circa med. de rescript. li. 1. & latius dicemus in suo proprio titulo.* Vtrum in litteris de forma possit committi surreptio.

Verùm prædicta sunt intelligenda in surreptione juris, secus vero in surreptione facti, puta, si diceretur in supplicatione, quod fuerit appellatum, & tamen reuera non constaret de tali appellatione, prout not. *idem Lancell. in d. cap. 20 limitat. 12. num. 1. & 2. per Paris. consi. 172. num. 13. lib. 4.* verum non committeretur surreptio in his litteris de forma, si non fieret mentio de toto processu causæ, *vt per Rotam Romanam, in decis. fasloli in causa 35. dubio 64. num. 3. per text. in cap. 1. in fine, & ibi Io. Andr. de litis contestatione*, ideò, intelligendum est quod non committitur surrepto in his litteris de Iustitia, . s. quoad accidentalia, secus vero quo ad substantialia, *vt per eundem Lancellot. d. cap. 20. limitat. 12. numero 12. cum sequen. par. 2. & latius per nos in dicto suo proprio titulo, &c.*

63 † Intellige sexto, et nota, quod declaratio Iudicis, . s. quod rescriptum sit surreptitiū, vel obreptitiū, est interlocutoria, & nisi appelletur, transiret in iudicatum, quod sit interlocutoria *not. Rebuff. ad reg. Constitutiones Gallicas. tomo 2. in praefatione, de rescriptis, num. 95. vers. decimo quarto, &c. & post cum Ruginell. de appellat. §. 1. cap. 2. num. 195. in versic. rescriptum,* & sic, qd transiret in iudicatum. *notat. Abb. in cap. Caeterum, n. 9. circa fin. & ibi Felyn. & DD. omnes, de rescriptis, idem Abb. in cap. Dilectus eod. tit. Glorit. in cap. super litteris, num. 440. de rescript.*

64 † Fallit tamen hæc regula in oppositione falsitatis, nam detecta falsitate, si Iudex procederet, sententia tamen nunquam transiret in iudicatum, cum esset à principio ipso iure nulla, vt in specie tradit *Glorit. d. cap. super litteris, num. 437. 438. cum seq. & num. 440.* intellige tamen, quod poterit Iudex cognoscere super tali falsitate, & si processeritierit validus processus, si falsitas non detegitur, alias secus vt per eundem. *Glorit. dicto num. 440. in fine*, verum si Iudex videat probabile esse circa dictam falsitatem supersedebit, & pręhabita informatione ad superiorem remittet, *iuxta. tex. in cap. in memoriam 19. distinct. & in cap. 2. de rescr. quod refert. Salycet. in l. praescriptione, num. 12. C. si contra ius. &c. & post cum Glorit. d. tit. num. 441. fin.*

65 † Intellige septimo, quod verba generalia interpretari debent iuxta rationem recti sermonis, *vt per Bald. in cap. causamque, num. 6. de rescrip. per tex. in l. Plautius. ff. de auro, & argen. lega.*, ita quod interpraetatio non sit captiosa. *l. cum Aquiliana. ff. de transact. & l. tres fratres. ff. de pactis.*

66 † Intellige octauo, & nota quod interpraetatio Iudicis imperiti, errans in intellectu rescripti, quod reuocatur in irritum. *Bald. in d. cap. Causam quae, num. 2. cir. fin. eodem tit. nostro*, vbi addit, quod etiam bona fides, quę ex iuris imperitia oritur, non prodesset, ideò tutius esset causam committere consulendam, vt inquit *Conrad. Laudens. suo tract. omn. iud. lib. 1. cap. 1. in tit. de Imperatore. §. 3. versic. dubitationes iuditiorum, &c. num. 6. circa med. & diximus etiam sup. num. 43.*

67 † Intellige nono, & aduerte, quod in his rescriptis veniunt ea, quae si concedens fuisset interrogatus, fuisset vtique concessurus. *Teste Vrsillo ad Afflict. in decis. 355. num. 3. Alex. in l. Titius. §. Lucius, ff. de liber. & posthu.* & ibi caeteri scribentes per illum tex *per gloss. vulgarē. in l. tale pactum. §. fin. ff. de pactis. Curt. Senior. in consi. 81. Rectè praefat. col. 2.*

68 † Intellige decimo, & nota, quod litteræ gratiosæ vitiantur nedum quando surreptio fuit causa inductiua & finalis ipsius gratiæ, verum etiam si fuerit causa impulsiua, vt quia Princeps cessante surreptione, fuisset tamen concessurus, sed non ita de facili, vel deleui. Et sic surreptio hæc fuit causa impellens. Ita probat *tex. qui ad hoc reputatur singulare in cap. Postulasti de rescriptis. & ibi ponderant DD. vt egregiè etiam notatur per Alex. consil. 161. num. 4. circa med. lib. 7. Costa de facti scietia, & ignorantia distinct. 15. centur. 1. num. 3. Rota Romana ex caputaque. decis. 274. nu. 3. cum seq. lib. 1.* etiam si sine dolo commissa sit, *vt per Costam loco citato*, in gratiosis enim omnes facti qualitates sunt exprimendæ. *vt p Franc. March. Delfi. decis. 504. num. 15. par. 1.* in contētiosis autem, non omnis surreptio vitiat. *Costa. qui supra in regula 2. nu. 9.* secus autem in gratiosis *vt per tex. in c. 2. de filijs Praesbyterorū in 6. Costa d. dist. 15. nume. 3. in principio.*

69 † Intellige igitur regulam illam eius, est interpraetari, cuius est condere, tribus modis, & primo illa intelligenda est, quando agitur principaliter de interpraetatione concernente intellectum, & validitatem priuilegij, vel Constitut. Principis, cum eo casu ad Principem spectet interpraetatio illa, ideò ita intellige reg. ipsius est interpraetari, cuius est condere, *vt per Dec. in dicto cap. Cum venissent, num. 3. & num. 4. in fine & ibi Abb. nu. 3. circa principium, de iudit. & alij scribentes passim, idem notatur supra, nume. 8. secundo intelligitur* quando agitur de interpraetatione generali, vt faciat fidem, vel legem, quoad omnes subditos, nam eo casu ad Principē spectaret, & sic procederet regula ista, *vt per Panorm. in cap. inter alia num. 2. de senten. excommun. Innocent. in cap. Cum specialis, & ille Abb. nume. 7. in fine de appellat. Felin. in dicto cap. super quaestionum, num. 2. de offic. Iud. delegat.* Iudex autem, siue Doctor non poterit interpraetari, vt faciat legem generalem, sed vt faciat fidem solum in causa vertente coram se. *vt per Panorm. in dic. c. Inter alia, num. 2. & ibi affirmant scribentes tex. in l. vnica. C. de Professoribus. qui. in vrb. cond. lib. 12. facit Rugi. de appellat. §. 6. gloss. 2. cap. 6. num. 6. & 8. vide sup. nume. 37. & num. 3.*

Tertio casu intelligitur, quando alia interpraetatio super rescripto, vel priuilegio, quæ congrua sit haberi non potest, nam eo etiam casu in subsidium ad Principem recurrendum est pro tali interpraetatione, *vt egregiè per Abb. in cap. 1. in 1. notabili de iuramento calumniae, Bart. in l. omnes popul. vers. tertio quaero, ff. de iust. & iure. Dec. in regul. in ambiguis, &c. de regul. iur. diximus sup. nu. 39.* & sic talis interpraetatio declarans dubium iuris faceret ius quoad omnes, *vt inquit Afflict. decis. 96. nu. 11. circa med.*

med. Crau. consil. 135. nu. 39. Plet. consil. 3. num. 3. Afflic. decis. 190. num. fin. quod intellige quando animo legẽ condendi emanarunt, vt per Sanchez de matrim. lib. 2. disputatione 31. num. 6. circa med. & diximus supra in præludio 4. num. 41. & sic intelligitur dicta regula eius est interpręetari, &c. quibus additur quod etiam

70 † Regula hęc, eius interpręetari, cuius est condere, intelligitur pariter quando agitur nedum de substãtia priuilegij, verum etiam quoties priuilegium tangeret ius ipsius Principis, secus autem esset dicendum, si ius alterius, nam eo casu quilibet Iudex, & I. Cons. poterit illud interpręetari, ita egregiè tradit Mastrill. decis. 241. num. 50. & 51. lib. 3. in decis. Regni Ciciliæ, idem notatur per Bald. in prælud. feudorum, & in cap. 1. de lege Corradi, idem not. Gail. practicarum obseruat. 1. num. 7. & 14. l. cum de nouo. C. de legibus, & diximus supra, nume. 11. ideò applicatur regula, eius est interpræetari vt sup. expositum est. Mastrill. d. decis. 241. num. 48. Milis in suo aureo repertorio in verbo Iudex inferior non cognoscit, &c. Verũ non omnibus Curijs, vel Senatoribus leges condere permissum est, vt de Senatu Pedemontano, testatur Thesaur. in præfatione suarum decisionum, num. 32. & Io. Griuell. in decis. Senat. Dolan. decis. 72. n. 21. idem dicitur de Senatu Ciciliæ, vt diximus sup. in primo præludio, sed Curijs supremis tantum, vt idem Griuell. not. d. decis. 72. & Franc. Marc. decis. 419. num. 5. & decis. 626. num. 1. par. 1. vbi inquit, quod istæ Curię supremę tantę sunt auctoritatis, & potentię, vt leges nedum interpræetari, sed & condere possint, per text. in l. non ambigitur, ff. de legibus, & l. formam. C. de offic. Præfect. prętor, prout est Senatus noster, supremus enim dicitur cum à Maximo Principe potestatem habeat, vt sup. diximus in primo Præludio, vbi vide multa notabilia. Cum etiam stilum Curiæ inducere possit, vt sup. diximus in præludio 4. num. 27. ideò supremus dicitur, vt not. in specie. Sanch. de matr. lo. cit.

71 † Ea propter Excelsus Senatus noster, cum iure proprio Principis fungatur, nedum leges, & constitutiones interpręetari, & eis derogare potest, imò & eas condere, vt per Odd. de fideicommiss. par. 1. quæst. 30. nu. 144. cum sequen. & diximus latè sup. in dicto 1. præludio, num. 27. & sequen. Borell. de Regis Cathol. præst. cap. 31. num. 32. Albert. Brunus in consil. 41. num. 11. Ruin. cons. 134. num. 9. vol. 5. Sola in decret. Sabaud. in primo glos. 1. glos. 2. num. 16. Thesaur. in Proem. decis. Pedemont. num. 14. circa finem, versic. Cæterum, &c. vbi Regem nostrũ, summum, & maximum omnium Regum Philippum Austriacum appellat, & cum alio epitheto, quicquid calcauerit pes tuus, tuum erit iux. §. Ferè, versic. quod enim, & §. insula. instit. de rerum diuision. de hoc diximus supra in Præludio 2. num. 14. sequitur Surd. consilio 152. num. 20. & in consil. 210. nu. 25. vol. 2. Verum

72 † Leges condere non sufficit, nisi adsit Principis authoritas, qui obseruari illas faciat, & pręcipiat, facit ad hoc Aristotel. lib. 10. Ethicorum cap. 9. dum ait Patris quidem præceptio vires non habet, nisi sit Rex, aut aliquis talis, qui illam obseruari faciat. Borell. dicto cap. 31. numero 33. & num. 34. Aegid. de regimine Principũ. lib. 3. par. 2. cap. 3. & 27. nam

73 † Regulariter leges, & rescripta Principum, habent vim cogentem, cogere vero non potest, nisi Excelsus Senatus noster, (qui hac nititur potestate) vt rescriptis & litteris suis auctoritatem pręebeat, ad hoc, vt uim legis obtineant, & in eius Prouincia pro lege seruentur, per tex. in l. normam. C. de offi. præfect. prætor. orient. Dec. in l. Bene est. in 2. notabil. ff. si cert. petat. Borell. qui supra num. 35. 36. cum seq. quibus declaratur. Cæsarea Constitutio de Senatoribus. §. Cæterum, &c. ibi. s. possit idem Senat. prouisiones facere, quę inconcusse seruentur, &c. ideò ad hoc, vt illę prouisiones pro lege seruentur incõcusse, requiritur iussio, & volũtas Principis, quę illas sic seruari præcipiat, vt per eundem Borell. d. cap. 31. num. 33. cum sequen. & diximus sup. num. 72. Ea propter hoc pręlud. concludendo, dicimus

74 † Leges, & rescripta Principum, & omnia eorum mandata, habere vim cogentem, ad hoc, vt pro lege seruentur, ideò Senatus noster solet (in his legibus condendis) authoritatem suam pręebere illis, vt sustineãtur, ipsius. n. Excelsi Senat. est iubere, quę opportet fieri, & vetare à quibus abstinere decet, cum non sit cuiuslibet Curię leges condere, vt per Aegidium, dict. tit. de regimin. Principum, lib. 3. cap. 3. & 27. par. 2. & per Platon. lib. 16. in Dialog. & Philo. de vita Mosis. lib. 2. cum Senatus noster animata lex sit, vt per eundem Borell. quo sup. num. 33. 34. & 35. cum sequen. verum uis legis alia coactiua, alia vero directiua dicitur, vt per Milia. in o. 1. de constit. num. 15. & sic demum intelligenda est regula, cuius est condere eius est derogare abrogare interpręetari, & antiquare, per tex. in l. Princeps, ff. de legibus, & l. 1. ff. de constitut. Principum. l. leges sacratissimæ, & l. fi. C. eod. tit. Petr. Gregor. in suis sintagmat. iur. uniuersi. lib. 47. cap. 20. num. 8. par. vlt. Mastrill. decis. 241. num. 48. lib. 3. & ita intelligenda est Constitutio de Senatoribus. §. Habeatque idem Senatus, &c. ibi. s. confirmandi, infirmandi, & tollendi, & in his, quę ad Iustitiam pertinet prouidendi, &c. nam hoc verbum prouisio omnem prouidendi modum compręhendit, vt per Staphileum suo tract. de litteris gratiæ in tit. de modis prouisionis, num. 14. ideò ad omnes casus prouidendi, & leges condendi in Iustitię administrationem refertur, vt per Præsid. Menoch. de arbitrar. Iudic. cas. 68. nu. 33. maximè attento hoc verbo prouidendi, vt not. Alex. in l. commodesse me. ff. de liber. & posthum. & sic legem condere non prohibetur; quia etiam ex speciali potestate permittitur, vt de Prorege Cicilię dicitur secundum Mastrill. tract. de Magistratibus, par. 2. li. 5. cap. 6. num. 246. nam licet Iurisdictio plenaria originaliter radicata sit in Principe, attamen ab illo alia Senatui nostro pro Iustitię administratione communicatur, vt per Senatorem Clarum sua praxi crimin. quæst. 94. §. fin. vers. est etiam, & ibi. Galderic. in fine, Baiard. & alij Boss. in tit. de Principe, & priuileg. eius, num. 87. cir. med. & num. 88. cum sequen. & num. 217. idem not. ad litterã. Mastrill. d. lib. 5. cap. 5. num. 1. & 2. de Magistrat. par. 2. l. 1. ff. de constit. Princip. & ibi DD. omnes, & latius diximus ad commentaria in titul. de Senatoribus, cap. legem generalem condit, &c. vide etiam quę diximus in 4. prælud. num. 9. in fine, & in præludio 1. num. 28. cum seq.

Rescripta Principum, quomodo interpræetari valeant.

RÆLVDIVM. VI.

COMPENDIVM.

1 *Principum statuentium, vel rescribentium mens, & voluntas, eo modo quo mens inspicitur Testatoris, interpratanda est.*

2 *Mens, et voluntas accipitur pro animæ potentia, pro habitu, & pro actu, nec ab anima intellectiua separari potest.*

3 *Litteræ, seu rescripta principum vitiantur ex deffectu intentionis, & voluntatis rescribentis.*

4 *Actus quilibet noster, à nostra intentione venit declarandus.*

5 *Regula, quod rescripta principum interpræetari debent secundum mentem concedentis, quomodo intelligenda sit.*

6 *Mens est attendenda, quando in litteris principis, vel Senatus, de eius intentione apparet, alias secundum verborum*

borum significationem venit interpratanda.

7 *Mens, & voluntas rescribentis, vel delegantis, apparere dicitur, si ex facie rescripti, vel delegationis perspicatur, numquid littera sub aliqua conditione, vel modo emanauerint, vel si sint pura, & dispositiua, aut si cognitio, vel diffinitio totius negotij, vel solius partis, aut cognitio tantum commissa extiterit.*

8 *Caput rescripti, vel gratia principis, declarant enixam mentem concedentis.*

9 *Regula, quod in rescriptis, sit magis spectanda mens principis, quā verba, intelligitur quando verba saltem secundum impropriam significationem menti, seu voluntati possunt adaptari.*

10 *Dubium quando oritur de mente principis, ad qualitatē verborum recurrendum est, cum nullum sit maius mentis testimonium, quam qualitas inspecta verborum.*

11 *Mens, & intentio principis colligitur, vel ex ratione expressa in litteris, vel si non est expressa ex coniecturis.*

12 *Ampliatur primo, quod coniecturata mens Principis, etiā attendi debet, quando colligitur præsumptio, & coniectura, quod si disponens de ea cogitasset, ità disposuisset.*

13 *Ampliatur secundo, quod mens principis pro expressa habetur, licet de mente non constet per verba, quando mēs ipsa ad aliud dispositum est expressum.*

14 *Ampliatur tertio, quod nedum ex coniecturis, verum ē ex præsumptionibus, mens principis colligi, & interpratari poterit.*

15 *Ampliatur quarto, quod hæc præsumpta mens principis præualet proprietati sermonis, quando verba ex impropria significatione adaptari possunt ad coniecturatam mentem concedentis.*

16 *Ampliatur quinto, quod nedum ex præsumptionibus mēs spectatur principis, sed etiam ex verisimili colligi, & interpratari poterit.*

17 *Ampliatur sexto, quod etiam arguendo à communiter accidentibus, mens disponentis coniecturari poterit.*

18 *Ampliatur septimo, quod etiam ex proœmio litterarum principis, colligi, & interpratari poterit mens ipsius rescribentis.*

19 *Ampliatur octauo, quod nedum ex proœmio litterarum, verum etiam ex præcipuis conditionibus in litteris appositis, mens statuentis poterit coniecturari.*

20 *Ampliatur nono, quod nedum ex conditionibus, sed ē ex verbis litterarum colligitur mens principis, consistit enim in verbis, sicut facies in speculo.*

21 *Ampliatur decimo, quod quando mens disponentis certa est, tunc mens potius, quam verba attendi debent rescribentis.*

22 *Ampliatur vndecimo, etiā procedere, quod vbi esset plus, vel minus in mente, quam in verbis, tunc ad mentem disponentis recurrendum est, & secundū eam interpratandum.*

23 *Ampliatur duodecimo, procedere, quando mens concedentis ex alijs coniecturis colligitur, & verba sunt ambigua, itaut nullus inde certus sensus colligitur, tunc reiectis verbis, talis coniecturata mens attenditur.*

24 *Ampliatur decimotertio, quod mens principis diceretur probata, & de ea apparere, quando ipse disponens forte asserreret, illud rescriptum emanatum fuisse ex tali causa.*

25 *Ampliatur decimo quarto, idem dicendum esse, quando mens principis, vel Senatus, colligeretur per necesse ex verbis, ita ut verba aliud importare non possent, tunc menti standum esset rescribentis.*

26 *Ampliatur decimo quinto, quod quando verba omnino non deficiunt, sed saltem largè, & impropriè, casum possint comprahendere, ad quem extenditur, eo etiam casu secundum mentem rescrebentis esset talis mens interpratanda.*

27 *Limitatur primo dicta regula principalis, non procedere, quando mens principis esset dubia, & ambigua, nam eo casu à verborum proprietate non esset recedendum.*

28 *Limitatur secundo, idem dicendum esse, quando verba rescripti essent de per se clara, tunc enim non reducitur rescriptum ad mentem Principis, nec ad aliam mentis coniecturam.*

29 *Limitatur tertio, non procedere quando verba ita se haberent, vt nec ex propria, nec ex impropria significatione adaptari possunt coniecturatæ menti disponentis, nam verba rescripti eo casu attendi debent.*

30 *Limitatur quarto, non habere locum regula, quādo adesset duplex impropriatio, non n. menti disponentis, sed proprietati verborum tunc adhærendum esset.*

31 *Limitatur quinto, non etiam procedere dicta regula principalis, quando verba, vel omnino repugnarent, vel omninò deficerent, eo etiam casu à verbis recedi non deberet.*

32 *Limitatur sexto, idem dicendum esse, quando ex aliquibus coniecturis constaret de mente concedentis, & verba proprias significationes, & improprias habent, tunc enim ad solam verborum significationem recurrendum est.*

33 *Limitatur septimo, non habere locum, quando mens principis proprietati verborum repugnaret, nam eo casu talis mens nulla, & inutilis redderetur.*

34 *Limitatur octauo, non procedere quando de mente nullo modo constare posset, nec ex verbis, nec ex coniecturis, tunc mens ipsa cum videretur in mente retenta ad significationem verborum esset recurrendum.*

35 *Limitatur nono, vt locum etiam non habeat, quādo mens præsumpta immaginaria esset, nam etiam verborū proprietas præualeret.*

36 *Limitatur decimo, vt non procedat quando quis vellet probare aliam fuisse disponentis mentem (quæ ex ipsis verbis colligeretur,) nam adhuc proprietati verborum standum erit reiecta mente illa extrinsecus probata.*

37 *Limitatur vndecimo, idem dicendum fore quando mens principis à verbis omnino abstracta esset, nam eo casu diceretur omnino tacita, & in corde retenta, & nihil posset operari, quo ad ipsius mentis interpratationem.*

38 *Limitatur duodecimo, & declaratur prima regula principalis, quod vbi de intentione principis esset ita dubiū, & arduum, quod nullo modo posset comprahendi ipsa intentio, vel non sine magno dubio, hoc sanè casu ad interpratationem principis, vel Senatus, recurrendum esset.*

39 *Amplia hanc vltimam fallentiam, quod licet etiam mens principis fuisset quidem expressa, sed tamen verbis adeò dubijs, & obscuris, vt intelligi nequeat talis mens principis, hoc sane etiam casu, solus princeps interpratabitur.*

40 *Declara primam regulam principalem, quod. s. regulariter talis esse præsumitur mens principis, qualis est legū candor, & naturalis rationis integritas, & nota prout ibi.*

41 *Declara secundo, quod verba in rescriptis posita, æquitati, & iuri conformari debent, licet etiam verba non patiantur.*

42 *Limita tamen hanc regulam non procedere, si iuris ratio hoc aliquo modo non patiatur.*

43 *Declara tertio, quod regulariter mens principis, vel Senatus, non est, quod in rescriptis ius alterius lædatur, vel imminuatur.*

44 *Amplia primo, hanc tertiam declarationem, habere locū etiam in priuilegijs, nam concessa semper intelliguntur sine tertij præiudicio.*

45 *Amplia secundo, idem procedere si princeps, vel Senatus, motu proprio, & de potestatis plenitudine rescriberet, nam iuri alterius numquā censetur derogare.*

46 *Intellige tamen hanc regulam locum habere, quando ageretur de graui, & enorme præiudicio, nam eo casu illæ clausulæ motus proprij, & de potestatis plenitudine, nihil in præiudicium tertij poterunt operari, secus autem si*

de

de modico præiudicio ageretur; & limita prout hic.

47 *Declara quarto, principaliter primam regulam, quod Principis, vel Senatus, semper præsumitur Iustitiæ plenus, & iustum facere, & velle quod iura volunt.*

48 *Declara quinto, quod regulariter omnia rescripta, prouisiones, & Principis mandata, iustam conditionem habent (etiam si non apponatur) dummodo tertio nõ præiudicent, & ius tertij non auferatur.*

49 *Amplia hanc regulam etiam in rescriptis Pontificis, quia numquam intelliguntur derogare iuri alterius, nisi expresse agatur.*

50 *Amplia etiam, idem procedere in priuilegijs Principis, nam semper conceduntur saluo iure cuiuslibet tertij, quæ clausula semper intelliguntur.*

51 *Amplia pariter in rescriptis, & litteris Imperatoris, quia etiam in eis non præsumitur velle alteri præiudicare, nisi in specie actum sit.*

52 *Declara sexto principaliter, quod nedum concedentis mẽtem attendenda est, verum etiam personam impetrantis, nam prius est de veritate precum inquirendum, quã interpratatio petenda.*

53 *Declara septimo, & obserua, quod Iudex sequi non debet mentem Principis inuerisimilem, sed qualitatem verborum, eo casu seruare tenetur.*

54 *Declara octauo, & intellige, quod vbi habemus sonũ verborum (verba enim deseruiunt menti, & mens verbis,) non indigemus interpratè.*

55 *Declara nono, quod mens, & verba ad inuicem conuenire debent, vt simul operentur.*

56 *Declara decimo, quod allegans talem fuisse Principis mẽtem, talem fuisse debet expressè probare.*

57 *Declara vndecimo, & nota, quod mens disponentis, non solum ex eodem rescripto, vel priuilegio, verum etiam ex alijs rescriptis, vel priuilegijs similibus, talis mẽs colligi poterit.*

58 *Amplia hanc regulam, quod imò rescriptum vnius Principis, recipit interpratationem à rescripto alterius Principis.*

59 *Declara duodecimo, quod si rescriptum disponeret, quod interpratari non deberet, attamen reciperet interpratationem, vt non recederetur à verbis ipsius rescripti.*

60 *Declara decimotertio, quod mens Principis, vel Senatus, colligi etiam potest, quando rescriberet formaliter, emanando. s. ordinum substantialem.*

61 *Declara decimoquarto, & intellige, quod formam dare rescriptis communem, vel specificam, dependet à voluntate rescribentis.*

62 *Declara decimoquinto, quod intentio Principis colligitur etiam, quando rescriberet causaliter, quando. s. consideraret radicem causæ producentis.*

63 *Declara decimosexto, & nota, quod quandoq; mens Principis, vel Senatus perspicitur, quando rescriptum, seu litteras emanare principaliter, eas scilicet emanando ex certa scientia, & de potestatis plenitudine.*

64 *Declara decimoseptimo, quod mens, & intentio mandantis, vt loquentis sequenda est, & exequenda.*

65 *Declara decimooctauo, quod quando menti concedentis satisfactum non est, quod actus reiterari debet, & quomodo, vide hic.*

66 *Intellige primo, & nota, quod Iudex rescriptum, & mãdatum Principis adimplere tenetur, non de simplici natura verborum, sed de intellectus, & mentis natura, & interpratationis ex ipsius rei natura sumpta, quæ est optima verborum interpres.*

67 *Intellige secundo, & obserua, quod Iudex secundum mentem Principis cognoscere debet, & considerare animum Concedentis, qualis esse debet (qui per rationem cognoscit,) adeo quod, illa ratio, quæ debuit mouere delegantẽ, mouere debeat, & delegatum.*

68 *Intellige tertio, & nota, quod, si mens Principis videri nõ possit, attamen per rationes, & coniecturas colligitur, et secundum eas rescriptum interpratari potest, & quid de mente Senatus nostri.*

69 *Intellige quarto, & nota, quod Principis, vel Senatus intentio, vel præsumptio, pro legis mente, & præsumptione habenda est, cum sit Princeps lex animata in terris, quemadmodum corpus regulatur ab anima ità, & rescriptum regulatur ratione legis.*

70 *Intellige quinto, & reputa singulare, quod Principis intẽtio, & voluntas est, quod iniusta rescripta, vel decreta consulentur, etiam quod nuda executio demandata sit, quia non intendit, nisi iustum facere, & quod est pro communi vtilitate, declara prout hic.*

71 *Intellige sexto, & nota, quod Imperator Constantinus de veritate precum inquiri iussit per Iudicem, quamuis in rescriptis cognitio non mandetur, sed tantum executio declara prout hic.*

72 *Intellige septimo, & obserua, quod si in rescriptis Principis, vel Senatus appareat, quod preces veritatem non cõtineant, Iudex illas exequi non tenetur, parte opponente, & declara prout hic not. Author.*

73 *Intellige octauo, & nota, quod interinatio litterarũ Principis, vel Senatus, regulariter fienda est, quæ nil aliud est, quam cognitio, an preces porrecta vera sint, & quomodo.*

74 *Intellige nono, & obserua, quod littera Principis, vel Senatus, licet dura videantur, executioni tamẽ mitti debent, dummodo non sint surreptitia, vel falsa, aut iniusta.*

75 *Intellige decimo, & nota, quod qui subterfugijs, & iniustis excusationibus, rescripta Principis adimplere detractant, puniendi sunt iux. for. l. 2. C. de legib.*

76 *Intellige vndecimo, quod intentio principis in similibus rescriptis exequendis, est constans, & perfecta, dummodo preces porrecta veritate nitantur.*

77 *Intellige duodecimo, & nota, quod rescriptum principis in substantia, dicitur validum, ideò mitti debet executioni, si pars, vel tertius non reclamet, quia implicitum statum habet validitatis, donec pars opponat.*

78 *Intellige decimotertio, & nota, quod regulariter in omnibus rescriptis, & mandatis principum, semper intelligitur inesse clausula, si preces veritatem contineant, vel si ita est, vel veris existentibus narratis, cum similibus.*

79 *Amplia hanc regulam etiam habere locum in litteris Sũmi Pontificis, in quibus subintelligitur conditio, si causa motiua veritate nititur.*

80 *Amplia secũdo hanc regulam etiam procedere in litteris, seu rescriptis cuiuscumque Reg. c.*

81 *Amplia tertio, idem dicendum esse in rescriptis, & priuilegijs Imperatoris.*

82 *Declara primo, quod ista clausula si preces veritate nitantur, vel veris existentibus narratis non excludunt ea, quæ si princeps sciuisset, vtique fuisset concessurus.*

83 *Declara secundo, quod istæ clausulæ si preces &c. non faciunt conditionem, sed instruunt, & iudicant potius, quàm ad iurisdictionem fundandam, vel inchoandam, sed apponuntur ad procedendum ex eis; intellige tamen prout hic notat Author.*

84 *Opinio Authoris, & noua declaratio.*

85 *Declara tertio, quod hæ clausulæ si ita est, vel veris existentibus, &c. referuntur solũ ad omnia in precibus expressa, non autem ad alia extra preces contenta.*

86 *Opinio, & declaratio Authoris.*

87 *Intellige tamen, quod huiusmodi clausulæ si preces, &c. vel veris existentibus, &c. semper intelliguntur inesse, etiam si non apponantur.*

88 *Intellige decimo quarto, & nota, quod Iudex si rescripta, vel litteras cognouerit iustas non esse, vel contra ordines emanatas, quod manum non apponat, sed principi, vel Senatui rescribat, & quando.*

89 *Senatui nostro Amplissimo displicet, timẽtes suas litteras*

contra

contra ordines emanatas, in tantum, quod non audeant reclamare.

90 Intellige decimequinte, & nota, quod in exequendis Principum mandatis, vel rescriptis, contra Iudices negligentes, vel ex malitia iudicium interuertentes, rigor per Principem aliquando seruari debet.

91 Senatus noster solet post primum rescriptum dispositiuũ, Iudici negligenti rescribere, vt litteris Senatus eidem emanatis omnino pareat.

92 Senatus noster post secundas litteras, recusanti, vel negligenti Iudici, rescribere, & tertiam iussionem emanare solet, vt sub pœnis Senatus arbitrarijs, litteris secundis omnino parere debeat.

PRÆLVDIVM. VI.

PRæcedenti quæstioni, congruenter se offert alia regula declaranda'.s. quomodo intelligendum sit illud dictum quod rescripta Principis, interpretari debeant secundum mentem concedentis, vt per Oldradum cons. 257. num. 39. & per alios DD. passim; Verum quia materia hæc dicitur intrinseca, ac etiam brocardica, vt per Abb. in cap. super litteris. num. 6. in fi. de rescr. ideò vt facilius, quam fieri possit explicabimus, ab argumẽto eorum, quę dicuntur de mente Testatoris, cum regulariter

1 † Principum statuentium, vel rescribentium mens, & voluntas, eo modo, quo mens colligitur Testatoris, interpretanda est, vt per Ludouis. Sim. Pont. in decis. Rot. Roman. 398. nu. 10. facit quod tradit. Baldus. consil. 184. in fine. lib. 2. & per Hostiens. in summa de verbor. signifi. §. qualiter verba dubia interpretari debeant. cir. medium. versic. & idem intelligas in testam. &c. cum etiam argumentum à verbis legis ad verba testatoris valeat, vt per Socin. Iun. consil. 62. num. 32. & consil. 67. num. 28. vol. 3. fallit tamen hęc regula, quando esset diuersa ratio, vt dicto consil. 67. num. 43. nam testatoris dispositio, lex appellatur, Socin. d. consil 62. num. 33. vol. 3. ideò sic dicẽdum est de mente, & dispositione Principis per iura, vt supra allegata.

2 † Mens. n. & voluntas accipitur pro animæ potentia, pro habitu, & pro actu, nec ab anima intellectiua separari potest, vt inquit, Mantica de coniecturis vltimarũ volunt. lib. 1. tit. 3. num. 2. & 3. Gallarat. latissimè agens in suis tract. de renunciat. cent. 1. tomo 2. renunc. 23. nu. 1. 2. 3. 4. & seq. Boroll. de Regis Cathol. præstantia, cap. 64. num. 112. 113. vsque ad num. 124. vbi plura cumulat, videas cum ibi. Ambrosius Pareus de anatome humani corp. lib. 23. cap. 11. Ludou. Viu. in tit. de anima lib. 2. c. 1. Vitus Amerbach. de anima. lib. 3. cap. de sede animæ. Eapropter

3 † Litteræ seu rescripta Principum vitiantur, ex deffectu intentionis, & voluntatis rescribentis, vt per Achil. Pedroch. consil. 1. num. 170. Socin. iun. consil. 95. num. 38. cir. med. vol. 3. versic. Item & voluntas, &c. Socin. Sen. cons. 120. col. 3. vol. 3. idem Socin. iun. cons. 77. numero 12. cum quatuor seq. vol. 1. & in dicto consil. 95. num. 48. in fi. col. 3. quia & ad validitatem rescripti attenditur intentio concedentis, Gloris. in cap. super litt. num. 84. de rescrip. Bald. in l. rescripta. C. de precibus. Imperat. offer. Glos. in cap. Intelligentia & ibi tex. de verb. signific. cap. super eo de off. deleg.

4 † Cum etiam Regulariter actus quilibet noster à nostra intentione venit declarandus, vt per Socin. Iun. consil. 95. num. 60. & consil. 73. num. 24. vol. 3. & consil. 142. num. 28. eod. tex. in l. non omnis. ff. si cert. pet. & l. in ambiguis orationibus. ff. de re. iur. tex. in l. Neratius. in fin. eod. tit. ideò hęc

5 † Regula quod rescripta Principum interpretari debent secundum mentem concedentis, vt per Socin. iun. d. consil. 95. num. 74. vol. 3. & Oldrad. d. consil. 257. n. 39. & Dec. consil. 409. num. 14. intelligi debet, quando de mente principis in eius litteris, seu rescriptis ex aliquibus signis, vel coniecturis constat, tunc eo casu magis standum est intentioni, quam verbis litterarum, aliàs non, vt per Castrens. in l. siquis filium num. 3. C. de liber. præter, & per Costã de fact. etc. reg. 20. num. 1. Hostiens. in d. sum. de verb. signific. d. §. Qualiter verba dubia interpretari debeant, circa principium, Abb. in cap. intelligentia, & ibi glosa in litt. A. & tex. & scribentes, & In. cap præterea. de verb. signific. & tunc ante omnia mens disponentis attendi debet. vt per Socin. iun. d. cons. 142. num. 28. vol. 3. alias quando uerba sunt clara nec cõstat de contraria intẽtione, tunc a uerbis non est recedendũ. vt per eundem Abb. in cap. ad audientiam. num. 3. de decimis, & in cons. 98. num. 1. vol. 2. & tunc etiam quandoque secundum communem intellectum, & modum loquendi interpretari debent. Abb. in cap. Nam, & Rex. & ibi tex. gloss. & scribentes. num. 1. C. de verbo. signific. Castr. in l. non dub. num. 5. C. de legib. Ideò regulariter

6 † Mens est attendenda, quando in litteris Principis, de eius intentione apparet, alias secundum verborum significationem, tales litteræ veniunt interpretandæ. Abb. in d. cap. Intelligentia, & ibi gloss. in littera. A. & tex. & scribentes omnes de verb. sign. tex. in d. cap. præterea. eod. & ibi Abb. & DD. Costa dicta regula 20. nu. 1. l. scire oportet. §. aliud. ff. de excusat. tutor. Host. in dic. §. qualiter verba dubia interpretantur circa principium. c. secundo requiris de appellat. Socin. iun. dicto consil. 95. nu. 78. & consil. 39. num. 51. cum seq. vol. 3. nam verba non considerantur quando habetur intentio proferentis, verba enim deseruiunt intentioni, non autem intentio verbis. Abb. d. ca. intelligentia circa med. eod. tit. de verbo. s. signif. d. cap. 2. requiris de appellat. Socin. d. cons. 95. num. 74. vol. 3. cap. quarto. & cap. in his de priuil. materia igitur hæc dicitur intrinseca, vt not. Abb. in cap. cum adeo, & cap. ex litteris. & ibi DD. omnes de rescript. Mãtica de coniect. vlt. vol. li. 3. tit. 4. nu. 2.

7 † Mens igitur, & voluntas rescribentis apparere dicitur si ex facie rescripti, vel delegationis perspiciatur nunquid litteræ sub cõditione, vel modo emanauerint, vel si sint puræ, & dispositiuæ, aut si cognitio, vel diffinitio totius negotij, vel solius partis, aut cognitio tantum commissa extiterit, vt eleganter per Vant. de nullit. in tit. de modo, & ordine viden. process. numquid senten. sint ex aliquo. different. nullæ. num. 1. vers. voluntas etiã eiusdem deleg. &c. Socin. iun. d. consil. 95. a num. 74. vsque ad num. 80. & num. 85. in fi. vol. 3. Abb. in cap. super quæstionum, num. 7. de offic. iud. deleg. Crau consil. 45. num. 8. Bald. consil. 102. num. 3. post med. lib. 3. d. cap. 2. requiris, de appellat. Bald. cons. 472. col. 1. circa med. lib. 4. & ca. fi. de verb. signif. nam mandati forma ad vnguem seruari debet, vt per Vant. loco cit. Ludouic. Pont. decis. 1. num. 1. & 2. Verum etiam quia

8 † Caput rescripti, vel gratiæ Principis declarant enixam mentem concedentis, vt per Costam consil. fao 19. num. 3. Socin. iun. d. consil. 95. num. 14. & num. 84. in fine. vol. 3. argum. l. fin. ff. de hæred. instit. cum his, quæ ibi tradunt, Doctores Dec. consil. 600. num. 1. & 2. Ludouis. decis. 531. num. 5. Gozad. cons. 1. nu. 14. Pedroch. consil. 10. num. 37. Farinac. decis. crim. Rota Bonon. 300. nu. 4. Cranet. cons. 301. num. 2. & dixi mmi supra in 1. præl. num. 2. & seq. Ideò

9 † Regula, quod in rescriptis sit magis spectanda mẽs Principis, quam verba, intelligitur quando verba faliẽ secundum impropriam significationem menti, seu voluntati possunt adaptari, vt eleganter tradit. D. Præses Menoch. de præsumpt. quæst. 26. lib. 1. num. 7. & num. 3. in fine, Gabriel. cons. 114. num. 7. Iason. in l. 2. col. 2. vers. 2. intellige. C. de liber. præter. Cornius consil. 263. num. 6. lib. 4. voluntas enim disponentis dicitur Regina, & Domina, nam dominatur verbis, dicit proprietati sermonis, l. in conditionibus primum locũ. ff. de cond. et demõstr.

&

& per Iason.in d.l.3.num.1.C.de liber.prater.& verba sunt note earum quæ sunt in animo passionum.Bald.in cap.mandatum num.1.in fine de rescr.Menoch.d.quæst.26.num.4.

10 † Dubium autem quando oritur de mente Principis,ad qualitatem verborum recurrēdum est,cum nullum sit maius mentis testimonium, quam qualitas inspecta verborum,ita scripsit. Bald.consil.305.num.1.in fine,vol.1.vers.aut est dubium de mente, &c. idem not. Socin.iun.consil.1.num.32.& cons.3.num.40.& cons.4.num.18.& consil.13.num.15.& consil.39.num.25.& cōsil.73.num.10.& cons.77.num.20.& cons.78.num.3.& cons.123.nu.5.vol.3.l.quicquid astringenda.ff.de verb.obligat.

11 † Mens enim, & intentio Principis colligitur, vel ex ratione expressa in rescripto, vel si non est expressa ex coniecturis, vt egregiè per Manticam de coniecturis vlt.volunt.lib.1.tit.2.num.10.Panorm.in cap.2.requiris,de appellat.Cynus.in l.non dubium,& ibi Castrēs.num.5.vbi quatuor modis explicat.C.de legib.Bald.in l.maximū vitium.C.de liber.prater.Rnginell.de appellat.§.6.gloss.2.cap.6.num.9.circa fin.Socin.iun.cons.107.nu.51.volum.3.

12 † Ampliatur primo, quod coniecturata mens Principis etiam attendi debet, quando colligitur præsumptio, & coniectura, quod si disponens de ea cogitasset, ita disposuisset. per tex.in l.tale pactum.§.vlt.ff.de pactis Socin.in l.in ambiguo.col.vlt.vers.sexta conclusio,&c.ff.de reb.dub.tex.in l.cum proponebatur de lega.3.Menoch.de præsumpt.quæst.26.lib.1.num.14.Cranet.consilio 33.num.23.Socin.iun.cons.66.num.7.

13 † Ampliatur secundo,quod mens Principis pro expressa habeť, licet de mēte nō constet per verba,quādo mens ipsa ad aliud dispositum est expressum.per tex.in l.iam hoc iure.de vulgar.Socin.in d.l.in ambiguo colum.vlt.vers.3.Castrens.in l.cum mulier,num.fin.ff.sol.matrimon.l.cum anus.ff.de conditione, & demonstrat.facit,l.cum proponebatur,de lega.3. Menoch.dic.quæst.26.num.12.

14 † Ampliatur tertio,quod nedum ex coniecturis, verum etiam ex præsumptionibus, mens Principis colligi,& interpretari poterit. per tex.in l.quoties.§.1.ff.de hered.instit.d.l.cum proponebatur de leg.3.et l.cum avus.ff.de cond.& demonstr.Menoch.qui sup.d.quæst.26.li.1.de præsump.nu.11.circa med.vers.Cum dixit,quod quādo voluntas, &c. probatur etiam ex ratione declaratur. Crau consil.246.num.11.

15 † Ampliatur quarto, quod hæc præsumpta mens principis,prævalet proprietati sermonis,quando verba ex in propria significatione adaptari possint ad coniecturatam mentem concedentis. Alex.consil.139.nu.5.lib.6.Corneus consil.263.num.6.lib.4.Socin.in dict.l.in ambiguo.col.vlt.vers.2.conclusio.ff.de reb.dub.refferens.Bald.in l.cum virum.C.de fideicom.& in d.cap.2.requiris.de appellat.Iason.in d.l.3.C.de liber præter.vers.2.intellige,&c.in col.2.Menoch.loco citato num.6.Socin.iun.cons.36.nu.6.lib.3.

16 † Ampliatur quinto, quod nedum ex præsumptionibus mens spectatur principis, sed etiam ex verisimili,colligi,& interpretari poterit, Menoch.de arbitrar.iud.cas.199.num.3.& num.10.Socin.iun.d.consilio 36.num.12.& consil.4.num.4.& consil.58.num.7.libro 3.Cranetta consil.135.num.33.& dicto consil.33.num.22.& 23.& cons.51.nu.2.& consil.167.num.13.vide infra num.53.& hoc maximè,modo posset probari per verba expressa,vel per aliud simile. Ruginell.de appell.§.6.glos.2.cap.6.num.9.cir.med.Socin.iun.d.cons.95.nu.60.in fine,col.3.

17 † Ampliatur sexto, quod etiam arguendo à communiter accidentibus,mens disponentis colligi,& coniecturari poterit,vt inquit D.Ludouis.Pont.in decis.85.nu.5.Bald.consil.70.num.2.lib.1.per tex.in l.neque natales,C.deprobat.& quando argumentum à communiter accidentibus procedat vide Præsid.Euerard.in sua centur.legal.suo proprio tit.à communiter accedentibus,nu.10.

18 † Ampliatur septimo, quod etiam ex proœmio litterarum Principis colligi,& interpretari poterit mens ipsius rescribentis, vt not.Socin.iun dicto cons.95.num.14.circa principium,& num.84.in fine,vol.3.argumento tex.in l.fin.ff de hære.instit.Dec.cons.600.num.1.& 2.idem Socin.iun.cons.76.num.24.eod.vol.3.Ludouis.decis.531.num.5.& diximus sup.num.8.Farinac.in decis.Rota Rom.in crimin.300.nu.4.

19 † Ampliatur octauo, quod nedum ex proœmio litterarum principis,verum etiam ex præcipuis conditionibus mens statuentis coniecturari poterit.Bald.in cap.mandatum,num.4.de rescriptis per tex.in l.si quis locuples,ff.de manum.vesta.l.2.C.de condit.inser.Vant.qui supra,dicto vers.voluntas,num.2.vt sup.diximus,nu.7.idem dicitur, quod etiam per medium datur intelligi mens disponentis,vt per eundem.Socin.d.cons.95.nu.85.in fine,versic.3.principaliter.&c.vol.3.& num.94.eod.consil.& vol.& præcipuè,num.38.Socin.sen.consilio 120.3.col.vol.2.idem Socin.iun.cons.78.num.22.col.1.ubi quod modus requisitus in aliqua dispositione,quod seruari debeat,alias mihibus nō subsistit dispositio,ut in specie d.cons.95.nu.38.per Ioan.iun.vol.3.

20 † Ampliatur nono, quod nedum ex conditionibus, sed etiam ex uerbis ipsius rescripti, colligitur mens Principis,consistit enim in uerbis,sicut facies in speculo, vt per Crauet.cons.35.num.6.Bald.cons.102 col.3.post med.lib.3.Socin.iun.cons.63.num.6.vol.3.& cons.4 num.17.& consil.3.num.39.eod.vol.tex.in d.cap secundo requiris de appellat. prout etiam cognoscitur ex tenore litterarum,seu rescriptorum,vt per Abb.in cap.super quæstionum,col.7.de offic.iud.delegati facit,l.licet.ff.de leg.1.

21 † Ampliatur decimo, quod quando mens disponentis certa est,eo etiam casu mens potius quam uerba attendi debent ipsius disponentis. D.Præses Menoch.li.3.præsumpt.104.num.12.per tex.in l.non aliter, ff de legat.3.Socin in d.l.in ambiguo,num.5.ff.de rebus dubijs.idem Menoch.loco cit.num.3.l.si uno.l.si olei,ff.locati.Abb.in cap.ad audientiam de decimis.Castrens.in d.l.si quis filiū num.2.C.de liber.præterit.

22 † Ampliatur undecimo,etiam procedere,quod ubi esset plus,uel minus in mente, quam in uerbis, tunc ad mentem disponentis recurrendum est, & secundum eā interpretandum. Bald in cap.1.Canonum.de Constitutionibus.num.15.cir.med.versic.dic,quod interpretatio,&c.per tex.in l.cum Pater.§ cum imperfecta,ff.de leg.2.facit,d.l.iam hoc fine,ff de vulgar.& pupill.& l.labeo.ff.de suppell.lega. nam menti potius inseruiendum est, quam uerborum cortici,vt per Socin.iun.cons.75.n.34.vol.3.Castrens.in d.l.non dubium,n.4.C.de legib.

23 † Ampliatur duodecimo, etiam procedere quando mens concedentis,ex alijs coniecturis colligitur, & uerba sunt ambigua, ita ut nullus inde certus sensus colligitur,tunc reiectis uerbis talis mens coniecturata attenditur.Socin.in d.l.In ambiguo.col.vlt.vers.quinto,conclusio sit,&c.Menoch.qui supra.dict.quæst.26.num.11.nam regulariter mens disponentis ante omnia attendi debet.Socin.iun.dicto 73.num.28.lib.3.cum etiam mēs disponentis prædominetur,& ei uerba omnino seruire debent,etiam cum ipsorum improprietate.Socin.iun.cons.36.num.6.vol.3.

24 † Ampliatur decimotertio, quod mens principis diceretur probata,& de ea apparere, quando ipse disponens forte assereret tale rescriptum emanatum fuisse ex tali causa,vt per Crauet.consil.243.num.4.Socin.in d.l.in ambiguo,col.vlt.vers.7.conclusio,l.cum proponebatur.de lega.3.Menoch.d.quæst.26.num.15 cir.med.& sic ex ratione adiecta,Cran.d.cons.243.Castrens in d.l.cum mulier.num fin.ff.solut.matrim.

25 † Ampliatur decimoquarto,idem dicendū esse,&c.

mens Principis colligeretur per necesse ex verbis, ita vt verba aliud importare non possent, tunc meriti standum esset rescribẽtis. *Mastrill.decis.Regni Siciliæ 266. num.37.Peregr.de fideicommiss.art.11.num.19. et consil. 28.num.6.lib.4. Bim.cons.302. num.37. lib. 3. Menoch. lib.4.præsumpt.67.*

26 † Ampliatur decimoquinto, quod quando verba omninò non deficiunt, sed saltem largè, & impropriè casum possunt compræhendere, ad quem extenditur eo etiam casu secũdum mentem rescribentis esset talis mens interpretanda. *Mastrill.dicta decis. 266.nu.43. cum seq. Casanat.consil.4.qui Bald.Bart.Tiraquel.Cranet. Natt.Purpurat.Decian. Aluarott, Mantic. & Peregr.* ostendit quem videas.

27 † Limitatur primo hæc regula principalis, non procedere quando mens principis esset dubia, & ambigua nam eo casu à verborum proprietate non esset recedẽdum; ita scripsit. *D.Menoch.lib.3. præsumpt.dicta præsumpt.104.num.31.circa med. & num.32.Socin.in dic.l. in ambiguo,num.5.ff.de reb.dub.l.non aliter,ff. de lega.3. idem Menoch.d.q.26.lib.1.num.10.*

28 † Limitatur secundo idem dicendum esse, quando verba rescripti essent de per se clara, tunc enim non reducitur rescriptum ad mentem principis, nec ad aliam mentis coniecturam. *Milis in suo aureo repertorio in verbo declaratio,&c. Abb.in cap.ad audientiam,num.3. de decim.sed melius per Socin.Iun.dicto cons. 67. nu. 35. vol.3.* vbi inquit, quod voluntatis, seu mentis quæstio non fit, vbi *verba clara sunt,idem Socin. consil. 1.num.3. & consil.72. nu.7. eod. per tex. in l.ille, aut illa §.cum in verbis. de legat.3.* Ideò stari debet verbis prout ipsa sonant. *per tex.in l.1.§. is. qui nauem. ff de execut. cum similib. Abb.in dict.cap.Intelligentia, & cap.præterea. de verborum significatione.*

29 † Limitatur tertio, non procedere, quando verba ita se habeŕent, vt nec ex propria, nec ex impropria significatione adaptari possunt coniecturatæ menti disponentis, nam eo casu verba rescripti attendi deberẽt. *l.non aliter. de legat.3.Bart.in d.l. in ambiguo. ff. de reb. dub. & ibi Socin.col.penult.versic.1. conclusio, &c. Menoch.d.quæst.26.lib.1.numero 2.l. si aliq, ff de vsufruct. legat.Bald.consil.252.lib.1. col.vlt. versic. ad vltimum. Alex.consil.55.num.8.lib.3.& consil.139. num.5.lib.6. Cranet.consil.188.*

30 † Limitatur quarto, non habere locum regula, quãdo adesset duplex impropriatio, nam eo casu non mẽti disponentis, sed proprietati verborum adhærendum esset. *D.Menoch.dict.præsump.104.lib.2. numero 35. in fine facit Crau.dicto consil.188.col.2.& Iason.in dicto l.3.col.2.vers.2.intelligo.C.de liber.præter. argum.etiam quod id Menoch.trad.d.quæst.26. lib.1. numero 3. circa medium.*

31 † Limitatur quinto, idem dicendum esse, quãdo verba, vel omnino repugnarent, vel omnino deficerẽt, eo etiam casu à verbis recedi non deberet. *Mastrill. dicta decis.266.num.44 lib.3.vt ex Bart.Bald. Cranet. Tiraquell.Purpur.Natt.Decian.Aluarott.Peregrin.& Mantic.refert.per Cassanat.d.consil.4. num. 32.* cum ẽt mens loquentis non sit alleganda ad detrahendum verbis, semper enim talis censetur, qualiter verba sonant, vt inquit *Socin.iun consil.39.num.24.vol.3. per Bald. in d. l.cum virum. C.de fideicom.*

32 † Limitatur sexto, idem dicendum esse, quando ex aliquibus coniecturis constaret de mente concedentis, & verba proprias significationes, & improprias haberẽt, tunc enim ad solam verborum significationem recurrendum est, *vt per Angel.consilio 261.col.5.versic. si autem nulla coniectura, &c. text.in l. non aliter,ff. de legat.3.Menoch.libro 1.præsumptionum, quæst. præd.26. numero 10. versic. tertius est casus, &c.* nam mentis nostræ nullum est maius testimonium, quam qualitas inspecta verborum, *vt per Socin.iun. consil.1. numero 32. consilio 3.numero 40.consilio 4.numero 18.consil.13. numero 15.consil.39.num.25.consil.73.num.10.cons.77. num.20.& cons.78.num.3. vol.3.*

33 † Limitatur septimo, non habere locum regula, quando mens principis proprietati verborum repugnaret, nam eo casu talis mens nulla, & inutilis redderetur, *vt per Socin.in l.vbi est. in 5.notabi.ff. de condit. & demonstr. Alexand.consil.55.num.8. lib.3. & consilio 159.num.5.libro 6. Cranet.d.cons.188. col. 2. Iason.in d. l.3.col.2.vers.2.intellige,&c.C.de liber.præterit. per Menoch.d.quæst.26.num.3.circa med. vers. quare voluntas, &c. Socin.iun.dicto consil.39.num.24.& cons.4.numero 15.vol.3.*

34 † Limitatur octauo, non procedere, quando de mente nullo modo constare posset, nec ex verbis, nec ex coniecturis, tunc mens ipsa cum videatur in mente retenta, ad significationem verborum esset recurrendum. *per tex.in l.quidam cum filium.ff.de hæred. instit. Socin. in d.l.ambiguo.in 5.notab.de reb. dub. qui citat Castrens. cons.185.incip. suprascriptus Egreg Consultor,&c.nu.2. lib.2.& consil.351.eod.lib.2. Alex.d.consil.139. num. 6. lib.6.Iason.in d.l.2.col. .vers.limita prædictam, &c. C. de liber.præter. D.Mastrill.d.decis.266. num. 39. Curt. Sen.consil.46.col.11.Menoch.loco proximè citat.num.5. & num.13.Socin.iun.consil.4. num.15. vol.3.* vbi quod mens in corde retenta hominum actui non accommodatur. *per tex.in l.si aliq,ff.de vsufruct.leg. Bald. in l. Iurisgentium.§.pactorum in.1.colum. ff. de pactis.*

35 † Limitatur nono, vt locum etiam non habeat, quãdo mens præsumpta immaginaria esset, nam etiam eo casu verborum proprietas præualeret, vt inquit *Mastrill. dicta decisio.266. num.38. Casanat. dicto consil.4. num.33.cum sequent. Bald.d.consil.452. col. vlt.vers. ad vltimum,&c.lib.1. facit. Angel.cons.261. col.3. vers. si autem, &c. & Socin. iun. dicto consilio 39. numero 24. vol. 3.*

36 † Limitatur decimo, vt non procedat, quando quis vellet probare aliam fuisse disponentis mentem (quæ ex ipsis verbis colligeretur,) nam adhuc proprietati verborum standum erit, reiecta illa mente extrinsecus probata. *Menoch.dicta quæst.26.num.4. circa principiũ versic.extenditur,&c.lib.1.præsumpt.Socin. in dict. l. in ambiguo.col.vlt.vers.octaua conclusio.&c.gloss.in l. Labeo. in verbo ex communi vsu. de suppell. lega. Bald. in cap.1.de controuers.inuestit.*

37 † Limitatur vndecimo, idem dicendum fore, quãdo mens principis à verbis omninò abstracta esset, nam eo casu diceretur omninò tacita, & in corde retenta, & nihil posset operari, quoad ipsius mentis interpretationẽ, *vt per Mastrill. dicta decis. 266. num. 39.* & sic quod scriptum non reperitur repotatur omissum. *Casana.d. consil.4.num.33.cum seq. Paris.cons.60. num.6. libro 2. Curt.Sen.dict.cons.46.col.11. Alexand.d.cons.139.num. 6.lib.6. Socin.iun.dicto consil.39. num.24. & dicto cons. 4.num.15.vol.3.Menoch.d. quæst.26. nu.13.*

38 † Limitatur duodecimo, & declaratur prima regula principalis, quod vbi de intentione principis esset ità dubium, & arduum, quod nullo modo posset compræhendi dicta intentio, vel non sine magno dubio, hoc sanè casu ad interpretationem principis, vel Senatus esset recurrendum, *per tex. in l. fin.C.de leg.& text.in cap.Inter alia.de sentent.excommun. Mantica de coniect. vltimar.volunt.tit.2.num.10.lib.1.tex.in l.ex facto,nu. 3.ff de vulgar.& pup.subst.Ruginell.de appellat. §. 6. gl. 2.cap.6.num fin.in fine*, nam dispositio recipit declarationem à sua conditione, *per text. in l. hæredes palam. §. sed etsi notam,& ibi Bart.& cæteri,ff. de testam.Garzias de explicat.priuilegio. quæstione 266. numero 1517.cum seq.*

39 † Amplia hanc vltimam fallentiam, quod licet etiã mens principis fuisset quidem expressa, sed tamen verbis adeò dubijs, & obscuris, vt intelligi nequeat, talis

mens

mens Principis, nam etiam hoc casu solus Princeps interpretabitur. per tex. in l. cum in testamento, ff. de reb. dub. & l. voluntas, C. de fideicommiss. argum. quod not. Mantica de coniectur. vltim. volunt. tit. 2. num. 10. lib. 1. vbi quod quando mens non est admodum obscura, etiam inferioribus Magistratibus permissum esse mentem Principis interpretari. Aretin. in l. ex facto, num. 3. ff. de vulgar. & pupill. & ibi DD. omnes, &c. & latius exposuimus supra in præl. 5. per totum, &c.

40 † Declara primam regulam principalem, quod regulariter talis esse præsumitur mens Principis, qualis est legum candor, & naturalis rationis integritas, vt in specie not. Gail. practicarum obseruat. obseruat. 76. num. 11. & obseruat. 58. num. 9. in fine, lib. 2. & in cap. 17. nu. 15. circa med. in tit. de pace publica, libro 2. Mantica de coniect. vltim. vol. tit. 2. lib. 1. num. 10. Dec. consil. 64. nu. 7. Calcan. consil. 120. num. 9. Iason. in l. causas. numero 6. C. de transact. & consil. 57. col. penult. lib. 3. Cassan. consil. 64. num. 26. Grammat. consil. 34. num. 3. & consil. 33. in crimin. Menoch. lib. 2. præsumpt. 10. num. 7. & 8. cũ sequ. Dec. consil. 11. num. 3. cum seq. & consil. 209. num. 5. Conrad. Laudens. in dicto suo templo omn. iud. §. 3. lib. 1. cap. 1. vers. 7. legibus viuere, &c. num. 3. & sic quando agitur de derogãdo cõtra iura, in dubio talis presumitur mẽs, qualis de iure esse debet. Gail. d. obser. 58. num. 9. lib. 2. Iason. in l. ex facto, num. 5. ff. de vulgar. & pupill. & ibi DD. cum secũdum leges se viuere velle profiteatur per tex. in l. digna vox. C. de legibus. Ruginell. de appellat. §. 6. gloss. 2. cap. 5. num. 18.

41 † Declara secundo, quod verba in rescriptis posita æquitati, & iuri conformari debent, licet etiam verba non patiantur. Gail. qui supra obseruat. 33. lib. 1. num. 6. & obseruat. 140. num. 21. lib. 2. Menoch. lib. 2. præsumpt. 9. num. 2. per Oldradum, consil. 268. Quæstio est, &c. Calderin. consil. 2. tit. de rescriptis. Iason. in d. l. ex facto, nu. 5. ff. de vulg. & pupill. substitutionibus.

42 † Limita tamen non procedere hæc regula si iuris ratio hoc non patiatur, & ius tertij læderetur, vt per eũdem Gail. dicta obseruat. 33. num. 6. in fine, lib. 1. per Felin. in cap. causam quæ, num. 5. de rescriptis, & ibi text. & scribentes notant.

43 † Declara tertio, quod regulariter mens Principis, vel Senatus, non est quod in rescriptis ius alterius lędatur, vel imminuatur. p. tex. in l. 2. §. merito. & §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco publico. Menoch. lib. 2. præsumpt. 9. num. 2. Mastrill. decis. 241. num. 25. Dec. consil. 11. num. 3. & consil. 209. col. 5. Gutierez. consil. 11. num. 7. Oldrad. Aduocatus Consistorialis, consil. 257. nu. 39. cum sequen. vbi addit, quod fallit regula, quando in specie derogaret. per tex. in l. quoties. C. de precibus Imper. offer. P. Gregor. Tholos. in cap. 38. nu. 5. lib. 2. de rescriptis. cap. causam quæ eod. & cap. licet, de præbendis, intellige tamẽ prout infra, num. 46.

44 † Amplia primo hanc tertiam declarationem, habere locum etiam in priuilegijs, nam concessa semper intelliguntur sine tertij præiudicio, vt per Dec. consilio 695. num. 27. per d. l. 2. §. merito, & §. seq. ff. ne quid in loco publ. Mastrill. d. decis. 241. num. 25. tex. in cap. si quando de rescriptis, idem Mastrill. in tract. de Magistrat. li. 5. cap. 6. nu. 222. & 223.

45 † Amplia secundo, idem procedere, si Princeps, vel Senatus motu proprio, & de potestatis plenitudine rescriberet, nam iuri alterius numquam censetur derogare, vt per Dec. cons. 544. num. 35. & 36. tex. in cap. si motu proprio, & ibi Dom. & DD. de præb. in 6. Bald. in dic. cap. ad aures, num. 2. de rescript. Abb. in dict. cap. causamque. 2. de testibus post Hostiens. idem Dec. consil. 24. Viso puncto, col. fin. Bald. in præalud. feudorum. colum. 14. versic. item dicit, &c. Aretin. consil. 15. colum. 5. Mastrill. dict. decis. 241. numero 25. Menoch. d. præsumpt. 9. lib. 2. num. 5. Iason in dict. l. ex facto, num. 5. ff. de vulgar. & pupillar.

46 † Intellige tamen hanc regulam, locum habere, quando ageretur de graui, & enorme præiuditio, secus autem si de modico, & leui, nam tunc præsumeretur quod Princeps tertio voluerit præiudicare, attẽtis illis clausulis, & de potestatis plenitudine, &c. Menoch. d. præsumpt. 9. lib. 2. num. fin. vbi post multas DD. sententias, in hac conclusione finaliter residet, idem tenet Gutierez. dict. consil. 11. num. 12. Molina de primogenitur. lib. 2. cap. 7. num. 16. 23. & 24. Felin. in cap. nonnullis, num. 13. vers. 2. casus, &c. de rescriptis, & licet aliqui scribentes absolutè teneant, quod quando cõstat de enixa voluntate Principis volentis præiudicare tertio, quod tũc valet regula, vt per Gozad. cons. 8. num. 43. & 47. Gram. consil. 99. & consil. 100. num. 10. in ciuilibus, et Socin. Sen. cons. 3. num. 11. lib. 3. Attamen contrarium tenuit. Anton. Gabriel in suis communib. in tit. de clausul. concl. 2. num. 8. lib. 6.

Verùm existimo veriorem esse conclusionem, si Princeps sciuerit, vel scire potuerit, quod agerentur de tertij pręiuditio, & quod tantum agitur de his, quæ sunt positiui iuris, alias non, vt per Cõrad. Laudens. d. suo templo omn. iud. §. 3. vers. 9. lib. 1. cap. 1. num. fin. Gail. dicta obseru. 58. num. 9. lib. 2. Alciat. præsumpt. 11. in fine de præsumption. Alexand. in l. quamquam, num. 4. C. de testam. milit. Bald. in l. 2. C. de seru. & aqu. vide latius per eundem Menoch. dicta præsumpt. 9. à numero 24. vsque ad num. 28. libro 2.

47 † Declara quarto principaliter, quod scilicet Princeps, vel Senatus semper præsumitur Iustitiæ plenus, & iustum facere, & velle quod iura volunt, vt in specie, tradit Mastrill. dic. decis. 241. numero 19. Crauet. consil. 172. num. 1. & consil. 253. num. 8. Gail. d. obseruatio. 58. numero 9. lib. 2. & obseruat. 14. numero 6. libro 1. per tex. in l. & si non cognitio, & fin. l. si contra ius, &c. & l. digna vox. C. de legibus, & text. in cap. fin. de rescrip. vult enim Princeps, suos actus regulari à Iustitia poli, & fori, vt inquit Bald. in l. 1. num. 1. ff. de constitut. Princip. & ibi Iason. numero 3. aliàs præsumitur per importunitatem concessisse, vt per Gail. dicta obseruat. 58. num. 9. in fine, lib. 2. per tex. in d. c. fi. de rescript.

48 † Declara quinto, quod regulariter omnia rescripta, prouisiones, & Principum mandata, insitam conditionem habent (etiam si non apponatur,) dummodo tertio non præiudicent, & ius tertio non auferatur, per tex. in dic. l. 2. §. si quis à Principe, & §. seq. ff. ne quid in loco publ. P. Gregor. Tholos. in cap. mandatum, 38. nu. 5. in principio, libro 2. de rescript. tex. in cap. super eo de offi. deleg. Gail. dicta obseruat. 58. numero 4. libro 2. & obseru. 76. numero 10. libro 1. Bald. in l. 1. primo notab. ff. de constit. Principum. Brun. cons. 12.

49 † Amplia hanc regulam etiam in rescriptis Pontificis, quia nũquam intelligit derogare iuri alterius, nisi expressè agatur, vt in specie trad. D. Oldrad. Aduocatus Consistorialis, suo consilio 257. num. 21. per text. in capitulo si pluribus de præbend. in 6. & in dic. cap. super eo, vbi Felyn. & scribentes, de off. del. & cap. Quamuis de præbend. Archidiac. in capit. cum aliquibus de rescriptis.

50 † Amplia hoc etiam procedere in priuilegijs Principis, semper enim conceduntur, saluo iure cuiuslibet tertij, & quæ clausulæ semper intelliguntur etiam si nõ apponantur, Foller. in sua praxi criminal. prima part. secundæ part. in rubrica, audiantur excusatores, num. 69. gloss. in l. beneficium, & ibi DD. ff. de constitut. Princip. text. in lege Impuberi, ff. de administr. tut. & in d. cap. super eo. de off. deleg.

51 † Amplia etiam procedere in rescriptis, & litteris Imperatoris, quia etiam in eis non præsumitur velle alteri præiudicare, nisi in specie actum sit, vt per Dec. consilio 606. numero 17. Baldus in l. nec auus. C. de emancipat. liber. dict. l. ex facto, ff. de vulgar. & pupillar. Gail. dicta obseruat. 58. numero 6. libro 2. Natta consilio 509.

numero 7. volumine 3. & consilio 636. numero 18. eodem volum. & dic. l. 2. §. meriso, & §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco publ.

52 † Declara sexto principaliter, quod nedum Concedentis mentem attendenda est, verum etiam, & personam impetrantis, prius enim est de veritate precum inquirendum, quam interpretatio petenda, *vt per Didacum Milian. in rubr. de rescript. num. fin. Bald. ibi numero 14. Abb. colum fin. Ripa, & Bero. colum. 6. Mant. col. 16.* cum alijs per eum relatis.

53 † Declara septimo, & obserua, quod Iudex sequi non debet mentem Principis inuerisimilem, sed qualitatem verborum eo casu seruare tenetur, *vt per Mastrill. dicta decisione 266. numero 47. Angelus consilio 261. columna tertia, versiculo si autem, &c. Simon de Praetis. de interpretat. vltim. volunt. dubitat. 2. solut. prima, numero septimo. Barz. decisio. 225. numero 24. & decisio. 120. numero 25. Neuizan. consil. 66. Cephal. consilio 287. libro secundo. Aretin. consilio 9. columna 2. Menoch. libro primo. præsumpt. dicta quæstione 26. Crauet. consilio 186. numero 10. & consilio 32. numero 5. & consilio 25. numero 25. Socin. iun. consilio 36. numero 12. volum. 3. Surd. consil. 431. Becc. consil. 113. numero 12. & consil. 101. numero 46. Mastrill. decisio. 246. numero 34. cum seq. vide, quæ diximus supra, numero 16. hoc præludio sexto.*

54 † Declara octauo, & intellige, quod vbi habemus sonum verborum (verba enim deseruiunt menti, & mens verbis) non indigemus interprete, *vt inquit Baldus in dict. capit. Canonum primo de constitut. nume. 15. circa medium, versic. dic quod interpretatio, &c. per text. in l. Labeo. ff. de suppell. lega.* nam verba sunt notæ earum quæ sunt in animo passionum, *per text. in d. l. Labeo. § idem Tubero. ff. eodem. Bald. in dicto cap. mandatum. numero primo, circa medium. de rescript. & idem notat Menoch. dicta quæstio. 26. numero 4. libro primo. præsumptio. in claris enim non est opus coniecturis. reg. in dubijs ff. de regul. iur. l. non aliter, ff. de leg. 3.*

55 † Declara nono, quod mens, & verba adinuicem conuenire debent, vt simul operentur, maximè quando ex aliquibus coniecturis constat de mente Principis, *vt per Mastrill. dicta decisio. 266. numero 40. & 41. Cassanat. dicto consil. 4. num. 34. Socin. iun. consil. 13. numero 14. & consilio 63. numero quinto, & consilio 39. numero 23. volum. 3. Crauet. consil. 62. numero 13. & consil. 20. numero 2.* maximè cum in ore, & in mente quandoque præsumitur esse vnum & idem. *Bald. conf. 472. colum. 1. circa med. libro 2.* & voluntas consistit in verbis sicut facies in speculo. *Bald. consil. 102. colum. 3. post medium, libro 3. Crauet. dicto consilio 20. numero 2. cir. med. & vide quæ diximus sup. nu. 20.*

56 † Declara decimo, quod allegans talem fuisse Principis mentem, talem fuisse debet expressè probare, *vt per eundem Mastrill. dicta decisio. 266. numero 42. Carol. Bord. consilio 99. numero 15.* nam regulariter dicenti, & non neganti incumbit onus probandi. *l. assicuratio. C. de non numerat. pecun. Leonell. Bartholin. de subreptione rescriptorum, quæstio. 13. articulo 1.* maximè cum aliquis ponat inesse, ideò illi incumbit probatio. *Leonell. qui supra, dicta quæstione 13. artic. 2. colum. 1. & secunda.*

57 † Declara vndecimo, & nota quod mens disponentis, nedum ex eodem rescripto, vel priuilegio, verum etiam ex alijs rescriptis, vel priuilegijs similibus, talis mens Principis colligi poterit, *vt per Mastrill. decisio. 257. numero 17. & 18. per text. in l. mania, ibi scilicet contextum verborum, &c. ff. de manum. testam. l. fin. ff. de rebus. dub. vers. coniuncta scriptura, l. hæredes palam. §. sed et si notam. ff. de testam. versic. places, &c. l. gallus §. ille casus. ibi quasi capitibus, ff. de liber. & posthum. Baldus in leg. multum interest. C. si quis alter, &c.*

58 † Amplia hanc regulam, quod imò rescriptum vnius Principis, recipit interpretationem à rescripto alterius Principis, vt eleganter *per Bald. in rubr. de rescript. num. 17. versic. sed numquid &c.* sicut enim leges legibus concordare debent, *vt in l. prima. C. de inoffic. testam. ita etiam rescripta rescriptis, leg. rescriptum, versic. & repeto, &c. ff. de pactis,* sicut etiam dicitur quod statutum recipit interpretationem ab alio statuto, *vt inquit Castrens. consilio primo, numero 3. volum. 3. Mastrill. decis. 25. num. 7.* ita priuilegia priuilegijs, & rescripta rescriptis, *vt per eundem Mastrill. dict. decisio. 257. numero 17. & dict. l. gallus, §. ille casus, ff. de liber. & posthum.*

59 † Declara duodecimo, quod si rescriptum disponeret, quod interpretari non potest, attamen reciperet interpretationem, vt non recederetur à verbis ipsius rescripti, *vt per Bald. in d. rubr. de rescript. numero 7. l. ita pudor. C. de adulter. l. quoniam. ff. de in ius. vocan.* intelligitur, enim quod nō recedatur à verbis ipsius rescripti. *l. perspexit, ff. qui, & à quibus. l. si vero. §. de viro. ff. solut. matrimonio,* rescriptum enim aliquid debet operari, ne illusorium sit, *vt inquit Gail. practic. obseruat. obseruat. 15. numero 4. libro primo, per tex. in l. si prætor. ff. de Iudic. l. si quando. de legat. 1. idem not. Mastrill. decis. 207. num. 21.*

60 † Declara decimo tertio, quod mens Principis, vel Senatus colligi etiam potest, quando rescriberet formaliter, emanando. s. ordinem substantialem, *vt per Bald. in dicta rubr. de rescriptis, numero 1. cap. Cum dilecta, eod. cap. Pisani de restit. spoliator. & ibi DD. Crauet. consil. 20. num. 8.* prout etiam quando emanant litteræ summarij iuris, scilicet sūmatæ, &c. procedēdo in causa, nam per eam clausulam ordo iudiciarius est sublatus, & dilationes abbreuiantur. *Ludouic. Rodolphin. lib. 2. quæst. 29. post tract. de absolut. Principis potestate, num. 1. Marta de clausul. clausula. 160. num. 5. Barbosa de clausul. clausula 103. nu. 4. & 5. & 7. cum seq.*

61 † Declara decimo quarto, & intellige, quod si mandate rescriptis communem, vel specificam, dependet à potestate, & voluntate rescribentis, vt per eundem *Leonell. Bartholin. qui supra, quæst. 7. art. 5. dixi à potestate rescribentis, quia inferior dicta clausula summaria, &c. vti non potest, vt per Menoch. de successionib. tit. de Testatoris potentia. lib. 1. §. 6. num. 12. Cels. Hugo de clausul pag. 485. col. 2. Barbosa dic. clauf. 103. num. 2.* nam forma Iuditij, quoad lites, alia dicitur solennis ordinaria, & communis, alia vero summaria, & specifica, de qua peritractant. *DD. in cap. Quoniam contra de probat. & in cap. in causis, de sentent. & re iudic. & in Clement.* dispendiosam de Iudit.

62 Declara decimoquinto, quod intentio Principis colligi etiam poterit, quando rescriberet causaliter, prout quando radicem consideraret causæ producēns, vt per eundem, *Bald. in d. rubr. de rescript. num. 1. per text. in cap. super litteris. eod. tit. & ibi DD. facit Crauet. conf. 2. num. 12. circa med. allegat Castrens. conf. 184. Videtur dicendum, &c. col. 2. circa med. & consil. 438. quantum ad primum, &c. col. 2. lib. 2. faciunt notata per DD. in dict. cap. quoniam contra. de probat.*

63 † Declara decimosexto, & nota, quod quandoque mens Principis, vel Senatus perspicitur, emanādo principaliter, quando. s. litteræ emanant ex certa scientia, & de potestatis plenitudine, prout etiam Sum. Pontif. aliquando scribit papaliter, *prout not. Bald. in d. rubr. de rescript. num. 1. in fine,* prout etiam quando emanant contra formam iuris communis, *vt per Leonell. dicto tract. de subrept. rescript. d. quæst. 17. art. 5. col. 1. & 2. & q. 3. art. 6. col. 2. facit Clement. sæpe de verbor. sum signif. et Clement. pastoralis de re iudicat.*

64 † Declara decimoseptimo, quod mens, & intentio mandantis, vt loquentis sequenda est, & exequenda, *vt per Petr. Gregor. in cap 38. mandatum lib. 2. num. 5. circa med. de rescr. & in c. 20. super litt. in fine, eod. vol. & tit.*

&

et hoc quando de ea apparet, vt per Dec.in l.Ciuitas,nu.6. & Alex.ibi,nu.20.ff.si cert.petatur, ficut .n. mens legis habetur pro lege, ità, & de intentione Principis dicitur *Castrens.in l.Cum mulier,num.8.ff solut. matrimonio*, nam Princeps dicitur lex animata in terris, *Costa cons. 75.num.16.per tex.in l.digna vox,C.de legib.& l. Princeps,ff.eod.tit.l.leges,C.de legibus.*

65 † Declara decimo octauo, quod quando menti concedentis satisfactum non est, quod tunc actus reiterari debet, prout in rescriptis an causa sit appellabilis, & quando menti Senatus nondum satisfactum sit,erit articulus ille denuò committendus, *Ruginell. de appellat. §.6.glos.2.cap.6.num.1.& 6.per Roman.consi.504. nu.2. & 3.& per Cum.consil.14.Felin.in cap.2.de tregu. & pace*,sicut nec per explicationem primi actus, qui non habuit effectum, & sic intelligitur satisfieri de oratione loquēdi,& de actu iterabili.*l.hac cōd.ff.de cond.& dem.*

66 † Intellige primo, & nota, quod Iudex, rescriptum & mandatum Principis implere tenetur, non de simplici natura verborum,sed de natura intellectus, & interpretationis sumptæ ex natura ipsius rei, quæ est optima verborum interpres, *vt per Bald. in cap. Eam te. num.16.circa med. vers.solutio.de rescr. l. in illa stipulatione,§.Sabinus,ff.de verbor.obligat.Crauet. consil. 236. num.6.* quia etiam interpretatio de necessitate inest, aut secundum verisimilitudinem, aut secundum ipsius rei naturam, *vt per Crauet. consil.33. num.* 22. sicut etiā virtus legis in tatione naturali consistere dicitur, *vt per Bald.in dic.cap mandatum,col.1.circa med.de rescrip.*& sic ab intellectu naturæ ipsius rei, dum tamen totaliter non recedatur à verbis, *l.si aliq.ff.de vsufruct. lega.l.scire opportet §.etsi maximè,ff.de excus. tutor.*

67 † Intellige secundo, & obserua, quod Iudex secundum mentem Principis cognoscere debet, ac etiā considerare animum concedentis, qualis esse debet (quę per rationem cognoscitur,) ad eo quod,illa ratio, quę debuit mouere delegantem,mouere debeat, & delegatum, *vt inquit Petr.Gregor.in cap.super litteris.20. li.2. de rescriptis,num.fin.& ibi Bald.Felin.Abb.& DD.ca.2.de off. delegati,mens enim Principis per rationem cognoscitur,vt per Cyn.in l.non dubium,C. de legib. & ibi Castr.& DD.Craueta egregiè in consil. suo 226. nume. 11. l.cum mulier,ff.solut.matrimonio,& ibi Castr. num.8.& DD.not.& d.l.scire. opportet.§.opportet.ff.de excus. tut.* ideò animaduertet Iudex delegatus, vt eadem ratio, quę mouisset delegantem, moueat delegatum, cum ipsius vice fungatur, vt in specie *not. Milan.in dict.capit. super litteris 20.de rescript.num.15.circa med.par.3.l.1. §.qui mandatam.ff.de off.eius.&c.*

68 † Intellige tertio, & nota, quod licet mens Principis videri non possit,attamen per rationes,& coniecturas colligitur,& secundum illas rescriptum interpretari poterit. *Baldus in d.cap. super litteris, num.* 11. *vers. mens hominis,&c.de rescriptis.Socin. Iun. cons.* 107. *nu. 51.vol.3.per text.in l.in conditionibus primum locum. ff. de condit.& demonstr.l.3.C.de liber prater.Crauet.cons. 236.num.11.& cons.243. num.4. Mantica de coniectu. vlt.volunt.lib.1.tit.2.num.10.Castrens.in l.non dubium. num.5.& Cinus ibi,& DD.C.de legibus,& diximus supra,num.11.*colligitur etiam mens Senatus nostri ex litteris de forma Cancellarię, quæ ex stilo emanant. *per tex.in l.quod si nolit.§.qui assidua.ff.de edil.adict. l. si de interpretat.ff.de legibus,Crauet.cons.20.nu.7.* vbi quod ex eo,quod solitum est fieri,voluntas declaratur, *l.si.C. de fideiussor.*

69 † Intellige quarto,& nota, quod Principis, vel Senatus intentio,vel pręsumptio,pro legis mente,vel præsumptione habenda est,cum idem Princeps sit lex animata in terris,*Castrens.in l.Cum mulier,num.8.ff.solut. matrim.& ibi DD.tex.in l.digna vox.C. de legib.Costa. cons.75.nu.16.lib.1.Dec.cons.689.nu.23.*& pôt mutare quadrata rotūdis.*Crau.cons.241.nu.4.& cons.256.n.2.* cum et Senatus Principi æquiparetur, circa iustitiæ administrationem. *Bar.ad rubr.de Senator.Surd.decis. 91. num.4. Costa.dict.consil.75. num.16. cir. med.* Corpus quemadmodum regulatur ab anima, ità & rescriptū seu lex,regulatur ratione legis. *Abb.in capit. nonnulli. num.10.in fi.de rescript.*

70 † Intellige quinto,& reputa singulare,quod Principis,vel Sen.intentio,& voluntas est, quod iniusta rescripta,vel decreta consultentur, etiam quod nuda executio demandata sit,cum non intendat nisi iustum facere, & quod est pro communi vtilitate, egregiè tradit. *Senator Mastrill.decis.241. nu.16.17.& 18. cum sequ. per tex.in cap.si quando,& ibi Bald.& DD.omnes,de rescript.idem Mastrill.de Magistrat.lib.5.cap.6. nu.222. co.2.*quod intellige si falsa,iniusta, vel inciuilia viderentur, *vt per P.Greg.in c.5.nu.4.lib.2.& c.51.lib.1.nu.7.de rescript.Guid.Papa.cons.195.lib.3.idem P.Greg.in c. 52. nu.6.eod.lib.*Principes.n.& Senatus rationibus, & legibus se admoneri lubentissimè patiuntur, *vt idē P.Greg. not.in cap.5.lib.2. nu. 5. de rescr.* & etiam si talia rescripta dubia essent,nedum super dubio iuris, sed etiā super dubio facti, Iudices tenentur Senatui rescribere, *ad tex.in l.& si non cognitio.C. si contra Ius. & in l. eā quē temere. de Iudit. & ibi glos. & scribentes Auendagn. de exequen.mand.cap.19.par.1.Mastril.d.decis.241. num. 20.cum seq. & de his latius, suo proprio tit.in 2. par.*

71 † Intellige sexto,& nota,quod Imperator Constantinus de veritate precū inquiri iussit per Iudicem, quāuis in rescriptis cognitio non mandetur, sed tantū executio, *vt idem P.Greg.not.in d.cap.5.si quando, nu.3.cir. med.lib.2.de rescr.per tex.in l.4.C.si contra Ius, &c.* & licet merus executor cognoscere possit de subreptione, & de veritate precum circa executionem, *vt per M.Antonin.suo tract.var.resolut. resolut.39. lib.1. num.4. & per Bald.in cap. de cætero. de re Iud.*, attamen id intelligendum est, quando de tali surreptione nō fuerit priua per Principem,vel Senatum cognitum,nam eo casu nō poterit Iudex inferior amplius cognoscere, sed sententiam executioni mandare debet, *vt egregiè per D. Senatorem Bellon.tract.de potest.eorum, quæ fiunt incōt.etc. cap.47.lib.2.num.4.cir.med.vers.& ideo,&c. per Steph. Gratian.discept.411.num.27.*nam merus executor, nullam adhibet cognitionem nisi circa executionem, *per d.l.& si non cognitio.C.si contra Ius,&c.Menoch. cons. 479.num.34.Valenz.cons.48.num. 31. Bellon. qui supra, num.4.*verum si fraus, vel dolus interuenerit, de omni negotio cognoscere posse tenuit *dictus P. Greg.d.cap. 5.num.3.cir.fi.lib.2.de rescript.* sed tutior est sententia, quod hoc casu Senatum consulat illi rescribendo. *Mastrill.d.decis.241.nu.16.17.& 18.per tex.in cap. si quando de rescript. vide sup.num.70.in fi.*

72 † Intellige septimo, & obserua, quod si in rescriptis appareat,preces veritatem non continere, tunc Iudex parte opponente,exequi non debet, nisi prius fuerint verificatæ. *Borell.de Regis Cathol.præst.cap.38.num.67. per tex.in cap. Cum inferior.de maiorit.& obedient. cap. vt nostrum de appell. l.minor autem Magistr. ff. de minorib.Crauet.cons.137.num.* 8. verum obiectus, & probatio mendaciorum, non adeò elidit iurisdictionē delegatam,quin possit procedi ad diffinitiuam,ex vi eiusdem delegationis, *vt not Bald.in l. præscriptione. nu. 4. in fi.& Io.& Azo.ibi & DD.C.si contra ius,&c.* prædicta intellige in rescriptis ad lites, secus vero ad gratias, nā dicto casu Iudex manū non apponat,sed Principi rescribat,ità intelligit. *Borell.d.cap.38.nu.67.*in litt.igitur ad lites si Iudex per legitimas probationes cognouerit esse subreptitias, vel obreptitias,poterit Index pronunciare rescriptū non valere, & surreptitiū esse. *Bald.d.l. præscript.n.14.C.si cont.Ius,&c.Rebuff.ad Constit.Gall. in præfat.to.2.num. fin.de rescript. in fine.& in gloss.14. artic.2.de rescript. tomo eodem,*repelletque partem ab effectu litterarum,illam condemnādo in expensis *ad for.*

harum

harum N.C. hoc tit. de rescript. Rebuff. qui supra, dicta præfatione in fine. uerum de his fusius, nos alibi (Deo fauente) explicabimus, in lib. 2. suo proprio tit.

73 † Intellige octauo, & nota, quod interinatio litterarum Principis, uel Senatus, regulariter fienda erit, quæ nil aliud est, quam cognitio, an preces porrectæ ueræ sint, ut in specie, not. Borell. qui supra dicto cap. 38. numero 47. Cassan. consil. 39. in fine, Crauet. consilio 592. P. Gregor. in cap. 2. num. 8. lib. 2. de rescript. & cap. 5. numero 3. lib. eod. interinatio enim est approbatio eius, quod Princeps disposuit in uim gratiæ, aut legis. Sola. ad N.C. Sabaudiæ in tit. de interinatione, num. 3. circa med. glos. 1. & earum effectus suspenditur donec narrata fuerint uerificata, ut per dict. P. Greg. d. cap. 2. num. 9. libro 2. de rescriptis, quod intellige parte opponente, nam rescriptum ad lites surreptitium ualet mero Iure, ac etiam processus illius uigore factus tenet, nisi excipiatur. Cardin. Put. decis. 240. lib. 2. Vant. de nullit. ex deffectu Iurisd. deleg. num. 60. & in tit. qualiter, & quibus mod. sent. null. repar. poss. num. 58. cum seq. Decian. responso 36. num. 2. vol. 3. Declara tamen prædicta, quod effectus litterarum, & iurisdictio iudicis delegati, suspenditur, quoad merita causæ, secus uero quo ad cognitioné surreptionis. ut per Leonell. Bartholin. de subreptione rescriptorum. quæst. 12. artic. 3. col. fin. ante fin. Bald. in dict. l. præscriptione, num. 2. C. si contra Ius, &c. & ibi DD. omnes. M. Antonin. var. resolut. lib. 2. casu 36. circa principium, verum idem M. Antonin. in resolut. 8. numero 3. libro 1. inquit, quod opposita surreptione si Iudex procedat, quod processus efficitur nullus, quod tamen intellige parte opponente, Felin. in cap. Cum dilecta. num. 2. in fine. de rescript. cùm primordium habeant ueritatis, & nisi pars reclamet ualebit processus, & transiret etiam in iudicatum, si non appelletur. Ruin. consilio 87. num. 5. lib. 3. Card. Put. d. decis. 240. lib. 2. Seraphin. Oliuar. d. decis. 334. num. 5. Barthol. reg. tract. crimin. par. 5. num. 40. Leonard. Mantua. consil. feudal. diuersor. consil. 21. num. 8. & quod transeat in iudicatum si non appelletur, not. Hieron. Campanil. diuers. iur. canon. capit. 12. rubr. 11. num.... Felyn. cap. cæterum, versic. limita communem. &c. num. 10. circa med. de rescriptis, Bald. dict. l. præscriptione. num. 9. in fine. C. si contra ius, &c. Clorit. in cap. super litteris, num. 146. de rescript. cir. med.

74 † Intellige nono, & obserua, quod litteræ Principis, vel Senatus, licet duræ videantur, attamen executioni mitti debent, dummodo surreptitiæ, falsæ, aut iniustæ non sint, ut per Præposit. super decretis, in cap. in memoriam col. 1. circa principium distinctione 19. nam aliter mentio, & seu intentio Principis est, ut illa rescripta subreptitia consulentur, ut per Mastrill. decis. 241. nu. 17. & 19. lib. 3. Tholos. cap. 51. num. 7. lib. 1. de rescript.

75 † Intellige decimo, & nota, quod qui subterfugijs, & friuolis excusationibus rescripta Principis adimplere detractant, puniendi sunt, iux. for. l. 2. C. de legibus, ut per eundem Præposit. d. cap. in memoriam, num. 1. circa medium d. distinct. 19. Gail. pract. obseruat. obseruat. 28. libro 1. num. 8. cum sequen. vbi quod Iudex etiam punitur si fuerit negligens in administranda Iustitia, l. eum qui. C. de procur.

76 † Intellige vndecimo, quod intentio Principis in similibus rescriptis exequendis, est constans, & perfecta, dummodo preces porrectæ ueritate nitantur. Præposit. d. cap. in memoriam colum. 1. circa med. distinct. 19. super decretis. Dec. consil. 580. num. 5. & consil. 689. num. 18. & 19. Bald. consil. 279. libro 3. nam semper intelligitur clausula, si preces veritate nitantur, per tex. in cap. 2. vbi omnes Canonistæ de rescript.

77 † Intellige duodecimo, & nota, quod gratia siue rescriptum Principis in substantia dicitur validum, ideò mitti debet executioni, si pars vel tertius non reclamet, quia implicitum statum habet validitatis, donec pars scilicet opponat, vt supra dictum est. Cardinal. Seraph. Oliuar. d. decis. 334. num. 5. Ruin. consil. 85. num. 4. & d. consil. 87. num. 5. lib. 3. Dec. cap. super eod. num. 36. de off. iud. delegati. Crott. consil. 119. num. 7. Ruin. consilio 35. li. 1. n. 35. Bal. in l. præscr. n. 4. in fi. et n. 5. C. si cont. ius, etc.

78 † Intellige decimotertio, & nota, quod regulariter in omnibus rescriptis, & mandatis Principum, semper intelligitur inesse clausula, si preces veritatem contineant, vel si ità est, vel veris existentibus supplicatis, cum similibus, ut per Mastrill. decis. 241. nu. 93. Marches. de commissionibus, & rescriptis, cap. 3. lib. 2. num. 40. cum seq. Leonell. Bartholin qui supra, quæst. 13. artic. 2. col. vlt. Pancirol. consil. 2. num. 2. Padill. in l. vniuersa, nu. 1. C. de diuers. rescript. D. Præses Menoch. cons. 761. nu. 31. & 103. nu. 22. Bald. consil. 37. num. 2. vol. 3. Gail. qui supra, obseru. 14. num. 1. lib. 1. Osasc. decis. 169. num. 22. idem Bald. in cap. ex parte, num. 2. & ibi Dec. num. 5. de rescript. Bart. in d. l. præscrip. num. 2. & ibi Iason. et DD. C. si contra ius, &c. Senator Franch. March. decis. 1183. par. 1. num. 1. Mysinger singul. obseru. centur. 4. obser. 8. Ripa. in cap. 2. num. 26. de rescript. lib. 2. Barbosa de clausul. clausula 97. num. 4. Marta claus. 71. num. 1.

79 † Amplia hanc regulam etiam habere locum in litteris summi Pontif. in quibus subintelligitur conditio, si causæ motiuæ veritate nitantur. per Dec. cons. 33. nu. 6. circa med. vers. & clausula, &c. Cardinal. consilio 96. Vnio præmissa, col. 1. & consil. 98. Papa vmuit, &c. Hier. Campanil. qui supra dict. rubr. 11. cap. 13. num. 193. Marches. qui sup. num. 3. Barbosa d. claus. 97. nu. 2.

80 † Amplia secundo, hanc regulam etiam procedere in litteris, seu rescriptis Regis, vt egregiè, per Barbosam de Clausulis d. clausula. 97. num. 3. Azeued. in l. 4. num. 2. & 3. tit. 26. lib. 8. noua. recopill. Marchesan. qui supra. par. 3. pagina 374. num. 13.

81 † Amplia tertio, idem dicendum esse, in rescriptis, & priuilegijs Imperatoris. Natta cons. 509. numero 7. vol. 3. & cons. 636. num. 18. eod. vol. Gail. qui sup. obseruat. 58. num. 6. lib. 2. per tex. in cap. per quos fiat inuestit. glos. ibidem in verbo iuxta tex. cap. quo tempore miles, & in l. in concedendo, ff. de aqu. pluu. arcend.

82 † Declara primo, quod istæ clausulæ si preces, &c. vel si ita, &c. non excludunt ea, quæ si Princeps sciuisset fuisset vtique concessurus, Vrsill. ad Afflict. decis. 355. nu. 7. & seq. Salycet. in d. l. præscrip. C. si contra ius, &c. Felyn. in d. cap. ex par. 1. col. 2. de rescrip. & ibi scribentes.

83 † Declara secundo, quod istæ clausulæ si preces, cum similibus, non faciunt conditionem, sed instruunt, & mandant potius, quam ad ipsam iurisdictionem fundãdam, nec inchoandam, sed apponuntur ad procedendum ex ea, vt per Bald. in cap. super litteris. nu. 19. versi. quæro vtrum, &c. de rescriptis, idem Baldus in d. l. præscriptione, num. 9. in fine, & num. 10. Felyn. d. c. ex par. nu. 6. de rescript. Vital de clausulis in hac clausula si preces, etc. Clorit. in d. cap. super litt. d. nu. 146. cir. med. Castrens. d. l. præscrip. num. 5.

Declara tamen, quod cum hæc conditio de necessitate insit, licet non faciat propriè conditionem, attamen operatur, quod habeat figurã conditionis in rescripto, quo ad vim, & effectum, vt voluit. Iason in l. hæc verba, n. 5. ff. de leg. 1. & ibi DD. nam per Felyn. d. c. ex parte, n. 9. in fi. dicitur conditio largè, & impropriè, & per Clor. d. c. super litt. nu. 146. cir. med. vbi addit, quod si Iudex ẽt non probatis precibus, tulerit sententiã pro impetrãte, quod valebit, & transiret in iudicatum, si non appelletur. d. nu. 146. cir. fi. Fely. d. c. cæterum. n. 10. vers. limita 2. de rescr. fallit tñ hæc regula in rescriptis gratiæ, & quando surreptio esset dolosa, nam nunquã transirent in indicatum, cum sint nulla ipso iure. Clor. d. nu. 146. cir. fi. Alci. cons. 15. li. 5. nu. 23. Inn. in c. cũ olim de re iud. & Io. Fab. in d. l. præscrip. cir. med. C. si cõt. ius. Cum etiam in illis faciat conditionem. Gamban. in claus. si preces. de clausulis.

84 † Verũ ita distinguerẽ, qd qñ ista claus. si pces, respicit formã, & exercitiũ rescripti ad lites, & nõ substãtiã, tunc

quo

quo ad exercitium rescripti, facit rescriptum conditionale, parte tamen opponente de surreptione; nam statim supplicans tenetur purificate hanc insitam conditionem, scilicet, quod preces veritate oitantur, aliàs rescriptum non poterit exequtioni mitti, nisi prius purificatis præcibus, ità intelligendus est, Felyn. in d. cap. ex parte, num. 15. de rescriptis. nam hæc surreptio non elidit substantiam, scilicet iurisdictionem, seu rescriptũ, sed impedit formam .s. rescripti exercitium, vt per Bald. in d. l. præscriptione, num. 5. & nu. 10. C. si contra ius, &c. Bald. in cap. super litteris, num. 14. de rescript. idem declarat. Glorit. in d. cap. super litteris, num. 146. cir. principium, de rescriptis, & ideò facit actum conditionalẽ, quò ad exercitium rescripti, secus verò quoad illius substantiam, cum mero iure valeat. Alexand. Trentacinque var. resolut. par. 1. resolut. 7. num. fin. de rescript. et priuileg. per Felin. d. cap. ex parte, numero 15. nec erit conditionale, quando rescriptum valeret de præsenti. Seraphin. decis. 755. num. 5. Barbosa clausula 89. num. finali in fine. dixi igitur parte npponente, nam aliàs valeret rescriptum, vt per Decian. dicto responso 36. num. 2. vol. 3. Seraphin. Oliuar. dicta decis. 334. num. 5. nam cũ hæc tacita conditio, hoc casu stet loco causæ, & conditionis de præsenti, impedit effectum rescripti si est subreptitium, & cum falsa causa, &c. Felin. dict. cap. ex parte, num. 14. in fine, Glorit. dicto num. 146. circa med. l. demonstratio. §. 1. ff. de conditionibus, & demonstrat. nam supplicans opposita exceptione surreptionis tenetur probare, vera esse in precibus expressa, alias rescriptum corruit, vt per Leonell. Bartholin. de subreptione rescript. quæst. 13. art. 2. in fine, Mascard. de probat. conclus. 1123. verum hoc est, quãdo opposita est exceptio surreptionis tantum, vt per relatos Doctores locis citatis. Declara prout dictum est infra in prælud. 14.

Quando autem rescriptum non esset verum in substãtia, & sic ista clausula si preces, &c. respiceret substantiam scilicet iurisdictionem, tunc cum sit funditus falsum, nullam tribuit iurisdictionem, & nullo iure valet. Bald. in d. cap. super litteris, num. 15. cir. med. versic. Vnde in materia sic conclude, &c. de rescript. l. nec exemplum. C. de falsis. Idem etiam dicendum est, quando surreptio esset dolosa, vnde tunc dicitur indistinctiua substantiæ .s. iurisdictionis, vt per Glorit. d. cap. super litteris, num. 146. circa fin. Bald. ibi. num. 15. in fine. vers. aduerte, &c. l. eleganter. ff. de dolo. l. in summa. ff. de cond. indebit. & de his pro nunc satis, alibi latius dicemus in secundo libro suo proprio titulo fallit quãdo Iudex esset ordinarius Castr. d. l. præscript. num. 14. in fine.

85 † Declara tertio, quod istæ clausulæ si Ita est, vel similes, &c. referuntur solum ad omnia in precibus expressa, non autem ad alia extra preces contenta. Bald. in cap. olim ex litteris, num. 8. in fine de rescript. l. si idem, §. fin. ff. de iurisd. omn. iudic. omnis enim determinatio operatur secundum, quod adiacet determinabili, vt C. de sent. et interlocut. omn. iud.

86 † Quod intellige, quo ad surreptionem probationis, secus vero quò ad intentionem rescribẽtis, Abb. in cap. ex parte 1. num. 3. de rescript. & ibi DD. omnes, &c. intentio enim Principis est, ut nedum circa surreptionẽ, & suggestionem falsitatis, verum etiã circa supressionem veritatis, preces veritate nitentur. per tex. in dic. cap. super litteris, ibi tacita veritate, vel suggesta falsitate, etc. de rescript. & ibi Bald. Felyn. Abb. Dec. & cæteri scribẽtes, bene verum est, quod circa probationem, alleganti fuisse tacitam, vel suppressam veritatem, incumbit probatio, & non supplicãti, vt per Leonell. de surreptione, vt sup. d. quæstio. 13. art. 2. col. 2. nam cum ponat aliquid inesse, incumbit probatio, vt per Bartol. in l. 1. num. 13. & seq. ff. de except. Mascard. de probat. conclus. 325. supplicans autẽ tenetur probare expressa in precibus vera esse. Abb. in cap. ex parte. 1. num. 3. & cap. constitutus, nu. 4. & ibi Dec. nu. 3. de rescr. & ibi DD. omnes, Castr. in l. puniri, n. 2. C. si contra ius, &c. si aũt illa suppressio veritatis, quæ quamuis sit tacita, nihilominus princeps litteras dedisset, non vitiaret rescriptum, per tex. in d. cap. super litteris, & ibi Bald. Felyn. Abb. & cæteri scribentes. Innoc. in c. in nostram. hoc tit. P. Greg. d. cap. super litteris num. 8. cir. med. lib. 2. cũ etiam principis intentio sit ne rescripta in præiudicium alterius censeantur concessa, per d. l. 2. §. merito. & §. si quis. ff. ne quid. in loco publico P. Greg. loc. cit. num. 5. de rescript. & de his probationibus latius per nos. in secundo lib. de litteris Regijs, &c. tit. de probationib.

87 † Intellige tamen, quod huiusmodi clausulæ si preces, vel veris existentibus, &c. semper intelliguntur inesse, etiamsi non apponantur. per tex. in cap. 2. & ibi Canonistæ omnes de rescript. Gail. obseruat. 14. lib. 1. num. 1. in fi. Barbosa de clausul. d. clausul. 97. nu. 5. Vital Caban. de clausul. in clausula si praces, nu. 2. Padill. in d. l. Vniuersa, nu. 2. C. de diuers. rescript. Perez. in l. 5. vers. quero. 14. tit. 12. lib. 3. Gutierez. d. cons. 11. nu. 13. Bald. in d. cap. ex parte de rescript. & Canonistæ communiter in d. cap. super litt. de rescriptis, quicquid asserat Leonel. qui supra. q. 4. * artic. 14. cum sit communis, &c. Abb. dic. cap. ex parte 1. num. 9.

88 † Intellige decimoquarto, & nota, quod Iudex si rescripta iusta non esse cognouerit, vel contra ordines Senatus nostri emanata, manum apponere non debet, sed Principi, vel Senatui rescribat secundum. Borell. qui supra dicto cap. 38. num. 67. Verum licitum erit potius Iudici ea, vt non obseruet. Natta consil. 425. num. 7. cum ☞ possit illa reijcere, vt ex decreto. Senat. diei 15. Ianuarij 1580. in principio primordij, per tex. in l. rescripta. C. de praeiud. Imperat. offerr. æquo enim animo dicit se princeps ferre, si Iudex sua mandata non dixerit sequenda. Natta dicto cons. 425. num. 7. per tex. in cap. si quando, & ibi DD. de rescript. amplia idem dicendum esse, si rescriptum esset præcisum, & dispositiuum. Roffred. Beneuẽt. de libellis. par. 6. in libello super Iure Pontif. in rubr. Vtrũ alicui, &c. num. 10. tex. in cap. ex parte, & ibi DD. de offic. deleg. dispositiuum dicitur quando Iubet præcisè ità fieri. Ripa obseruat. 71. num. 5. suo tract. singul. obseruat; nam Senatus noster non intendit nisi iustum facere, & quod est pro communi vtilitate. Mastrill. d. decis. 241. num. 16. 17. & 18. cum seq. lib. 3. vbi, &c.

89 † Ideò Senatui nostro Amplissimo displicet, timentes suas litteras contra ordines emanatas, in tantũ quod non audeant reclamare, vt in specie tradit. Cardinal. Tusch. suis conclus. iuris conclus. 219. num. 32. per Zabarell. consil. 142. num. 4. in fine, Callia. consil. 111. num. 39. & 40. Oldrad. consil. 22. cir. fin. Felin. Abb. Bald. & scribentes in cap. si quando per illum tex. de rescript. & diximus sup. in 1. Prælud. num. 40.

90 † Intellige decimoquinto, & nota, quod in exequendis Principum mandatis, vel rescriptis contra Iudices negligentes, vel ex malitia iudicium interuertentes, rigor per principem, vel Senatum aliquando seruari deberet. Castrens. in l. 2. num. 2. in fine. Cod. de legib. Mastrill. decisione 236. numero 13. V. ut. decisione 302. & 322. idem Mastrill. decisione 259. numero 28. & in tractato de Magistratibus, libro sexto, capit. 10. numero 43. in tantum, quod in pœnam negligentiæ causa deuoluitur ad Superiorem proximum. Afflict. super constitut. Regni titul. de offic. Iustitia. libro 1. rubr. 42. numero 20. vt per eundem Mastrill. dict. decisio. 236. numero 14. quod fieri debet adeundo Senatum, qui tale rescriptum concedere solet. Roffred. Beneuent. de libellis. par. 8. super rubr. de constitutione meminerint, numero 7. in fine. & huiusmodi pœnæ arbitrio Senatus regulantur. Mastrill. decis. 207 num 36. & si ex malitia punitur in expensis. Menoch. de arbitrar. casu 341. num. 3.

91 † Se-

91 † Senatus noster Excellentiss. post primum rescriptũ dispositiuum, solet tali Iudici negligenti rescribere, vt litteris Senatus eidem emanatis, omnino parere debeat, per text. in cap. si quando, & ibi scribentes omnes de rescriptis, nam quando litteræ sunt legitimę impetratæ, licet duræ uideantur, attamen executioni omninò mitti debent. Præposit. in dicto cap. in memoriam. col. 1. circa med. distinct. 19. super decret. Leonell. de subreptione, &c. quæst. 18. art. 1. col. 1. & quæst. 10. art. 9. in fine. Menoch. de arbitr. Iud. cas. 365. num. 16. centur. 4. Gram. voto 32. in fine. Gail. obseruat. 135. num. 5. li. 1. Polid. Ripa, obseruat. 339. nu. 6. & 7.

92 † Prout etiam Senatus noster, post secundas litteras Iudici negligenti, rescribere, & tertiam iussionem emanare solet, vt sub pęnis Senatui arbitrarijs, litteris secũdis eidem emanatis omninò parere debeat. Menoch. de arbitrar. Iudic. dicto cas. 365. num. 2. vbi quod Principis arbitrio erit circa indicendam pœnam non obtemperanti rescripto Principis. Bald. consil. 367. Venerabilis, col. 2. vers. aut non est apposita, &c. & cons. 376. Casus talis, &c. col. 2. lib. 3. Craneta. consil. 233. numero 3. Mastrill. decis. 207. num. 36. Idem dicitur in Regimine, Menoch. qui supra, num. 15.

Verùm pœna ordinaria cessat regulariter, vbi dolus cessare dicitur, Mastrill. decis. 246. num. 19. prout etiam quando causatur ex mera negligentia, vel omissione, vt per eundem Mastrill. decisio. 238. num. 117. Farinac.
* tract. de inditijs. quæst. 51. num. 68. vbi de communi attestatur allegans. Abb. Felin. Cagnol. Carrer. Anton. Gomez. Menoch. & Pedemont. quem videas, &c. & de istis pœnis latius per nos tractatum fuit in libro 2. in titulo de pœnis non obtemperantibus rescriptis, &c. & sic ad diuisionem rescriptorum nunc erit explicatio dirigenda, &c.

De Litterarum Diuisione.

PRÆLVDIVM. VII.

Diuisio Prima.

1 *Rescriptorum ducentum quinquaginta genera enumerantur, & quid super eis seruare soleat Senatus noster, sigillatim describit Auctor.*

2 *A Senatu nostro Amplissi. quotidiè rescripta ad lites emanant, iuxta iuris communis dispositionem, & si contra ius per importunitatem extorquentur, dare soles litteras Iudici, vt illas reducat ad ius commune.*

3 *Litteræ excitatoriæ iurisdictionis dicuntur illæ, quæ non augẽt, vel minuunt Iudicis ordinarij potestatem, & ibi exempla adducuntur.*

4 *Requisitoriæ litteræ sunt illæ, quæ Iudicibus alterius territorij emanant pro executione sententiæ, vel cuiuslibet rei iudicatæ.*

5 *Executoriæ litteræ dicuntur illæ, per quas sine aliqua iudicialis cognitione nudum ministerium delegatur per Principem, exempla hic notantur cum fallentijs.*

6 *Executiuæ litteræ tunc illæ appellantur, quando Princeps mandat Iudici, vt ad formalem executionem omninò deueniat, & quomodo vide hic.*

7 *Executoriales expediuntur pro executione gratiæ Principis.*

8 *Generales litteræ sunt illæ, quæ omnes eiusdem qualitatis, & facti species comprehendunt, vel quæ communem omnium, vel plurium causam respiciunt, & quid Senatus noster seruare soleat, uide hic.*

9 *Speciales litteræ dicuntur, quando tantum vnicam causã, & certas dumtaxat personas comprehendunt, & quædam exempla hic adducuntur.*

10 *Communes litteræ Principis illæ dicuntur, quando emanãt vt habeant vim legis, quo ad omnes subditos, vel quando pro N. Constit. obseruantia condita sunt, alijsq; exẽplis demonstratur.*

11 *Principales litteræ dicuntur illæ, quæ de Principis potestatis plenitudine emanant.*

12 *Delegatoriæ litteræ in genere dicuntur, quando alicui committitur causa a Principe, vel ab alio potestatem habente, vicem illius gerens, nihilque proprium habens, & quid in specie, & alijs modis notatur hic per Authorem.*

13 *Litteræ induciales, seu dilatoriè dicuntur illæ, quando Princeps moratoriam dilationem ad soluendum debitoribus indulget, & quando istæ litteræ non possint Impetrari adnotantur nonnulli casus, ut nu. 14.*

15 *Contentiosè sunt illæ, quæ Iustitiæ appellantur, & quæ emanant ad lites, & Iustitiæ administrationem.*

16 *Subrogatoriæ dicuntur litteræ, quando Princeps, vel Senatus alterum Senatorem, vel Iudicem inferiorẽ subrogat loco alterius absentis, vel defuncti.*

17 *Litteræ gratiosæ dicuntur illæ, quæ merã principis liberalitatem continent, beneficia elargientes, & latius prout hic.*

18 *Litteræ mixtæ dicuntur illæ, quæ ex vtrisque conficiũtur, partim iustitiam, partim gratiam continentes.*

19 *Rehabilitationis litteræ dicuntur, quando princeps aliquẽ ab officio suo priuatum, iterum admittit, illum rehabilitans ad tale officium exercendum.*

20 *Nobilitatis litteræ appellantur illæ, quando princeps, vel Senatus, per illas, nobilem quem constituit.*

21 *Legitimationis litteræ dicuntur illæ, quæ ad primæua naturæ Iura reducunt, omnemque illegitimationis maculam abstergunt.*

22 *Litteræ perinde valere sunt illæ quando actus fuit à principio nulliter celebratus, princepsq; dat litteras, vt perinde valeat non secus, ac si a principio legitimè emanasset.*

23 *Naturalitatis litteræ sunt, quando princeps extero offitia concedit, vel dignitates, ac etiam vt in dominio acquirat, vel succedat, prout hic.*

24 *Reales litteræ dicuntur illæ, quæ obtinentur super actione reali, ipsi Supplicãti eiusque hæredibus competente, non autem si tantum personæ emanassent, & quando dicantur reales.*

25 *Personales litteræ dicuntur illæ, quæ personam tantum concernunt, non autem rem, vide hic exempla.*

26 *Ordinatoriæ litteræ, siue formales dicuntur illæ, per quas datur substantialis ordo procedendi in causis.*

27 *Summariæ litteræ dicuntur, per quas mandatur Iudici, vt breuiter, & summariè in causa procedat ex quibus breuiores dilationes concedi solent.*

28 *Decisoriæ litteræ dicuntur, quando princeps mandat Iudici, vt cõstito de probationibus in alia causa actitatis, ad expeditionem, & ad causæ decisionem omninò deueniat.*

29 *Attributiuæ litteræ sunt illæ, per quas Iurisdictio non habenti tribuitur.*

30 *Auocatoriæ litteræ sunt, per quas auocatur causa ab vno Iudice ad alium circa nullitatem, & ibi sententia Glorię reijcitur, & declaratur.*

31 *Conditionales dicuntur illæ, quando princeps mandat Iudici, vt supplicãtem ad petitum officium admittat, modo idoneum esse reperietur, cum similibus, aliaque exempla hic adferuntur.*

32 *Modales litteræ dicuntur, quãdo qualitas in litteris adiecta, ipsas litteras non suspendit, nec illas reddit minus conditionales, & quid de muliere iurante, & dolosa.*

33 *Prouisionales litteræ illæ dicuntur, quæ ante diffinitiuam emanant, prout in causis alimentorum, expensarum litis, & similibus.*

34 *Dispositiuæ litteræ illæ appellantur, quando princeps expresse, & præcisè, aliquid fieri iubet, absque vlla conditione, necessitatem imponens exequendi.*

35 Missi-

35 *Missiua litteræ dicuntur mandata, & omnes prouisiones Principis, vel Senatus, quæ Iudicibus, vel constitutis in dignitate sigillata emanant.*

36 *Patentes litteræ dicuntur, quæ aperta emanant, gratiarum, vel dispensationem continentes, & plura hic adferuntur.*

37 *Restitutoriæ litteræ tunc appellantur, quando quis constituitur ob lapsum temporis ad appellandum, cum similibus, & quid Senatus noster seruare soleat.*

38 *Rescissoriæ litteræ, seu releuamenti dicuntur, quãdo Princeps, vel Senatus mandat, vt non obstante renunciatione in contractu facta, Iudex cognoscat ex causa enormissimæ læsionis, & inter partes Instantiam faciat.*

39 *Litteræ eremodicij sunt, quãdo instantia, ob lapsum triennij restituitur, & prorogatur per Principem, & quid in similibus consueuerit Senatus noster.*

40 *Litteræ iustitij dicuntur illæ, per quas, ob aliquod Iudicis impedimentum iudicium, seu instantia suspenditur per aliquod tempus.*

41 *Litteræ Insufflatoriæ spiritus appellantur, quando per Principem, vel Senatum restauratur instantia causæ principalis iam elapsa, & quid de litteris prorogationis ibidem, & ibi declarãtur, N.C. de iud. §. Instantia &c.*

42 *Litteræ annales dicuntur illæ, quæ per Principem concedi solent debitoribus ad soluendum debitum propter cladem, vel iacturam fortunarum, & quando præiudicãt futuris creditoribus.*

43 *Litteræ quinquennales sunt illæ, quæ impetrantur, ad quinquennium, ne debitores supplicantes molestentur, modo, maior pars creditorum consentiat, & quomodo.*

44 *Litteræ perpetuæ dicuntur illæ, quæ ad ius publicum pertinent, & pro lege communi emanant, & alijs exemplis demonstratur.*

45 *Litteræ temporales dicuntur illæ, quæ ex causa priuata, emanant non animo condendi legem prout etiam in litteris restitutionis in integrum, quæ intra quadriennium competunt, alijs etiam modis declaratur.*

46 *Litteræ confirmatoriæ dicuntur illæ, per quas Princeps, vel Senatus contractum inualidum ex deffectu Iuris communis ex mera gratia confirmat, & supplet. Idem seruare solet Senatus noster, & quomodo.*

47 *Litteræ approbationis gratiarum sunt illæ per quas Senatus noster priuilegia a Rege nostro emanata, vel gratias Excellentissimorum Gubernatorum interinat, & approbat.*

48 *Litteræ arrogationis illæ appellantur, per quas Princeps, illum, qui est sui iuris, efficit in potestate arrogantis, has litteras consueuit Senatus noster emanare.*

49 *Litteræ adoptionis appellantur illæ, quando quis filius efficitur, qui non est, & quid in eis requiratur?*

50 *Litteræ appellationis, more Mediolani sunt illæ, quæ per Senatum nostrum concedi solent, in causis appellationũ ea lege, & conditione adiectis si causa est appellabilis.*

PRÆLVDIVM. VII.

Diuisio Prima.

CVm varia, ac diuersa rescriptorum genera reperiantur in iure, *vt inquit Imperator in rubr. C. de diuers. rescrip.* Eamobrẽ de eorum diuisione erit nunc pertractandum; ex diuisione enim quæstionum negotium fit clarius, resque dilucidè perspicitur, *vt in l. 1. ff. de dol. mali exceptione,* siquidem operis diuisio, animum legentis incitat, mentem præparat, memoriamque artificiosè reformat, sicut enim Psalmator noster rerum ordinẽ in orbis molitione composuit, *vt in Genesi, cap. 1.* cunctaque diuisit, Ità etiam inferiora omnia sub ordine gubernanda esse præcepit. *Apost. ad Corinth. 1. cap. 14.*

1 † Ideò ducentũ quinquaginta genera rescriptorũ hic describit Author, in quibus multa notabilia adferũtur, & quid in eis consueuerit Senatus noster Amplissimus, prout sigillatim in eis videre est adnotatur sic igitur in primis sciendum erit.

2 † Senatum nostrum Excellentissimum, litteras ad lites consueuisse iuxta iuris communis dispositionẽ emanare, *iux. per Specul. adnotata in rubr. de rescript. lib. 2.* & vbi, contra ius (fortè) aliquæ extorquerentur litteræ contentiosæ, per aduersantium importunitatem; tunc ad aliorum Supplicantium instantiam dare solet litteras Iudici, vt huiusmodi litteras contra Ius emanatas reducat ad Ius commune, vel de eis habeatur ratio, quę iuris fuerit, quod etiam eleganter, *not. Ruin. consil. 125. volum. 5. num. 5. Mandos. in rubr. num. 18. de rescript. Odd. de fideicommiss. quæst. 30. num. 74. par. 2. Mastrill. decis. 228. num. 4. & seq.* nec aliter dictum rescriptum esset seruandum. *Socin. iun. consil. 126. num. 15. volum. 3. Bertazol. consil. 478. num. 21. vol. 2.* nam regulariter huiusmodi litteræ emanant ad iuris communis obseruantiam, *vt per Dec. Felyn. Beroum, & alios, in rubr. de rescript. & per Glorit. ad cap. super litteris, num. 1. cir. med. eodem de rescript. Leonell. de subrept. rescript. quæst. 1. art. 1. colum. 1. circa med. Ruius sua prax. fori Ecclesiastici par. 2. resolut. 92. cir. med. Melian. in rubr. huius tit. n. 27. Moneta de commutat. vltim. volunt. cap. 8. numero 513.* Cum etiam præcipiat Imperator rescripta omnia contra ius elicita ab omnibus Iudicibus refutari debere, *vt in l. rescripta, C. de precibus imper. offerend. Dec. cons. 602. num. 17. & 603. num. 2. & 606. num. 5. & dicemus latius in rubr. 1. infra in tit. de rescriptis, & num. 12. cum seq. dicit .n. Sum. Põt. in cap. si quãdo de rescript.* patiẽter sustinebimus, si non feceris, quod fuerit nobis praua insinuatione suggestum, & ibi scribentes not. quinimo vbi Princeps rescriberet etiã ex certa scientia, attamen probari poterit contrarium, scilicet de obreptione, *vt per eundem Dec. dicto consil. 606. num. 5. in fi. per Bald. in l. fi. col. 1. C. sentent. rescind. non posse,* in huiusmodi enim litteris quæ scilicet ad lites emanant, & sine clausula nõ obstante, sineque causæ cognitione intentio ipsius Excelsi ordinis non est, aliquid rescribere, quod legibus & canonibus aduersetur. *Alberic. de Rosate, in 3. parte statu. quæst. 32. in fine. Author. consil. 313. Soc. iun. dicto consil. 126. num. 15. vol. 3. Dec. dicto consil. 603. num. 2. et d. consil. 606. ante num. 5. Io. Anton. Mangil. de imput. in legitimam, & Trebell. quæst. 110. num. 26. Gurba. decis. 47. num. 2. & 3.* sic igitur propria rescripti contẽtiosi natura est, quod fiat Iustitia in illa causa. *Iason. in l. fin. num. 28. & ibi Bart. num. 6. ff. de constitutione Principum Ripa dicta rubr. huius tit. circa principium. Dec. cõs. 209. num. 4. in fine,* & sic per ista rescripta non dantur Iudices, cum solum excitent Iudicis ordinarij iurisdictionẽ. *per tex. in cap. licet, & ibi Abb. Felin. Bero. & alij, de offi. Iudic. ordin. Ripa dicta rubr. in princ. de rescr.*

3 † Primo ergo, litteræ excitatoriæ iurisdictionis dicuntur illæ, quæ non augent, vel minuunt Iudicis ordinarij potestatem. *Iason. in l. Ius ciuile, num. 2. 5. & 6. & ibi Bald. colum. 1. & alij DD. ff. de inst. & iure D. Præses Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 16. num. 24. Marius Muta in pragm. sanctiss. Regni Ciciliæ, tit. 15. de diuers. rescrip. num. 20. tomo 1. Mastrill. decis. 292. num. 7. Plot. consil. 24. num. 38. Polidor. Ripa sing. obseruat. lib. 1. obseruat. 373. num. 3.*

Prout si Princeps, vel Senatus mandaret ordinario Iudici, vt supplicanti Iustitiam faciat, tunc diceretur excitata Iurisdictio, *Gail. pract. obseruat. lib. 2. obseru. 1. nume. 7. et obseru. 41. num. 6. eod. lib. Bart. in d. l. fin. numero 6. & ibi Iason, num. 28. ff. de const. Princip. & per DD. passim in d. l. Ius ciuile, ff. de iust. & iure. Natta consil. 279. nu. 20. Bero in cap. 1. num. 9. de offic. iud. deleg. Ragin. de appell. glos. 8. num. 10. circa med. §. 6. prout solet Senat. in dies emanare,* secus vero, si Princeps diceret, auctoritate nostra, vel vice nostra, tunc enim efficeretur delegatus, *Iason in dicta l. ius ciuile, num. 7. & ibi DD. ff. de iust. &*

Pure Felin. in dict. cap. licet num. 1. in fine & Ibi modern. vers. fallit. primo &c. de off. ordin., prout etiam si personæ priuatæ, certum genus causarum committeretur. Menoch. dicta præsumpt. 16. lib. 2. num. 28. 29. & 30. de præsumpt., Verum istæ litteræ excitatoriæ, etiam si essent per verba, quæ importarent nouam formam mādati, attamen non læderent, sed solum tribuerent formam processui, quæ tunc seruanda erit, vt per Bald. in l. sæpe audiui num. 1. in fine ff. de off. Præsid., per text. in cap. cum dilecta, de rescript. & per Innoc. in cap. fin. de præsumpt,

4 † Secundo, requisitoriæ litteræ, seu rogatoriæ, dicuntur subsidiales, quæ Iudici alterius territorij emanant, effectus vt fieri possit executio, vel quod transmittatur aliquod præceptum, vel citatio alicui supposito iurisdictioni suæ cū similibus. Rebuff. ad Constitutiones Gallicas. in tit. de litteris requisitorijs in præfatione. col. 1. Couarruuias cap. 10. pract. quæst. P. Gregor. cap. 37. num. fin. de rescriptis lib. 1. Oldrad. cons. 88. num. fin. circa fin. vers. non tamen nego. &c. per tex. in l. cum vnus §. pen. C. de requir. reis. Gaill. in tit. de pace publica cap. 17. nu. 35. volum. 2. Costa. de facti scientia & ignoran. dist. 72. num. 10. centur. 1. & suo tractatu de remed. subsid. remedio 16. num. 8. cum seq., vbi septem esse necessaria in similibus tradit; videas eum. Zanger. tract. de except. cap. 1. num. 64. par. 2. Bursat. cons. 74. vol. 1., & quando istæ litteræ non sint necessariæ. trad. Rugin. pract. quæst. cap. 32. & cap. 47. num. 55. Iustinianus autem in Nouell. 134. cap. 5. vers. si vero cognoscatur &c. vocat has litteras, Iudicum requisitorias. ἐπιστολὰς ... , Iubet enim Princeps, vt Iudex alterius Prouinciæ parere cogat Iudicatis in alia iurisdictione, vt in l. a diuo pio. §. 1. ibi (si hoc iussi fuerint) de re Iud. Galli autem has litteras vocant pareatis Gregor. Tholos. d. cap. 37. numer. 22. lib. 1. hoc tit. nostro Gail. vero d. tit. de pace. publ. cap. 17. num. 35. litteras mutui compassus appellitat, Costa etiam has litteras remissoriales vocat, alij etiam varijs nominibus vtuntur scribentes, & similes litteras solet etiam Senatus quandoq; emanare.

5 † Tertio, litteræ executoriæ sunt illæ, per quas sine aliqua iudiciali cognitione, nudum factum, seu ministerium per Principem delegatur, Goffred. in sua summa de rescriptis. num. 56. & Ibidem Card. Hostiens. numer. 19. vers. quam executionem &c. per text. in capit. vlt. de off. delegati, & iste dicitur merus executor, nec ab eo appellari potest, nisi fines mandati excedat, l. ab executione C. quorum appellat. nō recipiūtur l. ab executione ff. de appellat. recip. Rugin. de appellat. §. 2. cap. 3. n. 58. cum sequent. non enim ipsæ grauat, sed grauamen attribuitur illi, qui Iudicare iussit per tex. in cap. nouit vbi DD. de appellat., prout si Senatus mandaret Iudici, vt sententiam per eū latam executioni mitteret, tunc enim nullam adhiberet cognitionem, cum nec illam posset interpretari. P. Greg. d. tit. de rescriptis. cap. 24. num. 5. lib. 2. D. Sen. Bellon. suo tract. de potestate eorum etc. ca. 47. lib. 2. num. 4. circa med. vers. & Ideo &c. imo nec aliam exceptionem surreptionis admittere. Card. Host. loco citato, cum id, eo casu, ad Principem spectaret, Stephan. Gratian. disceptat. Forens. 411. num. 27. P. Grego. d. cap. 24. num. 5. Bellon. d. cap. 47. num. 4. circa fin. prout etiā in causis appellationū à sentētijs vtriusq; Magistratus, vel D. Capitanei Iustitiæ Mediolani, nā licet Senatus mādet Iudici, vt inhibeat parti, ne quicquā innouetur ipsa appellatione pendente (prout solet) attamen nullam habet in meritis cognitionem, cum sit merus executor, qui nullam habet causæ cognitionem per glos. in d. cap. nouit, in verbo ab executore &c. & sic talis in exequēdo, partes Iudicis nō assumit. l. si vt proponis l. de executore de re Iud. & in l. executorē. C. eod. Rebuff. ad Cōst. Gallic. de appellat. art. 4. glo. 2. n. 6. vers. 2. littera executoriæ &c. ibi & illi inhibeat &c. Castrens. cons. 194. n. 1. cir. fin. vol. 2. nā ad Senatum spectaret cognitio per tex. in l. ab execut. 4. de appell. huiusmodi. n. causæ appellationum, à Senatu Excell. sunt cognoscendæ. per N. C. in tit. de Senatorib. §. insuper cognoscat &c. Rugin. de appell. §. 5. glo. vna n. 9. in fi. fallit tn̄ in alijs causis, & sententijs ab inferioribus latis, in quibus dantur litteræ de forma, nam tunc talis Iudex poterit de subreptione cognoscere Menoch. de arbit. Iud. qu. 38. num. 5. Valenz. cons. 9. num. 1. cum seq. Rugin. de appell. §. 6. glo. 2. cap. 2. num. 11. & 12.

6 † Quarto, litteræ executiuę dr̄ illæ, qn̄ Princeps, vel Senatus mandat Iudici, vt ad meram, & formalem executionem deueniat, contra aliquem, qui Iudex seruare debet simpliciter formam mandati, vt eleganter tradit Bald. in cap. nouit. n. 3. de appell. per tex. in l. nemo. ff. de re Iud. imo talis Iudex non posset suspectus allegari, quia ipse non iudicauit imò vox sua non est sua, sed Domini sui, & sic ab eo non appellatur, vt. Idem Bald. not. d. cap. nouit. in princ. & n. 1. cū seq. nec ēt iste executor dicitur prouidere, quia factum alterius exequitur potius quam suum. per tex. in c. litteris, & ibi Bald. & moderni de rescriptis. Solet Senatus dare litteras D. Capitaneo, vt sententias Senatus omnino exequatur &c. Verum iste Iudex executionis, litteras debet incontinēti ostendere, alias non posset illas exequi, vt eleganter decet D. Bell. suo tract. de his quæ incōt. cap. 110. nu. 3. li. 2. per tex. in c. veniens. 2. de testibus & l. prohibitum. C. de iure fisci. cap. cum. in iure de off. deleg. & latius per Rebuff in tract. de litteris dilator. art. 3. glos. vnica num. 4. fallit hæc regula, quando esset mixtus executor, nam eo casu, licet litteræ essent executiuæ, attamen requiritur cognitio, vt per Afflict. decis. 361. num. 36. per tex. in l. & si nō cognitio. C. si cōtra Ius &c. Cambar. de clausul. in clausula si preces. &c. Bellon. qui supra d. lib. 2. cap. 47. nu. fin. in fine per Valenz. cons. 9. num. 1. cum seq. Senatus autem noster solet dare litteras de forma, vt contra supplicantis debitorem executio concedatur, par ei, quæ contra supplicantem, petente eius creditore, concederetur, verum & in istis requiritur causæ cognitio per Iudicem &c. vt per Menoch. de arbitr. Iud. quæst. 38. num. 3. lib. 1. cum nulla præcesserit cognitio per allegat. tex. in d. l. & si non cognitio. C. si contra Ius &c. & ibi DD. passim.

7 † Quinto, executoriales decernuntur, pro executione gratiæ, quæ intra annum expediuntur, Vinc. de Franc. decis. 62. num. 12. & 13. par. 1. idem per N. C. tit. de Senatorib. § cognoscit etiam Senatus &c. Campanil suo diu. Iuris canonic. rubr. 11. cap. 13. numer. 244. prout etiam quando exequuntur aliæ sententiæ, vt per Gail. pract. obseruat. lib. 1. obseruat. 113. num. 13. Bald. consil. 156. num. 2. vol. 5. Cassador. decis. 13. num. 4. de rescriptis, quę procedunt in gratijs ex causa delicti, quæ per Excellentiss. Gubernatorē nostrum conceduntur, cum intra annum præsentari debeāt pro interinatione. Frāc. Marc. qu. 41. part. 1. nu. 2.

8 † Sexto, litteræ generales sunt illæ, quæ omnes eiusdem qualitatis, facti species comprehendunt. per tex. in l præses. ff. de off. præsid. vel quæ communem omnium, vel plurium causam respiciunt. P. Gregor. in cap. 2. num. 1. de rescriptis lib. 1. Rugin. pract. quæst. capit. 29. num. 18. circa fin. Placita enim Principum, quædam generalia, & quędam spetialia appellantur, sicut, & Constitutiones aliæ generales, aliæ speciales, per text. in l. 1. §. fin. ff. de Constitut. Princip. P. Gregor. loco citato, prout etiam generales dicuntur, quando ad omnes diriguntur, vel clausulæ indefinitę apponuntur, vt per Hostiens. in rubr. huius tit. nostri §. quod continet Ius &c. et ibi Goffred. numer. 52. vide Ripam in capit. primo de rescriptis libr. secundo numer. 94. circa med. & nu. 90. vbi ponit causas ad cognoscend. num litterę sint generales, vel speciales; solet autem Senatus noster, quando quis esset creditor diuersarum personarum, & diuersi fori, pro eadem causa, dare litteras fauore creditoris, vt

possit

possit omnes eius creditores, coram vno Iudice conuenire, ne continentiæ causa diuidatur, cum hoc etiam sit de Iure communi ad tradit. *per Dec. in cap.1. n. 9. circa med. de rescrip. vers. si enim quis* impetrauit, & quando dicatur continentiæ causa, vide *Afflict. decis.354. nu.5. & 13.* illa potissimum erit, ratione connexionis. *P.Greg. in lib.1. de rescript. cap.37. n. 5.*

9 † Septimo, litteræ speciales, tunc dñr, qñ tm̃ vnicã causã & certas dumtaxat personas comprehendunt, *per tex. in l. in omnibus & ibi DD. ff. de reg. iur. Bald. in l. 2. ff. de legib. Ruginell. pract. quæs. d. cap.29. n. 18. circa fin.* dicuntur etiam speciales, quando inter certos diriguntur, & super expressis & certis rebus, sine clausula generali, secundum *Card. Hostiens. in d. summa de rescript. vers. quod continet &c. ibi Goffred. num. 53. per tex. in cap.1. & cap. pastoralis de rescriptis*, litteræ etiam speciales illæ dici possunt, quando ad particularem personam pertinent, regulariterq; emanant, prout quando Senatus noster concedit Supplicanti saluum conductũ ad mensem, pro debito priuato (prout solet) & tunc cum sit priuilegium speciale & personale, non egreditur personas non comprehensas. *Goffred. d. rubr. de rescrip. nu.53. & ibi Hosti. in d. §. quod continet &c. vers. quadam specialia per tex. in cap. Quoniam Abbas & cap. cum olim & ibi DD. de off. delegati.*

10 † Octauo, litteræ cõmunes dicuntur illæ, quæ emanãt à Principe, vel Senatu pro Constitutionum obseruãtia, vel pro earum interpretatione, cum eo in casu huiusmodi interpretatio habeat vim legis, quo ad omnes subditos, & de hac forma emanandi rescripta pConstitutionum obseruantia, tradit *Ripa in d. rubr. de rescript. n.2. & ibi DD. passim vbi Milian. n.4. & quod habeat vim legis trad. Crauet. consil.135. num.39. per Romã. cons. 260. circa principium Afflict. decis.190. num.7. & decis. 96. num.11. per tex. in l. vlt. C. de legib. Card. Tusc. suis concl. Iur. conclus.207. & 218. num. 7. de rescript. in littera R. Plot. cons.1. num.3. Molfes. ad consuet. Neapol. suo cons.18. num. 22.* maxime cum in his declaretur dubium Iuris, & sic facit Ius quo ad omnes subditos. *Sanchez, de matrim. lib.2. disput.31. n.6. circa med.* tum etiã cum sit pro iustitia emanatę. *Bimins cons. 337. num. 4. & cons. 343. num.20. & cons. 319. num. 13.* & diximus supra in Prælud. 4. num.41. & 43., prout Senatus noster, multa edidit decreta, pro N C. obseruantia, & interpretatione, quæ ad huius Prouinciæ vtilitatem emanant, *D. Menoch. tract. de præsump. lib.2. præsump.13. n. 7.*, ideo; huiusmodi decreta inter alia inserta, possunt pro exemplis allegari. *Dec. in d. rub. de rescript. num.7. in noua impressione, per Abb. in cap. afferte & ibi Canonista de præsumpt.* dicuntur etiam communes litteræ, quando extenduntur ad litis consortes, *Magon. in Rot. Lucens. decis.52. num.23. Crau. cons.45. num.2.*

11 † Nono, litteræ principales dicuntur illæ, quæ emanãt de Principis potestatis plenitudine *P. Gregor. in cap.54. lib.1. n.4. Bald. in rubr. huius tit. nostri in princi. vers. pa-paliter, &c.* similia .n. rescripta, Senatus noster emanare solet, cum eidem omnia ad Iustinam pertinentia per Principem sint concessa, *Boss. in tit. de Principe &c. num.87. cum seq. Oddus de fideicomm. par.1. quæst.30. n. 145. Griuell. decis.72. n. 18.* & diximus *in primo Præludio. n.6. & 7.*, quod intelligo in his potissimum, quæ iuris positiui sunt in ciuilib. causis. *Crauet. cons.266. n.1. & cons.119. num.2. in fine*, cum in illis rescribat etiam contra Ius. *Leonell. de subreptione rescriptorum quæ.17. art.5. col.1. & 2. & q.3. art.6.* & latius diximus in trac. de Senatoribus. in tit. transgreditur dispensando &c. Ideo hæc rescripta principalia celestia, ac diuina appellari posse, scripsit. *Padill. in l. sacrilegij n.2. C. de diuers. rescript. sacriq; etiam dicuntur affatus. P. Greg. in cap. 2. n.5. lib.1. de rescript. & cap.5. n.3. lib.2. eod. tit.*

12 † Decimo, litteræ delegatoriæ in genere dicuntur, quãdo alicui committitur causa à Principe, vel ab alio potestatem habente, vicem illius gerens, nihilq; propriũ habens, vt per *Alex. in rubr. ff. de off. eius. n.12. Alciat. in rubr. de officio ordin. n.6. Menoch. de arbitr. Iud. qu. 12. n.5. & 6. lib. 1. l.1. §. qui mandat. ff. de off. eius &c.* prout Senatus quandoq; emanat, dicuntur etiam litterę delegatoriæ, quando fuit electa industria personæ *Conrad. Laudens. suo templ. omn. ind. §.4. vers. ius positiuum tollit &c. num.14. Menoch. qui supra quæst.68. n. 53. & 54.* quando autem dicatur electa industria personæ not. idem *Menoch. d. quæst. 68. à num. 11. vsq; ad num.17.*, Idem dicendum esset, si rescriptum sit, quatenus Iudex authoritate sua cognoscat, *Menoch. d. qu. 12. num.4.* alijsq; modis demonstrantur per DD.

13 † Vndecimo, litterę dilatoriæ, seu induciales dicuntur illæ, quando Princeps, vel Senatus dilationem ad soluẽdum debitoribus concedit. *Conrad. Laudens. dicto suo templ. omn. Iud. §. 4. ca.1. lib.1. vers. debitoribus dilationes &c. n.8. Salicet. in l. vniuersa & ibi DD. passim C. de precib. Imp. off. & ibi Iason. n.1. Bellon. de potestate eorũ &c. lib.2. cap. 10. num. 7.* Verum quando debitum excederet summam lib.300. non solet Senatus cõcedere, nisi audito creditore, vbi ageretur de cõcessione trium, mensium, & tunc additur clausula, modo fideiubeat de soluendis damnis expensis, & interesse legitimis, termino 3. dierum *per tex. in l. vniuersa. C. de precib. Imp. offer. vbi Iason. Fulgos. Salicet. & alij*, & sic vsq; ad lib. 400. concedidilatio mensis prestita fideiussione. *Bello. d. cap. 10. n.6. li. 2. per ordines Senatus an.1616. dies 11. Aug. Vrsill. ad Afflict. decis. 288. n. 1. per d. l. vniuersa.*

14 † Excipiuntur, tamen nõnulli casus, in quibus Senatus noster non solet has litteras moratorias concedere, & primo in pensionibus domorum, vel aliorum fictorum simplicium, vt per *Vrsill. ad Afflict. d. decis.288. num.1. post med. per Boer. decis.296. Princeps. in 2. par. num.6. Menoch. qui supra cas.203. num.18. secundo in causis e̾sinum Bello. dict. cap.10. num.6.*

Tertio in causis alimentorum *per tex. in l. fin. C. de alimen. pupill. præstand. et ex decreto Senatus anni 1621. Rebuff. de litteris dilat. ann. art.1. glo.1.*

Quarto, in causis salariorum, vt *ex decreto Senatus diei 8. Marty eiusdem ann. 1621.*

Quinto, ĩ causis interusuriorũ pretij bonorũ immobiliũ venditorum *Rebuff. ad cons. Galliæ tit. de litteris dilatorijs glo.1. art.1. n.43. Menoch. d. casu.203. num. 25. in fine Vrsill. ad Afflict. loc. citat.*

Sexto, in litteris cambij, *Costa de port. rata quæst. 119. num. 9.*, fallit in modica dilatione, vt per *D. Bellon. cap.126. lib. 2. num. fin. de potestate eorum &c. per Scacc. de commerc. & camb. §.1. glo. 5.*

Septimo, in causis onerum, vt ex formula Cancellariæ, *in tit. de saluis conductibus ad annum*, optime cauetur per *Bellon. d. cap.10. num.6. lib. 2.*

Octauo, in causis depositi, per *Cost. d. quæst. 119. num.9. Vrsill. ad Afflict. d. decis. 288. n. 1. circa med.* Quibus adde, idem esse dicendum in debitis Cameræ fiscalis, & delicti, secundum *Vrsill. d. decis. 288. num. 1. post princ. & decis.5. n.2. idem* etiam in causis rerum ad victum pertinentium, vt vini, panis, piscium, cum similibus. *D. Bello. qui supra dict. cap. 10. num. 3. in fine Vrsill. d. decis.288. num. 1.* veluti etiam si agatur de sequestratione facienda, si actiones tempore perituræ sint, *per tex. in l. si longius. §. fin. ff. de Iud.* Itẽ si alio modo egeant necessaria acceleratione. *P. Greg. cap.52. li.1. de rescriptis. n.8.* vbi alia adducit &c. Verum & in istis omnib. solet Senatus breue tempus cõcedere, vt quis solutionẽ præparet, vt per *Menoch. qui supra. cas. 27. centur. 1. n. 1. cum seq. puta terminum concedit dierum. 15. vel 20. Bello. d. cap.10. num.6. lib.2.* & de his dicemus in fine huius tit., Idem dicitur, quando debita debentur Ecclesijs, & pijs locis, vt *per Rebuff. dict. tit. de litteris dilator. annal. art.1. glo.1. nu.32.* Idem procedit in debitis, quæ pupillis debentur, secundũ eundem *Rebuff. dict. tit. de*

litteris dilator. art. 1. glo. 1. num. 33. Vrsill. ad Afflict. dic. decis. 288. num. 1. post med. Idem procedit etiam indebitus, quæ pauperibus debentur, vt per Afflict. decis. 377. Princeps, Idem ius reffragatur in debitis ex causa laboris vel operis, vt per eundem Rebuff. d. tit. de litteris dilator. art. 1. glo. 1. n. 27.

Quæ litteræ dilatoriæ, habent locum, & sumunt vires à die datę, vt per Rebuff. loc. cit. nu. 48. per tex. in l. Sancimus. C. de diuers. rescr. & ibi DD. & in cap. eam te eod. tit. nostro, quod intellige in saluisconductibus, secus in litteris missiuis, cum à die præsentationis, tempus earũ incipiat. Felin. dicto c. eam te, numer. 39.

15 † Duodecimo, litterę contẽtiosæ dicuntur illæ, quę iustitiæ, & ad lites appellantur, & quę ad Iustitię administrationẽ emanant, pro lite, quę est vel esse speratur. Glorit. in cap. super litteris n. 1. circa med. & ibi DD. passim de rescript. l. præscrip. & ibi ponderant DD. omnes C. si contra ius &c. Menoch. de arbitr. Iud. cas. 201. nu. 1. P. Greg. cap. 2. num. 17. lib. 1. de rescript. Costa de facti scientia &c. distinct. 16. n. 2. 3. & 6. centur. 2. Milian. in rubr. huius tit. n. 14. Leonell. Bartholin. de subreptione &c. qu. 7. art. 1. & qu. 11. art. 6. P. Greg. cap. 37. nu. 1. circa med. lib. 1. hoc. tit. nostro similiaq; rescripta in dies à Senatu emanãt. Verum istæ litterę contentiosę, lz. sint subreptitiæ, tamen mero iure valent, si non opponatur, vt per Castrẽs. Bal. Fulgo. & alij in d. l. præscriptione C. si cõtra ius &c. & sic non dicuntur nullę ipso iure, licet surreptitiæ, sed exceptionis ope annullantur. Polid. Ripa singul. obseru. lib. 1. obseruat. 177. num. 6. Menoch. qui supra d. casu 201. num. 3. per Paris. cons. 51. n. 17. lib. 3. Franc. Viu. suis commun. 688. & Glorit. d. cap. super litteris num. 155. & istę litterę dirigi solent peritis in iure, vel constitutis in aliqua dignitate. vt per Rebuff. ad Const. Galliæ in præfat. tom. 2. de rescript. n. 62. Magon. in Rota Lucensi. deci. 9. num. 6., sed obserua, quod triplex est rescriptum, scilicet odiosum, gratiosum & medium; vt eleganter not. Bald. in d. rubr. huius tit. n. 14. & ibi Milian. d. n. 14. 16. & 17., ideo sequitur declaratio circa litteras gratiosas & mixtas, sed primo videamus de subrogatorijs.

16 † Decimotertio, subrogatoriæ litterę dicũtur illę, quã do Princeps, vel Senatus, alterum Senatorem, vel Iudicem inferiorem subrogat, loco alterius absentis, vel defuncti. P. Gregor. cap. 3. lib. 1. de rescript. n. 22. per Felin. in rubr. huius tit. num. 6. facit Rebuff. in concordat. in verbo successores. §. declarantes &c. Vant. de nullit. in tit. de nullit. ex deffectu Iurisd. ord. n. 135. per tex. in l. Iudex in fine ff. de Iud. Solet autem Senatus noster huiusmodi litteras emanare, quando Senator deputatus est absens, vel infirmus, vt ex formula Cãcellariæ in tit. de litteris subrogationis, Rota Rom. in tit. vt lite penden. in nouis, cum similib.

17 † Decimoquarto, litterę gratiosæ dicuntur illę, quæ meram Principis liberalitatem continent, beneficia elargientes. per tex. in l. etsi legibus, vbi Castrens. n. 1. & alij scribentes C. si contra Ius &c. Glorit. d. cap. super litteris num. 1. circa fin. Rebuff. sua prax. benefic. in tit. de diuisione rescriptorũ n. 2. Milian. in dict. rubr. huius tit. nu. 16. tex. in cap. gratia eod. tit. lib. 6. cap. si gratiose de rescriptis Mandos. de signat. gratia in princip. Staph. de litteris gratia cap. 1. Gomez. de grat. expectatiu. sparsim. prout etiam quando Princeps condonat alicui pœnam debitam pro delicto, l. 1. cum seq. ff. ad Senatus consult. turp., velẽt, quod dispensationem continet Card. Hostiẽs. in sũma huius tit. §. qd̃ gratiã spetialẽ &c. rescripta .n. gratiæ sunt remissiones, gratiæ, indulgentiæ, & dispẽsationes, de quib. in d. tit. ff. ad Senatus cõs. Turpil. & in rubr. Cod. de abolit. crimin. Rebuff. in d. præfatione tom. 2. num. 114., sic igitur hoc rescriptum gratiosum, per subreptionẽ efficitur ipso iure nullum, vt omnes interpretes vno ore fatentur * in cap. ad audien. 2. hoc tit. nostro & ibi Inoc. Imol. & Felin. numero 22. vbi alios refert authores, & ante cum Socin. consil. 13. column. 3. volum. 1. & consil. 164. in princip. volumn. 2. Socin. iun. consil. 77. num. 83. & seq. volum. primo Cranet. consil. 68. numer. 2. Menoch. qui supra dicto casu. 201. numer. 2. & est communis opinio * per Diaz. regul. 445. Francisc. Viu. suis communibus. 688. colum. 4. limita, vt per Felin. in dicto capit. ad audien. column. 13. & sequent. Glorit. qui supra. numer. 156. ratio autem est, quia rescriptum gratiosum surreptitium fallit, ac decipit conscientiam Principis rescribentis, vt inquit, Bald. in l. fin. C. senten. rescind. non posse, nam causa finalis Principis in concedendis rescriptis gratiosis, fundatur super expressis, & narratis in precibus, vt per Castrens. in l. & si legibus, & ibi Bart. Bald. Salicet. & DD. C. si cõtra Ius &c., Ideo si preces non sint veræ, non mirum si efficiantur nullæ ipso iure litterę super eis emanatę; causa enim finali existente falsa, corruit omne fundamentum, vt per Bart. & Bald. in l. falsa demonstratio. ff. de condit. & demonstr. & ibi DD. & hoc maxime, cum hoc rescriptum gratiosum, aliquando contineat priuilegium, aliquando beneficium, aliquando dispensationem, vt per Glorit. dict. capit. super litteris numer. 2. per totum, similia quandoq; etiam Senatus emanare solet prout sunt dispensationes &c.

18 † Decimoquinto, litteræ mixtę dicuntur ille, quæ ex vtrisq; conficiuntur, partim iustitiam, partim gratiam continentes. Milian. in dict. rubr. huius tit. numer. 17. Bald. ibi n. 14. Rebuff. in dicta præfatione numer. 114. Mandos. super regul. Cancellar. x. de reualidat. litterarum quæst. 3. Bartholin. de subreptione rescriptorum quæ. 7. artic. 1. column. 2. circa medium D. Moneta de commutat. vlt. volunt. cap. 6. num. 121. cum sequen. & diximus in 1. rubr. huius tit. nu. 43. cum sequentib. 2. parte, ac etiam de istis rescriptis mixtis explicabimus in suo proprio titulo, nam nullum est ferè rescriptum, quod vix aliquid istius commixtionis non habeat P. Gregor. in capit. 38. numer. x. lib. primo de rescript. vide etiam Rebuff. in sua prax. benefic. in tit. de rescript. mixtis &c. solet etiam Senatus emanare litteras summarij iuris, quæ mixtæ appellantur, prout in suo proprio titulo diximus in prima parte in fine.

19 † Decimosexto, Rehabilitationis litterę dicuntur ille, quando Princeps aliquem ab offitio priuatum, illum admittit, & rehabilitat ad tale offitium exercendum Iason. in l. 1. ff. de Iust. & iure. Rebuff. dict. prax. benefic. in tit. de rescript. rehabilitat. mix. numer. 7. per tex. in cap. 2. & capit. sicut ne cleric. vel Monach. Idem dicitur si quis homicidium committeret, nam eo casu efficeretur Inhabilis ad offitia exercenda, & sic requireretur rehabilitatio, prout Excellentissimus Gubernator noster in gratijs delictorum, apponere solet clausulam, scilicet illumque ad pristinos honores, & ad famam restituimus. Rebuff. qui supra in tit. de rescriptis rehabilit. mixt. num. 2. cum sequent. per tex. in l. si quis pro eo in fine. ff. de fideiussor. in d. l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. per Rebuff. ibi, Senatus autem noster, quando quis esset bannitus arbitrio ipsius Senatus, hunc exilium arbitrarium tollere solet, lapsis aliquibus mensibus, modo adsit remissio partis, prout ex formula Cancellarię facit Clar. sua prax. crimin. §. fin. quæst. 58. circa fin. & per Boss. in tit. de remedijs ex sola. Clem. Princip. num. 47. cum sequ.

20 † Decimoseptimo, litterę nobilitatis appellantur illę, quando Princeps, vel Senatus, per eas nobilem quem facit & constituit, cum ipsę sit nobilitatis fons, riuuli enim nobilitatis à Principe oriri dicuntur, per tex. in l. 1. & ibi Bart. & scribentes C. de dignitat. lib. 12. Io. Rainoldus in suo tract. nobilitat. quæst. 4. Tiraquell. cap. 6. eodem titul., Senatus noster emanare solet litteras de forma, effectus, vt quis nobilitatem non ammittat ex eo, quod aliquam artem exercuerit, quin ad gradus, honores,

nores,

nores,& dignitates, & offitia possit admitti, vt ex ritibus Cancellarię &c. *P. Gregor. capit. vigesimonono numer. nono libr. 1. de rescriptis.*

21 † Decimoctauo, legitimationis litterę, illę appellantur, quæ ad primeua naturæ iura reducunt, ac omnem illegitimationis maculam abstergunt, *per text. in capit. per venerabilem qui filij sint legitim, & glos. in capit. primo distinct. decima P. Gregor. in capit. 28. lib. 1. numer. 11. de rescriptis. Rebuff. in sua prax. benefit. in tit. de rescripto legitimationis mixto numer. 2.*, cum etiam per legitimationem quis admittatur, quo ad omnes honores,& offitia. *P. Gregor. dict. capit. 28. num. final. circa fin. per text. in l. generaliter §. Spurius. ff. de decurionib. l. honor. §. de honorib. ff. de munerib. & honorib.* Verum Com. Palatini ab Imperatore auctoritatem habentes, per eorum priuilegia solent hos spurios legitimare,& ad primeua naturæ iura reducere, modo confirmationem, & approbationem priuilegij obtineant à Senatu nostro intra annum, *vt per Boss. in tit. de Principe, & priuileg. eius numer. 184.*, *idem not. Clar. sua prax. crimin. §. vltim. quæst. 59. num. 9. cum sequent. Menoch. consil. 905. numer. 8. lib. 10. Thesaur. decis. 21. numer. primo.* Vnde Senatus noster solet dare litteras patentes cuicunq; Comiti Palatino, vt legitimare, & omnem illegitimi coitus maculam abstergere possit, prout latius *ex for. ritus Cancellariæ Senatus*, quæ priuilegia si intra annum Senatui non præsentantur, vel si præsentata, Senatus non approbasset, vel confirmasset, nulla & irrita remanerent per *N. C. in tit. de Senatoribus §. cognoscet etiam Senatus &c.* Quinimo si huiusmodi Comites Palatini in hoc Dominio Mediol., absque licentia Locumtenentis, vel Senatus nostri, ipsis priuilegijs vterentur, vltra pœnam nullitatis, inciderent etiam in aliam pœnam aureorum quinque centum Regio Fisco applicandorũ. *ex præscripto Nouarum Constitutionum in tit. de legitimationibus capit. 1. Costa de facti scientia, & ignorant. distinct. 17. numer. 19. centur. 1, & in distinct. 19. numer. 5. centur. 2. idem not. Apostill. ad Stat. Mediolani cap. 456. numer. 118. in fine volum. 1. Intrigl. de substit. centur. 2. quæst. 65. num. 78. Curt. Sen. consil. 73. numero 5. Ruminald. Iun. consil. 215. numero 27. Alex. consil. 87. numero secundo & tertio lib. 3. Alciat. consil. 41. num. 12. lib. 5.*, & latius per nos in tract. de Senator. tit. de legitimandi facultate Com. Palatino concessa &c. in 4. parte.

22 † Decimonono, litteræ perinde valere, dicuntur illæ, quando actus à principio fuit nulliter celebratus, Princepsque aditus, iterum litteras emanat, vt perinde valeant, non secus, ac si à principio legitimè, ac validè emanassent, vel etiam si rescriptum esset ex surreptione, vel alio casu (forte) Inualidum. *per Bart. & alios in l. si is qui pro emptore ff. de vsucap. Rebuff. eleganter not. sua prax. benefit. in tit. de rescripto perinde valere libr. secundo numero primo cum sequent.* prout etiam si Instrumentum aliquod esset nullum ex deffectu alicuius sollennitatis omissæ, tunc Princeps, vel Senatus poterit illud instrumentum confirmare, ac si cum debitis solennitatibus actum fuisset, vt per eundem *Rebuff. in dicto titul. de rescripto perinde valere numero 33. per Castrens. consil. 178. Donato in principio volumn. column. 1.* Senatus autem, solet Instrumenta nulla ex deffectu alicuius solemnitatis, vel decreti omissi, per aliquam vniuersitatem facti, confirmare, & approbare, modo duę partes ex tribus ipsius Vniuersitatis consenserint, vel denuo consentiant, prout ex formula ritus Cancellarię, quod cum sit de iure positiuo, Senatus dispensare consueuit, *vt per Crauet. consil. 119. numero secundo, & consil. 144. numreo 18.*, maxime accedente consensu maioris partis *per Mascard. de probat. concl. 1387. numero 7. Barbosa de clausulis. clausula 56. numero 4. Aloys. Ricc. in collectan. decis. part. 4. collect. 1471 effectu secundo.* Verum differt hoc rescriptum perinde valere, a confirmatione, vel approbatione, nam approbatio valet solum, vt ex nunc, hoc est à die approbationis in antea, non vt ex tunc, scilicet à die initi contractus, Rescriptum autem perinde valere respicit retro, & valet à die primæ gratiæ,& retrotrahitur à die rescripti surreptitij, *vt per Rebuff. qui supra dict. tit. de rescripto perinde valere numer. 4. & numer. 32. per tex. in l. obseruare in fine ff. de offitio Proconsul. Barbosa de clausul. dicta clausula 56. numer. 3.*, conceditur autem hoc rescriptum perinde valere, antequam sit alteri ius quæsitum. *iuxta l. adoptio non iure facta. ff. de adopt. l. 2. in fine. ff. de reb. eorum*, si enim esset in præiuditium alterius iuris quæsiti in re, vel ad rem, non valeret huiusmodi concessio. *Menoch. consil. 316. volum. 4. numer. 3. & num. 15. in fine Gemin. consil. 11. & consil. 128. & 138. Rebuff. loco citato num. 31. & 34. Marta de clausul. claus. 225. numer. 1. P. Azor. in Institut. Moral. par. 1. lib. 7. capit. 31. quæst. 1. versic. porro &c.* Senatus enim in similibus litteris approbationis addere solet, quod scilicet alienatio vim non obtineat, nisi à die datæ huius nostrę approbationis, vt ex formula, &c. idem est de iure communi *Panor. in capit. 3. numer. 5. de his quæ fiunt à prælatis &c. per tex. in dict. l. obseruare in fine ff. de off. pro consul. Socin. consil. 226. Quæstio &c. volum. 2. colum. 3. Rebuff. qui supra dict. num. 32. cum sequen. & num. 60.*

23 † Vigesimo, litteræ naturalitatis dicuntur, quando Princeps concedit extero, vt offitia, dignitates, & alia, in eius dominio acquirere, succedere, & consequi possit. *Rebuff. ad constit. Gallicas in tit. de litteris naturalitatis glos. 1. num. 1. cum sequent. & glos. 2. numer. 8. per tex. Gallic incipiens; lettres de naturalite, pour tenir benefices, & offices en nostre dit Reyaume.* Senatus autem noster, solet, quoad acquisitionem bonorum immobilium dispensare, vt exterus, seu forensis à subdito nostro immobilia acquirere possit, in hoc Dominio, modo obligetur emptor, vt ille exterus in dominium veniat habitatum, vna cum tota familia, aut maiore ex parte, quod si non fecerit, aut post habitare desierit, bona ipsa censeri ipso facto & iure applicata &c. ac etiam cum clausula,& bonis cum onere suo transeuntibus, & sine tertij præiuditio, ac fori declinatoria, *vt ex ritibus Cancellariæ &c.* quod not. *Apostillat. ad Statut. Mediol. cap. 489. volum. 1. numer. 4. in fine, vers. & cum benefitio litterarum &c.* Verum hæ dispensationes intra decem dies apud Quæstores extraordinarios registrari debent, alias nullius essent momenti, *per N. C. in tit. de pœnis cap. Collegijs &c. circa fin. §. si contingat &c.* non subditus autem, quo ad successionem succedere non potest ab intestato, alicui subdito huius dominij, vt in dicto *capit. Collegijs in fine*, quod etiam est de iure communi, *vt per Costam, consil. decimonono numer. 40. cum sequent. Plot. consil. decimonono, numero 51. & 71. & 98. Rimin. iun. consil. 551. numero 47. cum sequent. volumn. quinto Clar. sua prax. §. fin. quæstion. 82. numero nono Horat. Carpan. affluentissime ad hoc capit. Collegijs &c.* quem videas &c.

24 † Vigesimoprimo, litteræ reales dicuntur illæ, quæ obtinentur super actione mere reali, ipsi Supplicanti, & eius hæredibus competente; non autem si tantum personæ fuissent concessæ. *Speculator. in titul. de rescripti præsentatione §. ratione etiam eius contra quem impetratur, &c. vers. si super actione reali &c. libr. secundo Abb. in capit. significauit, & ibi Felin. Bald. Bero. & alij de rescript. Socin. Sen. cons. 59. numero secundo, & consil. 116. numero 20. lib. 1. Menoch. de præsump. lib. tertio præsumptione 103. numero 45. Leonell. Bartholin. de subreptione rescriptorum quæst. 3 art. 9. per totum.*

torum, & præsertim in col. 2, & sic quando sunt reales, ad hęredes & successores omnes trãseunt, si vero essent personales, tunc non transirent, per tex. in l. 1. §. personis ff. de Iure immunit. Menoch. qui supra dict. n. 45., reales etiam litterę dicerẽtur, si fuissent concessæ vniuersitati, cum vniuersitas sit persona mixta & transirent ad successores in illa vniuersitate. Leonell. qui supra dicta qu. 3. art. 9. col. 2. cir. med. Menoch. d. præsumpt. 103. n. 43. & num. 24. amplia quod etiam in muneribus, reale est omne, quod sequitur fundum, vt per Bald. in cap. P. & G. num. 1. de off. delegati. Menoch. qui supra num. 26. d. præsumpt. 103., Idem dicitur si rescriptum esset concessum sub nomine dignitatis, tunc etiam reale diceretur, quia transiret ad successorem Iudicem, vt per Intrigl. in deci. Regni. Cicilia. 47. n. 16. Leonel. qui supra d. quæst. 3. art. 9. col. 2. per tex. in cap. quoniam Abb. & ibi Panor. Felin. Bald. Bero. & alij. de off. delegati, cap. pastoralis de decimis, facit D. Menoch. qui supra nu. 20. nam Iurisdictiones delegatæ, dicuntur personales, ordinariæ vero dicuntur reales. Bald. in cap. vno delegatorum, n. fin. in fine, de off. delegati, quandoq; etiam dicitur electa industria personæ, ex magnitudine ministerij, & tũc sunt personales. Bald. in c. quoniam Apostolica nu. 7. de off. delegati per Innocen. Ibi, quos videas, & Menoch. de arbitr. Iud. quæst. 68. & licet rescriptum esset Impetratum contra dignitatem, re integra (slz. quod non fuerit ceptum procedi) transiret ad hęredem. Bernard. & Bald. in cap. significauit num. 8. de rescrip., Senatus solet concedere, quando pendet Iuditium à defuncto institutum, vt Iudex procedat in causa vocatis hæredibus defuncti bonorum, quæ in controuersia sunt, omnia vni co processu, & sententia terminanda, prout ex ritibus Cancellaria &c.

25 † Vigesimosecundo, litterę personales dñr illę, quę p̃sonam concernunt, non autem rem, & quando extitit causa proxima & mediata ipsius concessionis. Menoc. præsumpt. 103. num. 1. & 12. li. 2. nam si re integra, moritur is, contra quem fuerunt imperratæ, tunc expirant, & successor ex illis conueniri nõ poterit, Speculator dic. tit. de rescript. præsentat. dict. §. ratione etiam eius contra quem &c. lib. 2. per tex. in d. cap. significauit, hoc tit. & ibi P. Greg. nu. 3. Abb. n. 4. circa fin. & Bald. eod. num., quid autem sit causa proxima, & remota, videas Menoch. d. præsumpt. 103. à n. 1. vsq; ad n. 12. Regulariter autem rescriptum non transit ad hæredes passiuè, quãdo ex parte rei est personale, nisi iam reus fuisset citatus, vt voluit idem Bald. in dict. cap. significauit nu. 5. de rescript. & licet hæres dicatur eadem persona cum defuncto, attamen hoc casu dicitur iuris fictione, & non vere, & proprie, nam per rescriptum, etiam spetiale, hæres non potest conueniri re integra, cum rescripta fictionem non recipiant. Abb. & Bald. d. cap. significauit n. 7. circa fin. vers. præterea heres &c. hoc tit., slz. si nõ fuit conuentus principalis antequam moritur, nam eo casu, cum sit per sonę concessum, non transit ad hęredes & successores, imo corruit, cum non fixerit radices in eã personam conueniendi. Leonell. d. q. 3. art. 9. Menoch. d. præsump. 103. num. 6. per Abb. Bald. Felin. & alios in dec. cap. significauit hoc tit., Secus vero esset dicendum, si ipsę conueniendus obijsset re nõ integra, hoc est quod fuisset citatus, antequã moreretur, nam tunc absq; dubio transiret ad successorem, & poterit illę successor conueniri, slz. quod fuisset impetratum contra prędecessorem mortuũ., vt per Specul. d. lib. 2. de rescript. præsentatione §. ratione etiã eius contra quem impetratur &c. per tex. & Abb. in d. cap. significauit, de rescript. num. 4. circa fin., Amplia p. quod etiam successor vniuersalis, poterit conueniri illo re integra mortuo, per rescriptũ cõtra prædecessorem obtentum. Specul. dict. loco citato, vers. Item successor vniuersalis &c quod intelligo, quãdo ille prędecessor erat in rerum natura, a tempore dati rescripti per Abb. dict. cap. significauit num. 6. circa fin.

Amplia secundo idem esse si in vitio reali successor istę succederet, vel in vitio iuditiali, nam etiam tunc posset conueniri. Bald. in cap. quia num. 2. circa med. de Iudic. amplia tertio idem esse dicendum, si emanasset secunda iussio, prout in dic. cap. quia. de Iudic. Abb. dict. cap. significauit, n. 6. in fine, sic igitur solet Senatus eligere industriam personę, vt per Menoch. d. præsumpt. 103. n. 10. & emanare litteras, vt defuncto datore bonorum de quib. agitur, eius hęredem posse conueniri in ipsa causa vt supra ostensum est in n. superiori. Nã priuilegiũ personale non extenditur ad personam in eo non comprænensam. Dec. cons. 604. nu. 10. nec potest cedi. Abb. in cap. quia nonnulli. num. 3. de rescriptis.

26 † Vigesimotertio, litterę ordinatorię, siue formales, dicuntur illæ, per quas datur substantialis ordo procedẽdi in causis. Bald. in d. rubr. huius tit. circa princ. nu. 1. per text. in capitul. cum dilecta, & ibi Bald. Tholos. Bero, & alij de rescriptis, & tunc illa forma non seruata, actus efficitur ipso Iure nullus. Vant. de nullit. in tit. quot, & quibus modis nullit. in Iud. propon. possit num. 52. per tex. in l. cum hi. §. prætor. ff. de transact. prout si præfigeretur forma in materia probationum, vt per Marantam suo speculo de ordine Iuditiorum. par. 4. distinct. 1. ante numerum 76. nec ordinem apponit Princeps, vel Senatus, nisi cum magna ratione, & ministerio, Felin. dict. cap. cum dilec. vers. hoc modo intellige &c. nu. 6. de rescript. Bald. in l. prolatam in 3. col. C. de sent. & Interloc. omn. Iud. Vant. in tit. de nullit. ex deffectu processus, ac sollennit. nu. 54. Dec. cons. 10. col. 1. Crau. cons. 182. col. 3. prout quando Senatus concedit litteras, vt procedatur summarie in causa, tunc abbreuiantur dilationes in procedendo, & probando, vt per Barbosã de clausulis. clausa. 103. nu. 4. Maranta qui supra distinct. 8. nu. 21. cum seq., & quia exprimitur aliter, quam à iure communi requiritur in procedendo, ideo inducitur forma. Aretin. in l. 1. ff. deliber. & posth. Gallerat. de renunciat. tom. 2. renun. 20. nu. 13. circa med. Verum oritur ratio dubitandi, nam ordo, siue forma, est duplex. scilicet substãtialis, & nõ substantialis, vt per Gallarat. d. renun. 20. nu. 15., sed ista dicitur forma specifica, cum sit idem modus procedendi, sed summarius, vt per Leonell. qui supra quæst. 17. art. 5., & ideo ista verba summariæ, & de plano &c. non sunt de forma necessitatis substantialis, sed de potestate arbitrij. Bald. in dicto cap. cum dilecta. nu. 8. de rescript. per Innocen. ibi & scribentes, sed quia materia ista dicitur Brocardica, vt per ☞ Bald. in eodem cap. cum dilecta, loc. citato, & per Felin. ibi num. 4. vers. Ordo scripturæ &c. videamus quid alij sentiant Doctores; Barbosa n. de clausulis. dicta clausula 103. num. 4. & Marta. clausula. 160. num. 5. eod. tit. inquiunt, per has clausulas summarias &c. ordinem iuditiarium, esse sublatum, per Mastrill. decis. 247. num. 15. Hinc est quod si partes in causis summarijs, etiam per rescriptũ Principis, elegissent viam ordinariam, in procedendo in illa causa, attamẽ processus valeret. Maranta qui supra. par. 4. distinct. 9. num. 87. 88. cum seq. vsque ad nu. 95. per tex. expeditum in Clemen. sæpe. §. fin. de verb. signifi., quia res reuertitur ad naturam suam, vt notatur in d. §. fin. Mastrill. decis. 125. num. 13. & decis. 196. num. 20. Verum de ordinaria non poterit fieri summaria de consensu partium; Maranta qui supra loc. citatis. Gallar. d. renun. 20. num. 19. tom. 2. Mastrill. decis. 125. nu. 12. & 196. num. 19. cum etiam in forma substantiali præposteratio vitiet. Bellon. de his quæ incontinenti &c. cap. 65. num. 2. circa med. lib. 2. vbi actus in continenti sequutus sit. idem Bellon. cap. 188. lib. 1. num. 4. cum ordo Iuditiorum duplex sit, vnus de substantia, alter vero de Iustitia. Vant. de nullitat. ex deffectu processus &c. num. 15., vbi nu. 9. inquit substantiale illud dici, sine quo aliquid esse non potest; Bene verum est quod causa semel si efficitur summaria, semper durat summaria, etiam per litteras Principis, vt per Vant. loc. cit.

nit. num. 58. per Cassador. decis. 8. de rescript. & Aegid. concl. 41. si papa &c., concluditur ergo, quod hęc forma specialis summaria in litteris tradita non substantialis dicitur, sed accidentalis, quia consensu partium ommitti potest, cum possit adesse, & abesse præter subiecti corruptionem. Glorit. ad cap. super litteris nu. 70. & 71. per Berouum ibi, & scribentes, Gallarat. de renunt. tom. 2. d. renun. 20. num. 4. Senatus quandoq; addere solet clausulam in his litteris, scilicet constito de supplicantis credito &c. tūc enim formam inducit hęc clausula per Barbosam de clausulis. clausula 18. constito. num. 1. in fine, Iudexq; tenetur assumere partes Iudicis, vt ibi num. 2. in fine, hęc enim clausula requirit veras, & concludentes probationes, Farinac. in Rot. Romana decis. 532. par. 2. com. 1. num. 1. Barbosa dicto num. 2. Marchesan. de commissionib. par. 1. pag. 277. num. 4. nec sufficit alterum verificari. Seraphin. decis. 637. nu. 4. Barbos. loco cit. num. fin. intellige prout diximus in pręludio 14. par. 1.

27 † Vigesimoquarto, litteræ summariæ, tunc dicuntur, quando mandatur Iudici, vt breuiter, & summariè in causa procedat, ex quibus breuiores dilationes concędi solent, per tex. in Clemen. dispendiosam de Iudit. & in d. Clemen. sæpe de uerbor. sign. Rodolphin. post tract. de absolut. Principis potestate. lib. 2. quæst. 30. num. 7. & 19. Barbos. d. clausula 103. numer. 7. Vide Martam. clausula 148. par. 1. & claus. 160. vbi plenè, & quando processus est summatius in prima instantia, sic etiā erit in secunda, & tertia instantia Vant. de null. ex defectu processus num. 58. Mynsinger. singul. obseruat. centur. 3. obseru. 70. num. 1. & seq. Osasc. decis. 1. num. 19. in fin. nec istę litteræ tollunt substantialia Iuditij, nec eorum cognitionem, sed solum, vt procedi possit per dilationes. Bart. in extrauagan. ad reprimendum in glos. summaria &c. Alex. cons. 84. vol. 1. num. 7. & cons. 96. col. 13. vol. 4. Cardin. Tusc. conclus. Iur. concl. 211. num. 41. in littera R. de rescriptis, Solet autem Senatus noster dare litteras de forma, quæ litteræ Iuris summarij dicuntur, prout ponitur in precibus decretum, videlicet dentur litteræ iuris, & tunc veniunt omnes alię clausulę videlicet de plano, simpliciter &c., vt elegāter not. Alex. dict. cons. 84. num. 7. vol. 1. & in l. Gallus §. idem credendum num. 12. & ibi Iason. ff. de liber. & posthum. Onded. cons. 94. vol. 1. & in hoc casu istę litterę summarię, vna cum precibus annexis, poterunt deseruire loco libell. Alex. cons. 201. lib. 2. num. 1. Osasc. decis. 1. num. 4. Dec. cons. 483. colum. 2. num. 7. Vant. dict. tit. de nullitate ex defectu processus &c. num. 21. Maria de claus. d. clausula 160. num. 1. Cabedo. decis. Lusitan. 72. par. 1. nu. 2. Barbosa dict. clausula 103. num. 5. cum numeris sequen. vbi plura adducit, & latius per nos, in suo proprio titulo de litteris summarijs. §. 1. par. 2. huius nostri tit.

28 † Vigesimoquinto, litterę decisorię, seu ad litis decisionem dicuntur illę, quando Princeps mandat Iudici, vt constito de probationibus in alia causa legitime actitatis, ad decisionem, & expeditionem causę omnino deueniat, argumento quod trad. Bald. in cap. Causamque 2. de testibus num. 1. & 5. & ibi Abb. Felin. Innocen. & alij, vbi quod acta facta coram primis Iudicibus, & receptis testibus illi sint mortui, vel absentes, & denuo committitur causa alijs iudicibus, tunc attestationes receptę coram primis, valent coram secundis, cum non pereant, perempta instantia, & Ideo dicūtur pertinere ad litis decisionem, Bald. dic. cap. causāq; num. 5. & ibi Felin. nu. 1. cum sequen. de testibus vbi ponit quatuor regulas cum suis fallentijs &c. Maranta. qui supra par. 5. sectione 1. numer. 55. vbi dicit procedere quando fuerunt publicata, vt ibi numer. 56. per tex. in l. gesta. C. de re Iud. Ideo in similibus solet Senatus dare litteras Iudici, vt reasumptis antea legitime agitatis in causa procedat allegato instantiæ lapsu non atteto, habita ea impensarum ratione, quæ de iure &c.

Bertll. de Regis Cath. præstantia cap. 62. num. 87. 89. cum sequen. Capyc. decis. 165. Gram. decis. 69. num. 4. & decis. 91. & latius per nos infra num. 40.

29 † Vigesimo sexto, litteræ attributiuæ sunt illę, per quas attribuitur iurisdictio nō habēti, vt per Rebuff. ad Constit. Galliæ Tom. 2. in præfatione num. 69. in fine. de rescript. Idem Rebuff. in tit. de recusat. in ordin. Reg. art. 4. glos. 1. num. 1. Verum cum istæ litteræ sint odiosæ, & fiat iniuria primo Iudici, per tex. in l. litigatores. ff. de arbitris Dec. cons. 460. nu. 14. Menoch. præsumpt. 97. lib. 3. num. 9. Glorit. ad cap. super litteris nu. 89. de rescript. Ideo non intendit Princeps præiudicare primo Iudici, nisi expresse hoc in litteris exprimat. Glos. & DD. in cap. primo de rescript. in sext. Curt. Iun. in l. Imperium nu. 42. ff. de Iurisd. omn. Iud. Eam obrem si litteræ non essent meræ delegatoriæ, solet Senatus Iterum emanare litteras eidem Iudici, mādantes, quod vbi iurisdictio ad eum non spectet alio iure, quam virtute dictatum literarum, causam & partes remittat ad Iudicem competentem, vt ex ritibus Cancellaria &c. Senatus enim regulariter per eius litteras nō cēsetur dare iurisdictionem, vt quis extra forum suum ad litigandū trahatur, nisi in specie id expressim sit, quæ tamen non conceduntur, nisi ex Iusta causa, & parte vocata, ☞ vt p ordines Senatus anni 1580. diei 15. Ianuarij §. nec etiam censentur &c. idem disponitur in his Constitutionibus de rescript. §. rescripta contra debitores &c. Oldrad. cons. 257. num. 38. in fine, de quibus latius per nos in §. 3. p. 2.

30 † Vigesimo septimo, litteræ auocatoriæ sunt illæ, per quas auocatur causa ab vno Iudice ad aliū P. Grego. Tholos. in cap. 52. num. 9. & cap. 37. num. 6. lib. primo de rescript. Couaruuias. pract. quæst. cap. 9. & quæ requirant vide. Vestr. sua prax. cap. 9. lib. 3. Cassador. decis. 1. de rescriptis, & quando Princeps vel Senatus haberet notitiam litis pendentis coram alio Iudice, in pręcibusq; esset hoc expressum, literæ, hoc casu haberent vim auocationis, quatenus opus esset. Felin. in cap. super litteris num. 12. de rescript. Costa. de facti scientia, & ignoran. distinct. 40. prima num. 20. centur. 2. per Rotam decis. 3. de appellat. in nouis, amplia hoc idem dicēdum, si euocatio fuisset ad Curiam deuoluta, vt per Vestr. cap. 9. lib. 3. num. 16. & 17. in sua praxi. Rom. Curiæ Felin. in dicto cap. super literis num. 11.

Verum istæ literæ auuocatoriæ, quando sunt surreptitiæ (, prout si in præcibus non fuisset facta mentio de litis pendentia coram alio Iudice) efficiūtur illo in casu nullæ ipso iure, Episcopus Cassador. decis. 1. de rescriptis. Vestr. d. sua praxi. cap. 9. lib. 3. nu. 3. & 14. Rebuff. sua prax. benefic. in tit. de different. inter rescript. gratia, & Iustitia num. 11. Vant. in tit. de nullit. ex defectu iurisd. deleg. num. 60. in fine, & in tit. qualiter sententia, & processus. repar. poss. num. 58. & 59. Roman. cons. 330. nu. 4. Oldrad. cons. 257. num. 32. circa med. Brun. cons. 119. nu. 6. Gall. cons. 50. nu. primo P. Andr. Gamba. de auctoritate legati de latere lib. 8. nu. 17. Ferentill. in tit. de auctoritate legati in iudicialibus. nu. 129. eod. tractatu. Gratian. in decis. Marchiæ. 209. n. 8. D. Marta. in decis. Orbis Vniuersi cap. 5. de rescript. Cāpanil suo tract. diuersor. iur. canon. rubr. 11. cap. 13. num. 175. Scaccia de appellat. quæst. 14. sub nu. 27. Ea propter dantur litteræ, vt causam, & partes remittat Iudex ad suum Iudicem competentem. Et sic reijcitur opinio Gloritij tenentis hoc rescriptum auocatorium, quādo est subreptitium, non esse nullum ipso iure, vt ipse tenet ad d. cap. * super literis nu. 12. cum opinio communis sit in contrarium, prout ita dę communi attestatur Cassad. d. decis. prima per totam. de rescriptis, & per alios Doctores vt supra allegatos, & licet Glorinus se tueatur ex auctoritate Felini. in cap. ad audien. 2. de rescr. vers. littera ad lites &c. in x. fallentia: attamen si bene perpendantur eius verba, & ipsę tenet huiusmodi rescriptum esse nullum

lum ipso iure, & licet idem Felin. se refferat ad cap. ceterum de rescript. tamen ibi loquitur de alio rescripto quam de hoc auocatorio, vt ibidem legitur, quod etiam deffendit idem Episcopus *Cassador. d. decis. 1. vbi reffert Ita fuisse in Sacra Rota decisum*, & merito, cum hæc surreptio sit causa concessionis non enim Senatus litteras emanasset, si de litis pendentia mentio facta fuisset *per tex. in l. vbi ceptum. ff. de iudic.* & quia subreptio concernit iurisdictionem, vt per *Oldrad. d. cons. 257. n. 32. circa med.* ideo cum sit causa inductiua rescripti omnino corruit. *Castrens. in l. præscriptione, & Ibi Bart. Bald. Fulgo. Salycet. & alij C. si contra Ius &c.* Ea propter Senatus nō solet causas euocare, nisi magna ex causa *Mastrill. decis. 286. num. 9. Rebuff. in tract. de euocat. art. primo, quæst. 6. in præfatione num. 59. in fine*, prout quando litigans, iustitiam coram suo Iudice consequi non posset, *per tex. in cap. ex tenore. de foro. comper. P. Grego. in cap. 52. num. 9. lib. 1. de rescriptis*, Verū adsunt decreta Senatus nostri disponentia, quod causæ non euocentur ad Senatum, nisi, vbi Iudices iure ordinario prouidere non possint, & res prouisione egere videantur, idq; re in Senatu proposita. *vt ex ordinibus Senatus dies 15. Ianuarij anni 1580. §. non euocentur causæ ad Senatum &c. per tex. in l. in causa. ff. de mino.* prout in casibus. si litigantes alicuius potentiam perhorescunt, vt dixit *Constant. in l. vn. §. fin. C. quando Imperator int. pup. & viduam lib. 3.* sicut etiam in causis viduarum, & miserabilium personarum *Thesaur. decis. 177. num. 2. per tex. in l. prima. C. quando Imperator*, vbi dicit Senatum consueuisse concedere huiusmodi litteras euocationis, & nedum in prima, sed etiā in secunda instantia, vt ibi nu. primo in fine, & nu. 8. per eundem Thesaur., & tunc ratione personæ miserabilis, alij litis consortes eodem priuilegio frui possunt. *Natt. cons. 590. Didac. prac. quæst. cap. 6. & 7. Thesaur. dicto num. 2. in fine*, vel etiam si actor coram suo ordinario iustitiā consequi nequiret. *P. Gre. Tholos. d. cap. 52. nu. 9. lib. 1. de rescript.* & tunc semel introducta causa in Senatu non extrahitur, nisi cum maxima difficultate. *Vestrius sua prax. Rom. Curia cap. 9. lib. 3. num. 12. Couarruuias. pract. quæst. cap. 9. num. 5.*, cum etiam nisi ea magna causa non auocantur ad eius Curiam, vt supra diximus. *Mastrill. decis. 286. num. 9. per Rebuff. in tract. de euocatione art. primo quæst. 6. in præfatione num. 59. in fine.*

31 † Vigesimo octauo, litteræ conditionales, vno modo dici possunt, quando Princeps mandat Iudici, vt supplicantem ad effectum petitum admittat, modo illum Idoneum esse reperietur. *Oldrad. cons. 41. nu. primo, per tex. in l. Hactenus, qui meus erit. ff. delega. primo Bald. in cap. dudum num. 15. & ibi Abb. num. 7. circa med. & Felin. & alij de præsumpt.*, Verum dicit *tex. in d. cap. dudum, & ibi DD.* quod quis præsumit Idoneus, nisi contrarium probetur, sed lex ciuilis contrarium tenet. *Bald. in l. neq; natales. C. de probat., & per DD. in dicto cap. dudum*, prout etiam id intelligi debet, de his, quæ insūt à natura, & bonitate, scilicet intrinseca nō autem de extrinseca, prout de scientia litterarum, legum, vel aliarum virtutum, cum quis non nascatur in virtutibus. *Bald. d. cap. dudum num. 4. in fine & nu. 12. circa med. Felin. ibid. num. 1. in fine, & seq. circa med. Abb. num. 6. circa principium per tex. & Glos. in cap. si forte in verbo scientia, de electione in 6.*, nam quando Princeps mandat, vt si est idoneus, illum admittat, intelligit, supplicantem examinandum esse, cum non præsumatur Idoneus, vt inquit. *Abbas in d. cap. dudū num. 7. circa med. vers. Item præsupposito &c. & nu. 6. circa principium*, duplex enim reperitur idoneitas in iure, vna scilicet intrinseca, altera vero extrinseca, & primo illa intrinseca dicitur, cum qua homo nascitur, nempe, quod ipse sit castus, sobrius, bonisq; moribus Indutus, & hæc præsumuntur, vt per *Bald. d. cap. dudum num. 4. in fine. sed melius, per Abb. ibid. num. 6. & Felin. pariter ibi nu. 2. de præsumptionibus.*

Extrinseca verò illa dicitur scilicet, vt quis sciat legere, vel habeat in se, virtutes, vel sciat leges. vel alias litteras, vt similia *Bald. d. cap. dudum num 11. & ibi Abb. Felin. & alij loc. citat.*, prout etiam qualitates intrinsecæ, vel innatæ dicuntur ille, scilicet, vt sensus, & discretio, & dicuntur qualitates radicales, vel quia per accidens sunt Intrinsecate in anima, Extrinsecæ vero sunt dignitates, & diuitiæ, quæ nobis non inherent, istæ enim absq; animi virtute esse possunt, prout eggregiæ, *Trad. idem Bald. qui supra d. cap. dudum num. 6. circa med. & ibi Doctores notant.* Ea propter solet Senatus noster dare litteras DD. Abbatibus Causidicorum. & Notariorum Mediolani, quando quis peteret, vt ante tempus in dicto Collegio admittatur, hoc modo vz. mandamus vobis, vt vbi supplicās idoneus sit, & ita vobis videatur, illum ad huiusmodi muneris exercendi munus admittatis, allegato statuto non obstante, vt ex ritibus Cancellariæ &c.

32 † Vigesimo nono. Litteræ modales dicuntur, quando qualitas in litteris adiecta, ipsas litteras non suspendit, nec illas reddit minus condicionales; *Abb. in rubr. de cond. appositi. & in cap. verum eod. tit. Bald. in cap. cum Ioannes num. 9. de fide instrumentorum*, & si modus non seruaretur, conferetur rescripto renūciasse secund. *Vant. de nullit. ex deffectu processus &c. num. 117. per tex. in l. nonnum quam. ff. de collat.*, prout quando in litteris patentibus additur illa clausula, dummodo cōsentiant agnati &c. *per Bart. in l. quibus §. termilius n. 4. ff. de cond. & demonst. per tex. in l. 1. C. de transac. & ibi Bart. nu. 2. & scribentes notant facit etiam Glusian. in tract. de bonis insolut. dandis. cap. 29. nu. 356.*, modus etiam quandoq; inducit obligationem, per quam potest peti modi Impletio, sed conditionis Impletio nō potest peti, *per tex. in l. si quis cum debitore. ff. de Iureiurando*, prout si Princeps mandaret Iudici, vt supplicantem a petitis absoluat, modo indemnē ipsum actorem in ipsa causa releuet. *Vant. qui supra dicto nu. 117. circa principium*, vel si dicatur relinquo tibi centum, modo aliquid facias, vel satisdederis de hoc legato obseruando tunc dicitur legatur modale. *Bart. in d. §. termilius num. 13. in fine, & in l. huiusmodi in principio delega. prima*, & modus dicitur moderatio adiecta dispositioni, nec dispositionem suspendit. *Andreas Molfesius cons. 36. num. 5. & 6. tom. 2. per Bart. in l. 1. nu. 1. & dicto §. termilius, vers. modus est &c. ff. de condit. & demonst.*, Senatus autem in emanandis dispensationibus circa alienationis dotis vxoris, addere solet clausulas, modo consentiant agnati proximiores sanguine iuncti, & qui iurent &c. & prout ex exemplis &c. *Costa de claus. claus. 19. nu. 2.* Ideo si agnati iurarent sine negotij cognitione, contractus redderetur nullus secundū *Beccium. cons. 147. num. 3. lib. 2. & post eum Costa de clausulis dicta clausula 19. num. 2. par. 2.*, vbi reffert, quod hanc formam iurādi etiam in alienationibus minorum frequenter rescripta Excellentiss. Senatus Mediolani præseferunt, si vero minor, vel mulier iurarēt non adesse agnatos in Ducatu, tunc hęc assertio recipit probationem in contrarium. *Socin. cons. 23. num. 13. vol. 4.* & assertio mulieris dolosa, contrahentibus nocere non potest. *Gratian. decis. 234. num. 8. & 9. & nu. 19. & 20. Costa. qui supra d. clausula 19. num. 3. in fine.* & quando venditio esset à principio nulla non conualidatur ex eo quod venditor nunquam cōtradixerit, vel quod consensus agnatorum interuenerit, vt per *Osasc. decis. 178. num. 4. per Iason. cons. 44. num. 4. vers. nec dicatur &c. vol. primo*, secus vero si contractus redderetur nullus ratione minime culpæ, nam tūc poterit nullitas per contrahentem allegari, vt per eundem *Osasc. d. decis. 178. nu. 3.* vbi alia adducit, prout etiam quādo in litteris patentibus adest clausula, quod possint bona

dotalia

dotalia vxoris partim alienari modo cauta remaneat super alijs bonis mariti,tunc dicerentur litteræ modales. & huiusmodi bona mariti non poterunt alienari in præiudicium iurium dotalium ipsius vxoris argum. quod not. *D. Euerard. in sua centuria legali. in loco à contrario sensu nu. 16. circa principium*, vbi inquit,quod si legaretur certę pecuniæ sub modo,scilicet, vt ex eis emat sibi fundum,tunc talis fundus postea emptus,non poterit alienari secundum eum *per tex. in l. titio centū in primo responso. 2. ff. de cond. & demonstr.* Vide etiam *Farinac.in Rota.Romana.in verbo* litteræ *Modales etc.*

33 † Trigesimo, prouisionales litteræ illæ dicuntur,quæ ante diffinitiuam per modum prouisionis emanant, prout quando fertur sententia,vt in causam alimentorum, vel expensarum litis, aliqua prouisio detur, vt quis teneatur soluere, tot pecunias &c. *per tex. in l. fin. C. de alimen. pup. præst. l. si longius. §. fin. ff. de iud. Rebuff. latius in tit. de sent. prouision. in præfat.nu. 10. cum seq. tom. 1. Bellonus. de his, quæ fiunt in cont. lib. 2. cap. 64. num. 4. & 5. vide Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 119. & sequen. Molin. de Hisp. primogen. lib. 2. cap. 16. Costa de rem. subsidia.rem.100.* nempe quādo pendente lite cum aliquo agitur de toto patrimonio. *Crau. conf. 164.* & maxime in litigantibus pauperibus de quibus, per *Rebuff. d. tit. de sent. prouision. in præfatione, & per Didac. Couaruuiam. pract. quæst. cap.6.per tot.*& præsertim n.5.circa med.vbi inquit hoc fieri posse vxore agente mortuo marito ad petitionem dotis,& donationis propter nuptias.*per tex. in l. per. ff. vt in possess. legat. Rebuff. qui supra art. 3. glos. 1. Afflict. decis. 10. num. 3. cum seq.* in casu si quis peteret bona paterna sibi restitui,& ageret querela inofficiosi testamenti,tunc cogēdus erit reus dare huic actori pendēte lite alimēta, & ēt expensas litis *Afflict.decis.11.*Couar. d. c.6. tribus tamen concurrentibus, & primo requirit actorem hunc esse filium, vel nepotem testatoris,secūdo quod sit actor pauper,tertio, quod habeat primam sententiam pro se aduersus reum latam,*per tex. in l. si instituta §.de inofficioso. ff. de inofficio. testam. Afflict. d. decis. 11. num. 2.* Verum vbi actor pauper sit, contendatq; super bonis,quæ sua esse prætendit, habeatq; aliquam, pro suo iure præsumptionem,tūnc expensæ litis sunt ei administrandæ ab aduersario. *Alciat. de præsumpt.reg. 3. præsumptione. Couar. d. cap. 6. num. 5. & 6. cum seq. pract. quæst.* ... si uti quando præsumptio est pro filio, qui de filiatione, vel alimentis aduersus patrem contendit, tunc ipsi filio, aliunde non habenti decernendæ sunt à patre litis expensæ, & alimenta,vt egregie trad. *D. Menoch.de præsumpt. lib. 1. præsumpt. 35. num. 1. & seq.* ideo in hoc casu non requiri illa tria requisita, sed sufficere solam, pro ipso filio extare præsumptionem, quæ tamen vrgens, & nō leuis esse debet. *Molina, qui sup. cap. 16. num. 56. lib. 2. de prim. Hisp. Menoch d. præsumpt. 35. num. 6. lib. primo*, ampliat duodecim modis, & declarat tripliciter,vt per eundem. *Menoch. loc. cit. à nu. 6. vsq; ad fin. vbi nu. 32. dicit*, non sufficere solā inopiā,sed requiri summariā cognitionē,saltē ex vno teste *per Decian. cons. 66. num. 3. lib. 2.* qui tamen debet esse omni exceptione maior. *Bemmend. decis. 62. n. 14.* Iudex ergo arbitrabitur prouisioni locum esse, vbi ees di'ationem non patitur.*l.fin.ff.de appell. recip.*veluti si res erat peritura,vel in caussis alimentorū futurorū.*l. fin.C. de alim. pupill præst.*, Vt sępè solet Sen. noster decernere,& præsertim, hoc decisum fuit *anno 1621. ad relata per D. Senatorem Bello.d.c.64.nu.5.circa med.lib.2.de potestate eorum &c.* Idem si periculū sit ne Ciuitas remaneat sine administratione, & Scholastici sine Doctore. *Rebuff. de sent. prouisio. in præfatione num. 128.*

34 † Trigesimo primo.Liæ puræ,& dispositiuæ dicunt ille,quando Princeps præcisè,ac expressè,quid fieri iubet in lris,necessitatemq; imponit exequendi. *Paris. in addit. ad Bart. in l. his verbis. C. quomodo & quando iudex lega.cedit. per Compostell. in cons. 164. in tertio dub.* & tunc istæ Iudex,executor tenetur huiusmodi rescript. exequi. *Pom. in addit. ad eund. Bart. in l. 1. ff. delega. 2. in vers. dic ergo & c. in littera D. & ibi Bart. & alij per tex. in c. Ioannes de restibus P. Grego. c. 30. n. 6. lib. 2. & c. 4. lib. 1. de rescr. Leonell. Bartholin. de subreptione rescriptorum quæst. 18 art. 9. col. 1. in fine*, vt ita aduertendū etiā, an Iudex ex illo rescripto dispositiuo efficiatur merus vel mixtus executor,nam si prius per Senatū fuisset cognitū de illa causa, tunc Iudex nullā adhiberet cognitionē,cū esset merus executor. *Bart. in l. à Diuo pio n. 5. ff. de re Iud. & ibi DD. passim. Ant. Gabr. in tit. de executione res Iud. conclus. 3. num. 10. Steph. Gratian. lib. 3. disce pt. forens. cap. 55. nu. 10. & c. 118. nu. 42. Menoch. de arbitr. Iud quæst. 38. lib. 1. Valenz. cons. 48. nu. 35. Bellon. qui supra. lib. 2. de potestate eorū & c. c. 47. nu. 4. Abb. Felin. Bero. et alij in cap. de cætero de re iud.* Si autem Senatus emanaret rescript. dispositiuū, nulla præcedente causæ cognitione (prout sępius accidit), tunc Iudex diceretur mixtus executor, cum etiam ipsa cognitio causæ demandata censeretur. *Bart. in l præscriptione n. 2. & l. etsi non cognitio. & ibi Bald. Salycet. Fulgo. & alij. C. si contra ius et in d. l. à diuo pio nu. 4. Menoch. d. quæst. 38. lib. 1. nu. 1. & in cons. suo 479. nu. 34. Valenz. d. cons. 48. n. 31. & cons 9. nu. primo. cum sequen. Bellon. d. c. 47. n. 4. cum sequen.*

Prout si Senatus,hoc slr. modo rescriberet.*Conquestus est nobis supplicans se a Titio sua possessione spoliatum fuisse, quare sibi a testis committimus tibi, vt illum ad possessionem restituas, vt per Bart. in d. l. à diuo pio. n. 4. in fine. & d. l. præscriptione nu. 2. C. si Contra ius & c.* vbi inspicit hoc casu de veritate præcū prius esse cognoscēdū,cū sit mādata cognitio. *Menoch.d. quæst. 38. nu. 1. circa principiū*, nam licet istæ lræ expressè cōtineant, quod restituatur possessio,attamen attenta illa clausula,si ita est, quæ licet nō fuisset apposita,attamen semper subintelligeret *per tex. expressum in c. 2. & ibi Abb. Felin. Bero. & alij de rescriptis*, Ideo tacitè censetur mādata cognitio, vt idem. *Bart. trad. d. l. præscriptione nu. 2. circa med. vers. conquestus est & c. C. si contra Ius etc. & in d. l. à diuo pio nu. 4. in fine. Menoch. qui sup. d. quæst. 38. nu. 1. circa fin. Dec. cons. 323. n. 2.* secus autē est dicendum in lris, quæ cū causæ cognitione,per Senatū emanant,nā tunc illa clausula si preces veritate nitentur,vel si ita est,non subintelligitur,sed illa dictio si,intelligitur pro quia ita est, vt eleganter not. *Bald. in l. Vniuersa. C. de diuersis rescriptis num. 2. Camban. suo tract. de clausulis, in clausula si preces & c.* & sic verificatis precibus huiusmodi rescriptum resoluitur penitus, & dispositiuū, vt per *Thesaur. decis. 96. n. 4. circa princ.* si enim circa merita non verificaretur, vt *per Io. Andr. in c. exceptionis de Iudit.* nullum esset, & si fuerint nouissimæ. *Oddus. de fideicomissis par. 2. quæst. 286. nu. 9. Osasc. decis. 169. nu. 6* & latius per nos in tit. de vi, & effectū clausulæ si preces &c. in 2. parte.

35 † Trigesimo secūdo, Litteræ missiuæ dicunt illę,quæ Iudicibus, vel aliis constitutis in aliqua dignitate sigillatæ emanant.*per tex. in c. Statutum, & ibi Io. Andr. & alij de rescript. lib. 6. Rebuff. in sua prax. benefitiorum in tit. de different. inter rescript. gratiæ, & iustitiæ nu. 28. P. Greg. in c. 53. n. 2. lib. 1. de rescriptis*, si vero articulus cōtinens nudū factū delegetur, veluti misso in possessionē, tūc poterit etiā dirigi nō habentibus dignitatē, ita scripsit. *Glosa ad Clemēt. vn. de off. deleg.* de stilo Curię Romanę est,vt cōstitutis tātū in dignitate delegetur & executio committatur. *P. Grego. d. c. 53. n. 1. in fi. & nu. 2.*, quidē in Gallia seruatur,vt per eū ibi,dixi ,fecit uilitate,quia more nro Mediolanēsi,sigillatæ emanāt, cū hoc sit substantiale. *Afflict. decis. 253. nu. 2.*, cū etiā missiuæ dicāt à mittendo,cū mittant absēti. *Boer. decis. Burdegal. 223. vol. 2. Monoc. de arb. cas. 94. col. 1. cēt. 1. l. quis absenti. ff. de acqui-*

acquir. possessione. Bald. in rubr. huius. tit. num. 21., & diximus etiam alibi.

36 † Trigessimo tertio, litteræ patentes dicuntur, quæ gratiam, vel dispensationem continent, nec clausæ, sed aperte emanant. *P. Grego. in cap. 2. lib. primo. num. 13. & cap. 36. num. 4. eod. lib. de rescriptis, per tex. in cap. 1. de tempor. ordin. in 6. Octauius Glorit. ad cap. super litteris de rescript.*, in missiuis vtitur sigillo paruo, in istis vero sigillo magno, vt per eundem. *P. Grego. dicto cap. 2. num. 13. lib. 1. de rescriptis*, in istisq; non inscribitur nomen Iudicis, secus verò in missiuis, nam iste clausæ conceduntur, & continent (vt plurimum) delegationes, litteras Iustitiæ, absolutiones à Iuditijs cum similibus. *Staphileus suo tract. de litteris gratiæ, & Iustitiæ in cap. de rescriptis apostolicis in for. breuis*, & diximus in tit. de subdiuis. *nu. 3. prælud. 8.*

37 † Trigessimo quarto, litteræ restitutoriæ tunc dicũtur, quando quis restituitur ob lapsum temporis ad appellandum. *P. Grego. cap. 37. lib. primo num. 10. de rescriptis, per tex. in l. & si sine dolo malo 8. §. item si non prouocauit. ff. de minor. 25. ann.*, Verum Senatus noster non solet huiusmodi litteras sine causæ cognitione emanare, cum in eius rescriptis ad lites ius tertij semper censeantur reseruasse. *Gail. pract. obser. lib. 2. obser. 58. num. 4. & obseruat. 76. num. 10. lib. 1. Oldrad. cons. 257. nu. 21. M. Ant. Bellon. in decis. Rota Genue. 104. nu. 16. & est expeditũ per N. C.* in tit. de iure Fisci cap. ius tertij &c. tertio enim non censetur præiudicare, nisi in specie dictum sit. *Dec. cons. 606. num. 17. & per Oldradum loco cit.*, nam ob lapsum temporis in non appellando, intra tempus præfixum, censetur ius tertio esse quæsitũ, cui Senatus nõ solet præiudicare, per iura superius adducta. *Mastrill. decis. 228. num. 8. lib. 3.*

38 † Trigessimo quinto, litteræ Rescissoriæ dicuntur illæ, quando emanant per Principem aduersus deceptos in contractibus ex causa enormissimæ læsionis, effectus vt Iudex cognoscat de narrata læsione, non obstante renunciatione legum, vt per *P. Grego. cap. 37. num. 2. lib. primo de rescriptis, per tex. in l. 2. C. de rescin. vendit. Mastrill. decis. 33. num. 10. cum seq.* vbi ampliat procedere etiam si res fuisset vendita per subhastationem per *Rebuff. in constit. Galliæ, in tit. de præcon. & licitat. art. 7. glos. vnica num. 28.* vbi attestatur de communi

* *Surdus cons. 39. nu. 4. Feder. scott. cons. 21. num. 20. tom. 2. lib. 4. & in datione insolut. not. Natt. cons. 207. nu. 2. lib. 1. per tex. in cap. cum dil. filij, & cap. eum causã de empt. & vendit.*, Verum vbi adesset iuramentum, deberet prius habilitatio peti. *P. Greg. d. cap. 37. nu. 3. lib. 1. de rescript.*, quæ concedi solet à Reuerendiss. Vicario generali Illustriss. Archiepiscopi, ad effectum ciuiliter agendi. *Afflict. decis. 322. nu. 6. in fine, & nu. 12. circa fin.*, nec erit opus partem citare ad illam habilitationem Impetrandam. id. *Afflict. decis. 31. n. 2.* Quãdo verò nõ cũstaret de læsione, tũc solẽt Impetrari aliæ lræ p reũ, effectus vt Iudex ipse in illa causa puideat de Iustitia, hoc .n. in casu, cõsequẽter rescissio ipsa censet denegata. *Mastrill. d. decis. 228. n. 22. et in tract. de Magistratibus lib. 5. c. 4. n. 87.* nã stãte remissione in iustitia, intelligit reuocata, quib⁹ de iure similis rescissio nõ cõpeteret, vt idẽ. *Mastrill. d. decis. 228. n. 4. & 22. per Loaz. in §. Iustitia. instit. de inst. & iure. & Crau. cons.* ☞ *408. n. 19. vsq; ad nu. 26.*, sic ẽt quãdoq; Sen. cõcedere, put ẽt quãdo cõstaret de lesione, solet mãdare Iudici, vt cõstito de enormissima læsione supplicãtis, non obstãtibus renũtijs in cõtrariũ factis, admittat supplicãtem ad narratã lesionẽ pbãdã, cũ hoc sit ẽt iure cõmuni cõsonũ *vt idẽ P. Grego. not. d. c. 37. n. 2. lib. 1. de rescript.* dicũt ẽt iste litteræ releuamenti, vt per *Gallar. de renun. tom. 3. renun. 102. num. fin.*

39 † Trigessimo sexto. Lræ eremodicij restitutoriæ sũt, quãdo instãtia ob lapsũ triẽnij pPrincipẽ restituit, & prorogatur. *P. Grego. Tholos. d. c. 37. n. 11. lib. 1. de rescriptis Gram. decis. 69. n. 1. et decis. 91. n. 1. Capyc. decis. 165. n. 1. & 5.*, nã regulariter secũdũ ius cõmune ob lapsũ triẽnij instãtia dicitur finita, vt per *Mastrill. decis. 66. n. 13. per tex. in l. 4. pperandũ. C. de iudic. et ibi Salycet. & alij*, quæ conceduntur per Principem, si se doceat ob iustam causã abfuisse. *Tholos. d. c. 37. nu. 11. lib. 1. hoc tit. Ioseph. Ludouic. decis. Perusin. 36. nu. 1. Borell. de Regis. Cathol. præstan. c. 62. n. 85.* Ea ppter si stetisset per Actorẽ, quominus causa expediret intra trienniũ, tunc veniret condemnãd⁹ in expẽsis, reuoq; absoluẽd⁹ ab obseruatione Iudinj. *Gram. d. decis. 91. nu. 4. l. si præses. C. quomodo, & quãdo Iudex. Alex. cons. 136. in 2. vol. & cons. 66. vol. 5.* Si autẽ pcederet ex deffectu Iudicis, tunc actor deber ptestari, q per eũ nũ stat, quominus causa expediat, & tũc si stet p Iudicẽ, poterit de iure aduersus hui⁹ triẽnij lapsũ, ipse actor restitui, secũdũ. *Marãt. sua praxi Iud. par. 5. sect. 1. n. 31. circa med.* ẽt absq; reffectione expẽsarũ, vbi reffert ita seruari in Regno, imò secũdũ. *Grãm. d. decis. 69. n. 3.* si causa cauillationib⁹ partis nõ expediretur. essetq; triẽnũ transactũ, tũc possunt peti expensę, declara tñ, vt p *Mastrill. decis. 185. à n. 1. cũ seq.*, solet Sen. nr, quãdo pcederet ex deffectu Iudicis absẽtis, vel infirmi, emanare lras suspẽsionis ipsius instãtiæ, modo nõ vltra mẽsẽ, & quatriduũ post eius redditus differat, put ex ritibus Cãcellariæ, idẽ etiã not. *Apostill. ad stat. Mediol. c. 21. nu. 79. vol. 1.* Ità etiã seruatur Florentiæ ad trad. per *Asin. sua praxi Iudic. cap. 11. §. 2. num. 36.*

Quãdo autẽ causa est introducta corãPrincipe, vel Senatu, nõ trãsit in ermodigiũ, vt tradit. *Mastrill. decis. 66. nu. 10. & 15.* put ẽt nec in causis appellationũ, *Castelan. Cott. in verbo instãtia ad fin. Mastrill. loc. cit. num. 15. Apost. ad d. stat. cap. 21. nu. 69. lib. 1.*

Et licet Sen. possit has lras eremodicij concedere, (progãdo slz. triẽnũ), vt p *Gram. d. decis. 69. & 91. Capyc. decis. 165. Borell. c. 62. n. 86. de Regis Cath. præstan.* attamẽ solet Sen. nr illas tãtũ cõcedere, quãdo adest consensus partium, nam alias Senatus illas non concederet, vt consulnis respõdit. *Castrens. cons. fno 1. n. 27. & 28. lib. 3. in noua impressione Mysing. obser. 48. & 49. cent. 3. per glos. in l. properandũ. C. de iudic. & ibi Cyn. §. fin. Capyc. decis. 11. n. 16.* ratio ea esse potest, quia p huiusmodi peremptionẽ triennij, nõ perimit ius, & illud currit sine spe restitutionis, nisi in subsidiũ *Castrens. cons. 42. vol. 1. n. 5. Abb. cons. 16. n. 8. lib. 2. per Cyn. in d. l. propandũ, & scribentes ibi §. fin.* secus vero in appellatione, nã tũc p huius perhẽptionẽ pimitur totũ ius, vt p *Castr. d. cons. 42. nu. 5. lib. 1.* & ideo cũ agatur de maiori præiuditio, potest tali modo de cõsensu partiũ prorogari, vt tenet, *idẽ Castrens. d. cons. 1. n. 27. lib. 3. p auth. si eñ in medio C. de appellat, et p Clemen. quãdiu de appellat. Mysinger. d. obseruat. 49. in prin. centur. 3.* Verũ poterit instãtia causę principalis deserta, pinsufflationẽ spiritus à Principe suscitari, *vt p Gram. d. decis. 69. & 91. Capyc. decis. 165.*, & tũc noua instãtia dicit, & non vetus progatio, vt censuit ☞ Sen. anno. 1550. *ad trad. per Apostillat. ad d. stat. c. 21. n. 134. vol. 1.* Trienniũ aut cõtinuũ esse, nec ab eo ferias ☞ detrahi posse, cẽsuit *Sen. nr anno* 1600. instaurare ẽt solet Sen. instan. in causa principali, cũ clausula habita ea impensarum ratione, quę de iure *Apost. d. c. 21. n. 121. in fine p Dec. cons. 34. ad fin. Borell d. cap. 62. n. 90. & 91. de Regis Cath. præstan.*, Secus autẽ est in causis appellationũ, vt idẽ *Apost. not. in d. c. 21. n. 121.* nisi magna subsistẽte causa, vt ibi p eũ, & in *c. 131. n. 505. vol. 1. Aleiat. cons. 36. lib. 6. n. 3.*, & nisi hoc expresse dictũ sit. *Asin. ubi sup. §. 2. cap. 16. num. 11. & 12.*

40 † Trigessimo septimo Lræ Iustitij dicũt illæ, p quas ob aliquod Iudicis impedimẽtũ iuditiũ, seu instãtia suspẽdit p aliquod tẽpus, vt in specie tradit. *P. Grego. Tholos. c. 38. n. 2. lib. 1. de rescriptis, & in c. 52. n. 7. eod. vol.* vocãt Galli has lras *Lettres destat*, slz. stat⁹ causæ suspensiuæ, vt p eundẽ *Tholos. d. cap. 38. nu. 2. & cap. 55. nu. 7. idem not. Senator Bellonus lib. 2. de potestate eorũ etc. c. x. n. 5.*

Ex

Ex eo nimirum, quod in lite iam mota veluti iustitium cessatur in dictũ, causaq; debeat in eodem statu permanere, in quo tunc reperitur, *per Rebuff. in tit. de litteris dilator. glos. 2. & 4. & art. 2. glos. vnica*. iure antiquo iustitiũ dabatur ob impedimenta legitima morbi sontici seu nocentis *per tex. in l. 2. §. si quis. ff. si quis cautionibus lib. 2. Tholos. d. cap. 52. num. 7.* ob mortem Iudicis instantia etiam suspenditur, vsq; ad alterius Iudicis electionẽ, modo electio intra mensem fiat, prout ☞ Senatus noster emanare solet de ritu Cancellariæ in tit. de suspensione instantię, de iure etiam communi si Iudex obijsset prope finem triennij, & succederet alius Iudex, tunc alius annus ex iuris dispositione concedetetur, vt per *Marantam suo specolo. par. 5. sect. 1. num. 28.* fit etiam suspensio instantiæ per Senatũ ob mortẽ actoris, donec apparuerit quis sit hæres, modo mensem non excedat, cum etiam de iure commum instantia cepta cum defuncto transeat ad hæredem *per tex. in l. heres absent. & l. si is Roma. ff. de Iudic.* fiunt etiã suspensiones litigatoribus abituris causa militiæ, vel alicuius legationis *Bellon. d. cap. 10. num. 5. lib. 2. de potestate eorũ &c.*, fiunt iste suspensiones, & aliæ iuxta facti contingentiam *Apost. ad Stat. Mediolani cap. 21. num. 79. vol. 1.* Quando autem causæ sunt paperum personarum in quibus ipsi actores sunt, nullam habent ☞ instantiam, vt ex *decreto Senatus dies 5. Iunij 1548. idẽ not. Borell. de Regis Cath. præstant d. cap. 62. num. 91. Apost. ad d. Statut. cap. 21. num. 15. vol. 1. Io. de Arno in suo 2. epishom.*

41 † Trigesimo octauo litteræ insufflatorie spiritus dicũtur ille, per quas à Senatu nostro obtinetur restauratio aduersus lapsum instantiæ in causa principali. *Capyc. d. decis. 165. Gramat. d. decis. 69. nu. 4. eod. decis. 91. Natta. cons. 636. num. 76. vol. 3. Surdus. cons. 199. num. 13. vol. 2. Borell. de Reg. Cath. d. cap. 62. nu. 87. & 89. Beer. decis. 247.*, & ista insufflatio non potest suscitari, nisi à Principe, vel Senatu. *Mastrill. decis. 70. lib. 1. num. 8.* & sic inferior non potest. *Borell. d. cap. 62. nu. 88. Camognol. in decret. Montisfer. 13. §. 6. quæs.* ☞ *4. in fine Surd. cons. 199. num. 13. vol. 2.* Senatus noster has litteras solet in dies emanare *Poland. a Valle cons. 4. num. 15. vol. 3.* cum clausula habita ea impensarum ratione, quæ de iure *Mastrill. d. decis. 70. num. 12. cum seq.*, quod etiam, & de iure communi per *Alex. cons. 66. Visis dubitationibus vol. 5. col. 1. Borell. d. cap. 62. num. 90. Pasoth. cons. 156. num. 2. vol. 1.*

Quando autem agitur in causa pauperum, additur clausula per Senatum, quod expensæ reseruentur in fine litis, vbi Iudici de paupertate constiterit, vt etiam de praxi not. *Apost. ad dictum cap. 21. num. 124. vol. 1. Borell. d. cap. 62. nu. 92.* & licet dixerimus supra, quod causę pauperum nullam habeant instantiam, attamen hic additur hæc clausula, quod reseruentur in fine litis, primo. n. casu intelligitur in paupere miserabili; secũdo autẽ casu intelligitur de paupere, qui etiam aliunde se alere potest, & expensas parare; pauper enim is dicitur, qui omni prorsus auxilio destitutus reperitur, nam pauper se fingens impetrando nihil agit, vt per *Bald. in cap. cum adeo num. 1. & ibi DD. de rescriptis*, cum etiam causæ pauperum in prima actione coram Senatu agitari possint. *P. Grego. ad cap. conquerente. de off. Iud. ordin. cap. 6. num. 6. per tex. in l. vnica. C. quando Imper. inter pup. & vidu.*

In hac autem restauratione, opponi possunt omnes exceptiones dilatoriæ, & declinatoriæ, licet in principio iuditij non fuissent oppositæ. *Maranta d. par. 5. ordin. Iud. sectione prima nu. 61. per Angel. cons. 288. in fine*; Mediolani etiam seruatur, quod vbi cõsilium sapientis petitum non sit in primordio Iuditij, poterit tamen peti in restauratione instantiæ, cum dicatur eadẽ causa prout practicatum vidi, quando autem instantia non currat vide *Apostillator.) ad Stat. Mediolani cap. 21. à num. 64. vsq; ad numerum 79. & cap. 100. num. 114. vol. 1.* verum prorogationes Instantiæ prorogari possunt, vsq; ad triennium, tam ex consensu partium, quã ex Principis rescripto. *Gozadin. cons. 101. num. 13. Mysinger. obser. 48. centur. 3.* de consensu partium cauetur ex *N. C. in tit. de Iud. §. & quia sepissima &c.*, dummodo tamen mensem non excedant, & super litteris Senatus potest Iudex cognoscere, vt per *Menoch. de arbitr. Iud. quæst. 21. nu. 9.* possunt etiam hæ prorogationes subscribi à procuratore ad lites, vt per d. *Constitutiones, de Iud. d. cap. & quia sepissime &c.* vers. pro his enim &c. si autem dictus procurator esset reuocatus, tunc danda erit procuratori notitia reuocationis, per intimationem, ad tradit per *Costam de facti scientia &c. dist. 24. num. 8. cent. 2. & dist. 74. num. 7. in fine cent. 2.* poterit etiam Dominus ratificare gesta per falsum procuratorem, nisi ante ratificationem pars opposuerit de falsitate mandati, vt per eundem *Costam d. dist. 24. num. 14. per Barbosam. in l. alia. §. eleganter num. 5. ff. solut. matrimonio.*

Et *ideo declaratur Constitutio de Iudic. cap. & quia sepissime in fine. §. instantia tamen stabit in suspenso &c.* vbi ☞ addit scilicet à die porrectę supplicationis, vsq; ad concessas, vel denegatas prorogationes, modo non excedat dies ex alijs constitutionibus limitatos, quæ constitutio intelligẽda est iuxta dispositionem. §. si quis præces &c. in hoc nostro tit. de rescriptis ipsarum Constitutionum, prout ita etiam reperitur declaratum, par *D. Senatorẽ Simonettã in eisd. Const. de rescrip. pœnes me existen.* practicatur autem Mediolani, (& Ita intelligendę sunt hæ Constitutiones,) quod scilicet à die porrectæ supplicationis, non currit tempus, vsq; ad earum expeditionem, & præsentationem, quod est in hac Ciuitate, termino dierum decem, & extra duodecim, intra quos, respectiue reus debet citari ad videndum eas litteras præsentari, eisq; lapsis instantia currit, sic declarari potest d. §. Instantia tamen &c. in N. C. prout in praxi testatur. *Io. Baptista Caball. in for. prorogat. instantia in fine vers. sed in dictis binis prorogationibus*, nam Senatus noster addit clausulam, in ipsis litteris prorogationum instantiæ, scilicet, quod tempus non currat à die porrecte supplicationis, vsq; ad earum præsentationem, quattriduo faciendam.

Ideo illud tempus quattuor dierum non currit, si præsentantur litteræ in fine dicti termini, scilicet in vltimo quarto die, secus vero si præsententur litteræ in primo die termini, nam tunc currunt dicti dies quattuor irreparabiliter, ità cauentur *ordines Venerãdi Collegij DD. Causid. Mediolani, dies 11. Decembris anni 1555.* quos recenset *Apost. ad Stat. Mediolani cap. 21. nu. 94. vol. 1.* Verum nunc inoleuit praxis, quod iste prorogationes non præsentantur in actis, sed tantum leuantur è Cancellaria, in finuq; impetrantis reseruantur, cum vt plurimum à parte aduersa auferantur, & tunc illi quattuor dies præsentationis, currunt, & in alia instantia sequenti computandi sunt, per iura superius adducta.

42 † Trigesimo nono litteræ annales dicuntur illæ, quæ per Principem, vel Senatum concedi solent debitoribus ad soluendum debita, ob cladem; vel iacturã fortunarum, ex casu, vel alio modo, ob iustam aliquam causam, vt in specie trad. *P. Grego. cap. 52. lib. primo num. 6. circa med. de rescript. versic. inter moratoria rescripta &c. per tex. in l. fin. qui. bon. ced poss. Sen. Bellon. de potest. eorum, qua incont. fiunt. cap. 10. num. primo lib. 2. Thesaur. decis. 186. nu. 6. Rebuff. ad Constitut. Galiæ: in titulo de litteris dilator. art. primo glos. 1. num. 51. & 67. per tex. in cap. Odoardus. de solut. & cap. olim de restit. spoliat.*, quod intellige de debitis priuatis, non de publicis, vel ex causa criminali. *Menoch. de arbitror. Iud. cas. 203. num. 17. Costa de portione rata quæst. 139. n. 9. Cucchius de moratoria præscriptione n. 5.*

Magalott. de saluo conductu, vbi exactæ &c. verum Senat. solet concedere has moratorias Communitati, pro debito Vniuersitatis, ac etiam Hospiti ob debitum comune, ad annum, vt in ritibus Cancellariæ, in tit. de saluisconductibus &c., excipiuntur tamen casus, taxarum æquorum, census salis, & onerum, & censuum, vt in ipsis ritibus cauetur, prout supra diximus, nec conceduntur, nisi ex causa vrgenti, vt idem Thesaur. notat in dicta decis. 186.

43 † Quadragesimo litteræ quinquennales, sunt illæ, quæ impetrantur ad quinquennium, ne debitores supplicantes molestentur, modo maior pars creditorum consentiat, vt per *Menoch. dicto casu 203. num. 15. 16. 17. & sequent. Rebuff. dicto tit. de litteris dilatorijs num. 53. Bellonus dicto cap. 10. num. 1. lib. 2. Oldrad. cons. 50. incip. gratia. concessa &c. circa principium. P. Greg. cap. 52. num. 6. circa fin. lib. 1. de rescriptis. Costa de portione rata, dicta quæst. 139. num. 1. & 4. Stracha de decoctoribus par. 6. num. 19. Benincas. de paupertate. quæst. 8. specul. 8.*

Extat in Senatus decretũ, disponẽs saluosconductus quinquẽnales, semel obtẽtos, nõ posse iterũ impetrari, vt ex ipso decreto diei 13. *Iulij anni* 1556. *idem refert Bellonus d. cap. 10. nu. 1. circa med.* idẽ legitur in ipsa formula ritus Cancellariæ.

Per dispositionem autem Nouarum Constitut. Mediol. cauetur, *in tit. de salu conduc. lib.* 2. concedendas esse has litteras per quinquennium, si tres, ex quatuor consenserint, & iurent ad formam ipsius Constitutionis. *Afflictus. decis. 288. Menoc. d. casu 203. nu. 15.* secundo requiritur conuocatio in vnum, citatis omnibus creditoribus, tertio impetrans saluumconduc. tenetur ad ratam satisfacere creditoribus non consentientibus. *Rebuff. d. tit. de litteris dilatorijs nu. 61.* verum non procedit cõtra fideiussores suos, nec ex causa fiscalibonorũ. *Menoc. d. casu 202. n. 18. Rebuff. qui supra d. glosa prima art. 1. de litteris dilatorijs n. 21. cũ sequent.* & debet fieri mẽtio de iuramento in precibus, vbi in instrumẽto appositũ esset. *Menoc. qui supra n. 14. cum sequent.*, incipit autẽ tẽpus currere à die datarũ litterarũ *Oldrad. d. cõs. 50. Franc. Marc. quæst. 559. nu. fin. in fine parte. 1. Guido. Papa. decis. 109. n. 2. & suo singular. 715.* non impediũt tamen executionẽ sententiæ per Senat. latæ. *G. Papa. decis. 97. n. 1. Franc. Marc. d. quæst. 559. n. 14.* nec se extendunt ad futuros creditores *Guid. Papa. d. decis. 109. n. 1. & fin.* & secundũ eum obtinens has litteras quinquennales, pro debitis, debet cauere de ipsis soluẽdis, vbi allegat: *D. Oldradũ in l. vniuersa. C. de precibus imperatori offerendis.*

44 † Quadragesimo primo perpetuæ dicuntur illæ, quæ ad ius publicũ pertinent, & pro lege cõmuni emanant, *per tex. in l. leges, vt generales. tertia, et ibi. Bald. Castrẽs. Fulgosius, & alij. C. de legibus, Vulpianus. in l. 2. §. Diuus Adrianus de sepul. viol. lib. 47. & in l. p. § fin. ff. de cõstitut. Princip. l. p. §. huius Studij ff. de Iustitia, & iure;* nam hoc casũ tales Litteræ pro lege seruari debent. *Decius in l. Ciuitas n. 6. et ibi Alexander n. 20. ff. si certũ petatur,* perpetuæ etiã dici possunt litteræ, quæ ad elucidationẽ, vel ad iuris obseruantiã rescribũtur, dicuntur .n. perpetuæ, sicut & ius; *per tex. in l. 2. ff. de ijs, qui sunt sui, vel alieni iuris. & l. Diuus. ff. de re Iudicata.* & ita intelligi potest *l. falso. C. de diuersis rescriptis;* perpetuæ etiã dicuntur istæ gratiosæ, & personales, & priuilegia, quãdo emanant quamdiù, quis vixerit. *P. Grego. cap. 55. lib. 1. n. 4 de rescriptis per tex. in l. 1. de iure dot.* nam perpetuæ actiones dicuntur, quæ durãt per vitã eis iure concessã, vt in §. primo. ff. de perpetuis, & tempor. action., & sic, aut sunt publicæ istæ litteræ, aut priuatæ, publicæ, & perpetuæ dicuntur, quando emanant pro Constitutionum obseruantia, vel pro alterius iuris dubij declaratione, prout pro cõmuni omniũ obseruantia, edidit rescripta Senatus noster. *anno* 1580. *sub die* 15. *Ianuarij, quæ* pro lege seruantur in hoc Dominio, & *quæ anno* 1614. *die* 11. *Augusti*, reformauit.

45 † Quadragesimo secundo, Litteræ temporales dicũtur illæ, quæ ex causa priuata emanant, non animo cõdendi legẽ, quia eo casu anno pereunt, *per tex. in c. plerumq; & in c. si autẽ. de rescript. P. Grego. in cap. 55. n. 4. & fin. lib. 1. eod. tit.* quod intellige, nisi elapso anno non rescript. ab aduersario impetretur. *Iason. cons. 97. lib. 1. in fine Vãt. in tit. de nullit. ex deffectu iurisd. deleg. n. 101. Menoch. de arbitr. Iud. casu. 204. cẽtur. 3. n. 2.* vbi nu. sequẽtib. dicit, Iudicis arbitrio relinquẽdũ esse, & quãdo impetrans rescript. dicatur negligẽs in non præsentãdo intra annũ, nam eo casu amittuntur, si eo vti potuit, & noluit, & si secundum impetretur contra primum, *P. Grego. d. c. 55. nu. 10. de rescrip. lib. 1. per tex. in d. c. si autem eod. tit. nostro &c.* rescripta .n. alia dicuntur publica, alia priuata, vt per *Leonell. de subreptione rescriptorũ quæst. 1. art. 1. P. Grego. c. 2. nu. 2. & 3. lib. 1. hoc tit.* de iure autem nostro municipali, intra mensem omnia rescripta sunt præsentanda Iudici, parte citata, alias nulla, & irrita sunt, vt in ipsis *Const. hoc tit. de rescript.* cauet §. *rescripta Impetr. &c.* verũ ex *decreto Sen. diei 15. Ianuarij anni* 1580. si intra sex dies iuridicos non præsentãtur, nulla sunt, & licet fiat peremptio instantiæ, attamen nõ extinguitur iurisdictio delegati, quominus si veniat actor de iure cõmuni intra annũ in vim primæ commissionis, Iudex possit procedere. *P. Grego. d. c. 55. n. 4. in fine lib. 1. de rescript.* & licet dicatur rescriptũ ad iuris obseruãtiã esse perpetuũ, attamẽ intelligẽdum est durare vsq; ad 30. annos, si legitimẽ fuerit præsentatũ, vt ex Instit. de perpetuis, & tempor. action. & ibi glos. vbi dicitur olim actiones fuisse perpetuas, sed hodie redactas fuisse, vsq; ad metam 30. vel 40. annorũ *per l. sicut, & l. omnes. C. de præscript. 30. vel 40. annorũ.* Temporales litteræ etiã dicuntur, quando quis impetrat litteras, vt restituatur in integrũ, cum habeat diffinitum tempus ad illas Impetrandum, intra scilicet quadriennium, post ætatem legitimã, nempe post 25. annũ *per tex. in l. fin. C. de tempo. in integr. rest. lib. 2.*

Prout etiã tempus, minori est concessum, pro restitutione petenda, ob dotẽ cautam, non numeratam, duodecim, nempe annorũ, à die nuptiarum tantum, *vt in auth. si minor. 25. ann. de tempo. restit.* dicuntur etiam perpetua, quando aliqua priuilegia conceduntur ad vitã alicuius. *P. Gregor. d. c. 55. nu. 4. lib. 1. hoc tit. nostro.* prout sunt officia Magistratus, & dignitates Senatoriæ, vt per eundem *Greg. loc. cit.*

46 † Quadragesimo tertio. Litteræ confirmatoriæ dicuntur, per quas Princeps contractũ inualidum, ex deffectu iuris communis confirmat ex gratia, & deffectus supplet. *Rebuff. in sua prax. benefic. in secunda parte. in tit. de rescript. perinde valere nu. 33. cap. primo de confirmat. vtil. vel inut.*, quod intellige habere locũ, dumodo concedantur antequã sit alteri ius quæsitum *per tex. in l. adoptio non iure facta, & ibi scribentes. ff. de adopt.* nam priuilegium, seu beneficiũ Principis, in dubio intelligitur concessum sine præiuditio tertij. *Conrad. laudens in suo templo omn. Iud. lib. primo cap. 1. §. 4. tit. de imperatore vers. priuilegia potest concedere & c. nu. 3.*, Senatus autẽ solet contractus ab Vniuersitate factos absq; dispensatione confirmare, modo duæ partes ex tribus d. contractui consenserint, vel demũ consentiant, *per tex. in d. l. adoptio non iure facta. ff. de adopt.* & diximus etiã in hoc prælud. 7. num. 22. & sic operantur vires non à die contractus, sed à die confirmationis. *Rebuff. quo supra d. tit. de rescript. perinde valere nu. 3.* Barbosa de clausulis clausula 56. num. 2. 4. Item dicimus in sententia, potest etiam obtineri, vt confirmetur a Principe. Papiens. in for. appell. a sententia diffinitiua in glos. & in quantum &c. nu. 5.

47 † Quadragesimo quarto. Litteræ approbationis gratiarũ dicuntur illæ, quãdo Senatus noster priuilegia à Re-

ge nostro emanata, vel gratias ab Excellentiss. Gubernatoribus concessas, interinat, & approbat, *Clar. sua prax. crimin. §. vltimo, quaest. 59. num. 9. Thesaur. decis. 21. num. 1. Menoch. cons. 905. num. 8. cum seq. vol. 10. Sola ad constit. Sabaudiae in tit. de indulgent. remiss. & grat. glos. prima. Costa cons. 28. num. 2. & in suo tract. de facti scient. & ignoran. dist. 17. num. 16. cum sequent. Cent. 1. per N. C. in tit. de Senatoribus. §. cognoscet etiam Senatus &c. Bellon. de potestate eorum &c. lib. 2. cap. 109. num. 1. & tertio*, & Senatus cognoscit de subreptione gratiarum, an supplex libellus Principi porrectus veritate nitatur. *Thesaur. quaest. Forens. quaest. 4. Costa de re Integr. distinct. 7. Bellon. d. cap. 109. num. 3. cum seq.* & latius dicemus in tit. de interinatione gratiarum.

48 † Quadragessimoquinto, Litterae arrogationis illae appellantur, per quas Princeps, vel Senatus eum, qui est sui iuris constituit, seu efficit in arrogantis potestate. *Bart. in suo tractatu. successio. ab intestato. nu. 8. circa princ. Roffredus Beneuent. de libellis. par. 4. in rubr. de actione ex stippulatu quae interponitur ab Arrogante num. 2. instit. de actio. §. illud propria, & . §. adopt. C. de adoption.* & iste arrogatus succedit, sicut legitimus, & naturalis, & si Pater arrogator exheredaret eum iniuste, restituet bona arrogato, & quartam partem illius, quam habiturus fuisset si arrogator ab intestato decessisset, ita *Bart. eleganter dicto num. 8. circa med. in d. tit. de successiou. ab intestato, vide Roffred. qui supra loc. citat.* vbi exempla adducit, Senatus noster solet has litteras arrogationis emanare, & interponitur auctoritas Comitis Palatini, qui priuilegium habeat ab Imperatore, & à Senatu nostro approbatũ, alias non valeret. *Franc. Marc. quaest. 883. num. 6. par. prima, per glos. in l. si pater Fam. §. in arrogato. ff. de adopt.*

49 † Quadragesimo-sexto Litterae adoptionis sunt illae, quando quis efficitur filius, qui non est. *Bart. in dicto tit. de successión. ab intestato num. 8. circa principium per tex. in l. 1. ff. de adopt. & dicto §.* illud proprie. de adopt., in hac adoptione debet fieri instrumentum, coram Iudice, & interponitur decretum. *Franc. Marc. dicta quaest. 883. num. 6. par.* ita solet etiam Senatus emanare litteras patentes, vt Iudex feriatis feriandis supplican. N. in filiũ adoptare valeat, & prout latius ex *stylo Cancellariae in tit. de litteris adoptionis. Bart. in dicto tit. de successione ab intest. num. 8. circa med.*, ista autem adoptio naturam imitatur, *vt in §. minorum instit. de adopt.* & licet in arrogatione requiratur vocatio, aut consensus agnatorum, secus autem est in adoptione, verum adoptari non potest filius spurius, aut naturalis *Franc. Marc. dicta quaest. 883. nu. 3. & 4. par. 1. per tex. in l. legem. C. de natur. liber.*

50 † Quadragessimo septimo, Litterae appellationis (more nostro Mediolanensi.) sunt illae, quae per Senatum nostrum concedi solent in causis appellationum, cum clausula si appellabilis est causa, debitoq; tempore sint appellat. & de quibus loquitur *Plot. in l. si quando num. 155. C. vnde vi, Costa de facti scientia &c. dist. 84. num. 6. cum seq. cent. 1. & post eos Rugin. de appellat. in praefatione num. 53. & seq. per tex. in l. praecipimus. 32. C. de appellat.* & debet interponi ista appellatio, per litteras Senatus, intra quatriduum currentem à die intimationis, alias transiret sententia in iudicat. *Costa dicta distinct. 84. num. 5. Biminis. cons. 3. num. 23. lib primo, per N. C. in tit. de appellat. post principium*, & quia istę litterae emanant de forma Cancellariae, absq; causae cognitione, num causa sit appellabilis &c. Ideo dicitur mixtus executor, respectu huius capitis, *per tex. in. l. & si non cognitio, & ibi scribentes. C. si contra ius. Felin. in cap. de cetero num. 2. & ibi Abb. col. 2. & DD. de re Iud.* & sic Iudex, verum causa sit appellabilis, vel non poterit cognoscere, *Felin. ibi num. 3. l. quoniã Iudices C. de appellat. Bart. in l. à diuo pio. num. 5. & 6. & 7. ff. de re Iud. Menoch. de arbitr. Iud. quaest. 38. num. 3. lib. 1.* non autem declarare poterit, nec super meritis. *Plot. d. l. si quando num. 155. C. vnde vi, Bart. dicto num. 7.* & petente parte praeceptum appellatione pendente debere reuocari, eo casu poterit Iudex (vbi causa non sit appellabilis) illud reuocare. *Bald. cons. 44. ante numerum primum vol. primo, per d. l. & si non cognitio. C. si contra ius Gratian. discept. forens. 551. nu. 20. Senator Bellon de potestate eorum, qui incont. fiunt, lib. 2. cap. 47. num. 4.* & sic dicitur mixtus in concernentibus executionem, *Felin. cap. pastoralis. §. Quia num. 16. de off. deleg.* quo vero ad commissionem appellationis faciendam, dicitur merus executor. *Felin. in cap. fin. & ibi Abb. de praesumpt. idem Abb. in d. cap. de caetero col. 2. in principio*, vbi inquit, aliquando executionem committi ante cognitionem, & ideo si committitur nudum ministerium, eo casu non poterit Iudex cognoscere, secus vero si committeretur, quid iuris, vt ibi per eum, ante num. 4. *per tex. in cap. pastoralis, & ibi glos. & DD. §. quia vero*, & ibi *Felin. num. 18. in fine, de off. deleg.* & latius dicemus in tit. de mero executore,

Diuisio Secunda.

51 *Litterae fatalium sunt illae, quae emanant in causis appellationum infra annum, biennium, & triennium, quae per Senatum nostrum conceduntur, constito de impedimento supplicantis, vel Iudicis, & quomodo praeliceatur in hac Curia.*

52 *Litterae nullitatis sunt, quando Princeps, vel Senatus committit causam nullitatis Iudici vt de ipsa principaliter cognoscat, & ibi forma traditur, et declaratur stat. 131. vol. primo de appellat. & Const. Med. eod. tit.*

53 *Litterae legalitatis seu testimoniales, sunt illae, quae conceduntur per aliquem superiorem, in quibus attestatur de legalitate illius personae publicae, prout seruatur etiã per Senatum nostrum. prout hic.*

54 *Litterae veniae aetatis sunt illae, quando Princeps facultatẽ minoribus concedit contrahendi, vel distrahendi, vel etiam bona administrandi, modo de sagacitate constet, & quid seruare soleat Senatus noster.*

55 *Litterae veniales dicuntur illae, quibus remittuntur, vel mitigantur poenae, & supplitia, quae à legibus imponuntur, & istae litterae gratiosae, & veniales Principis tripliciter diuiduntur.*

56 *Litterae reconuentionis sunt illae, quando in ius vocatus coram delegato ex rationis ordine impetrandum reconuenire petit, si causa vtroq; tractu expediẽda sit, aliisq; modis declaratur.*

57 *Litterae ad lites de futuro, dicuntur illae per quas mandatur Iudici, vt testes recipiat ad futuram rei memoriã, & quid Senatus noster emanare soleat.*

58 *Litterae restitutionis ab infamia sunt, quando Princeps, quem restituit, & inhabilem, habilem facit ad ea, quae ei alias erant prohibita, & alia exempla ennunciantur, & quid de muliere conuolante ad secundas nuptias, & quid Senatus decreuerit.*

59 *Litterae restitutionis in integrum sunt illae, quandum minoribus laesis conceduntur, verum etiam, & maioribus, & quando retardẽt executionem, & intra quod tempus finiri debeat.*

60 *Litterae ciuilitatis dicuntur illae, quando quis per litteras Principis efficitur Ciuis alicuius Ciuitatis, & quid in eis reseruet Senatus noster.*

61 *Litterae immunitatis sunt, quando Princeps ex benignitate aliquem immunem facit ab oneribus, et quaedam exẽpla ob. 12. libros adferuntur, & de Stilo Ill. Magistratus.*

62 *Lĩae feriarũ sũt illae quãdo Sen. vel Princeps ẽt tẽpe feriarũ agẽdi in causis facultatẽ tribuit, & quando Sen. nõ*

alias

illas concedat, & in quibus casibus dari possint, excipiuntur 20. casus, in quibus etiam non obstan. Ferijs procedi potest.

63 *Littera emancipationis tunc dicuntur, quando quis à nexibus patria potestatis relaxari petit, ita vt sui iuris efficiatur, & quid in eis seruare soleat Senatus noster.*

64 *Littera saluaguardia dicuntur, qua à Principe vel Senatu emanant supplicanti, pendente inimicitia, modo adsit iusta causa, & quando à Senatu nostro concedantur.*

65 *Littera impunitatis sunt, quando Princeps alicui, ex malefactoribus impunitatem concedit, modo scelus omne detegat, ita vt rei, merito supplicio affici queant, et quomodo practicetur, & quando non concedantur.*

66 *Littera remissionis sunt illa, qua interponuntur à sententijs latis per Senatum, vel Magnam Curiam, qua intra biennium emanant, & N. C. de Senatoribus §. potest tamen &c. declarantur, cum epitheto Senatus &c.*

67 *Littera morticinij sunt illa. per quas Princeps facultatem concedit alienandi imobilia in non subditum, dummodo res transeat cum onere suo, & quadam Senatus noster addere solet.*

68 *Littera repudiationis dicuntur, quando conceditur supplicanti, vt hereditatem à Patre repudiatam adire possit, Senatus addere solet, modo Idoneam prastet fideiussionem de satisfaciendis creditoribus.*

69 *Littera citatoria sunt ille, per quas mandatur Iudici, vt reum citet in illo loco, in cuius Principis Iurisdictione reperitur, & quid Senatus soleat.*

70 *Littera sexagenaria atatis dicuntur illa, per quas, edicitur, & dispensatur, vt supplicans pro debito ciuili carceri non emancipetur, Senatus tamen addit procedere tantum respectu eorum creditorum, qui citati fuerunt, & quando littera non procedant, sex casus adferuntur, & quando detur captura.*

71 *Littera fidantia dicuntur, quando Princeps, bannitos, cōdemnatos, vel de nouo crimine accusatos affidat, vt veniant deffensioni, modo in carceribus se constituant, & quid Senatus noster emanet.*

72 *Littera attestatoria dicuntur, quando emanant ad fidem prastandam de aliqua re, vel persona, & exempla hic adferuntur.*

73 *Littera inhibitoriales dicuntur, quando Princeps mandat Iudici, vt inhibeat parti, ne quid noui vel contra ius fiat, & quando Senatus eos emanet.*

74 *Littere inquisitionis sunt illa, qua super aliquo crimine ad prosequendam accusationem Impetrantur.*

75 *Littera monitoria, seu potius excitatoria sunt illa, per quas Iudex non efficitur delegatus, sed tantum mouent Iudicem ordinarium, sed propria monitoria dicuntur, quando Princeps iubet moneri aliquem, vt coram se sistat, prout ex litteris Senatus nostri hic recensetur.*

76 *Littera preceptoria sunt illa; quibus pracipitur Iudici, ad quem monitoria littera directa sunt, vt illas omnino exequatur, & de litteris aut pareat, aut rescribat, litteras autem executoriales vide supra num. 7.*

77 *Littera abolitionis dicuntur ille quando Princeps omnem Infamia maculam aboleri mandat omnibus Iudicibus, prout seruare solet Excellentiss. Gubernator noster in suis litteris gratia.*

78 *Littera suspicionis fuga dicuntur ille, quando mandatur Iudic. vt absq; aliqua monitione reum comprehendi, et in carceribus detrudi faciat, facta tamen fide de credito, & fuga suspitione, & quid in huiusmodi seruet Senatus, & de praxi Mediolanensi.*

79 *Littera recredentia, tunc dici possunt, quando Princeps mandat, vt Iudex, ei, qui potiora iura, vel titulum potiorem ostendet, eidem bona adiudicet.*

80 *Littera compulsoria sunt illa, qua impetrantur super instrumento obligatorio incohaturq; lis per supplicationem, & reus citatus non comparet, & tunc littera compulsiue emanant, super petitis in supplicatione, et quādo rescriptum resoluatur.*

81 *Littera attentatorum dicuntur ille, quibus mandatur Iudici, vt si quid per viam attentati actum est, illud omnino reuocet.*

82 *Littera conseruatorum dicuntur ille, quando Princeps delegat aliquem Iudicem, vel Magistratum in omnibus causis alicuius Monasterij, vel Congregationis, iam ipsis motis quā etiā mouendis, et quomodo differat Delegatus a Conseruatore.*

83 *Littera reuocationis exulis sunt, quando Princeps bannitum, vel condemnatum restituit ad prouinciam suam.*

84 *Littera supersessoriales dicuntur ille, quando mandat Princeps, vel Senatus, vt attento recursu petito, super nullitate sententia, Iudex supersedeat ab executione sententia, & alio modo etiam dicuntur, vt hic in fine exemplaq; adducuntur, & ibi stat. 131. vol. 1. declaratur.*

85 *Littera manutentionis ille appellantur, quando Princeps mandat Iudici, vt supplicantem manuteneat in sua possessione, illumq; molestari non permittat.*

86 *Littera reintegrationis sunt illa, quando Princeps mandat, quod vbi res distracta, & per plures personas aliēta sint, vna ea commixtione citentur omnes ad comparendum in causa.*

87 *Littera restitutionis bannitorum, tunc dicuntur quando Princeps mandaret Iudici, vt bannitum captum in alieno territorio omnino restituat, & quomodo.*

88 *Littera recursus sunt ille quando Princeps, vel Senatus litteras concedit supplicantibus lasis, vt non obstantibus sentētijs conformibus, vel vbi etiā non detur appellatio, admittatur supplicās, & vt cognoscantur grauamina, & quid Senatus concedere soleat.*

89 *Littera ad nouas defensiones sunt illa, qua emanant condemnatis, vel bannitis modo sistant in carceribus, & quomodo admittantur vide hic.*

90 *Littera, vt criminaliter procedi non possit, tunc dicuntur, quando res habet originem à contractu, & vbi non adsit vis, vel dolus, & quid Senatus concedere soleat.*

91 *Littera separationis bonorum defuncti dicuntur illa, qua emanant in causa; vbi Inuentarium confectum non est ab herede, creditoresq; illas litteras impetrant, ad hoc, vt separētur bona antequam bonis hareditatis immisceantur.*

92 *Littera alimentorum, & expensarum litis dicuntur illa, quando agitur de toto patrimonio super eoq; adest presumptio boni iuris, tunc emanant littera, vt Iudex prouideat de opportunis alimentis, & expensis litis, & quando alia expensa peti possint.*

93 *Littera fideiussionis ille appellantur, quando Princeps mādat quod vbi incontinenti appareat nil deberi, quod acceptetur fideiussio in forma depositi, non obstante statuto, & quomodo &c.*

94 *Littera mora dicuntur ille, quibus mandatur Iudici, vt vbi fideiussores reum consignent in carceribus, incontinenti admittantur ad moram purgandam.*

95 *Littera contra fideiussores sunt ille; quibus mandatur Iudici; vt vbi contingat reos principales condemnari non citatis fideiussoribus, quod nihilominus cogantur fideiussores ad solutionem eius pro quo fideiusserunt.*

96 *Littera eiectionis furis dicuntur ille. quando Princeps, vel Senatus mandat Iudici, vt vbi fures modico tempore fuerint in territorio Iudicis, in quo rē furtinā asportauerint, furtumq; in alio territorio extra Dominium comiserint, huiusmodi fures è dominio statim eijciat, & quid seruauerit Author.*

97 *Littera excusationis tutela sunt, quādo Princeps mandat, vt per supplicātem reddita administratorum ratione, illum ad excusationem tutela admittat, citatis alijs proximioribus agnatis, & quid Senatus noster emanat, & quando excusatio dicatur legitima.*

98 *Littera liberationis sunt ille quando Princeps post reuocationem exulis mandat Iudici, vt supplicantem molestari*

ab ali-

ab aliquo non permittat, idem Senatus noster solet emanare.

99 *Litteræ placitoriæ dicuntur illæ, quando Princeps, vel Sen. etiam non subdito, vel non supposito, facultatem concedit, vt bonorum possessionem apprehendere possit, idem concedit Senatus.*

100 *Litteræ successionum tunc illæ appellantur, quando conceditur exteris, vt in dominio succedere possint, modo in ditione veniant ad habitandum, & ibi declaratur N.Conšt. Mediolani, in tit. de pœnis. §. Collegijs in fine, vbi nonnulla notabilia adducuntur.*

Diuisio Secunda.

51 † QVadragessimo octauo, Lræ fataliũ, sunt illæ, quæ emanãt in causis appellationũ infra annũ bienniũ, vel trienniũ, & p Sen. nñum emanare solẽt cõstito de impedimẽto supplicantis, vel iudicis, imò de forma conceduntur, prout etiam not. in praxi. *Apošt. ad štat. Mediolani, cap.* 131. *vol.* 1. *num.* 479. *&* 480. *per Affišt. in conšlit. Regni in rubr.* 45. *de appellat. nu.* 29. *lib.* 2. & *Mynsinger. sing. obser. cent.* 3. *obser.* 54. *num.* 2. *Neuiz. cons.* 41. *nu.* 6. *Signorol. cons.* 252. *Dec. cons.* 436. *& Guid. Pap. singul.* 695. Ideo intra primum fatale obtinetur secundum, alias appellatio esset deserta. *Gratia. discep. for. lib.* 1. *cap* 61. *nu.* 15. & ita seruatʳ in hac Curia, & quomodo ꝓbetur impedimentum docet *Mynsinger. obser.* 92. *centur.* 3. *per tot. Cošta de facti scientia, & ignor. inspec.* 20. *num.* 3. *in allegatione sua, & Alciat. cons.* 36. *num.* 5. *lib.* 6., tertium fatale non dari ipso iure, sed impetrandum esse, censuit ☞ *Senatus anno* 1599. *die* 12. *Augušti*, & fatale primum incipere à die statim interpositæ appellationis, *declarauit Senatus anno eodem*, quod etiam est de iure communi. *Ortan. in c. quoniam contra cap.* 10. *nu.* 51. *ad fin. de probat. Guid. Papa. singular.* 695. Solet etiam Senatus protogare de anno, in annum, vt ex ritù Cancellatiæ si autem ex incuria, & negligentia partis, esset lapsum fatale, tunc erit locus desertioni, & essent decernendæ executoriales. *Rota. Roman. decis.* 290. *in fine par.* 3. *lib.* 2. *& Cošta d. inspectione* 20. *num.* 11. limita, & declara, vt per *Polidor. Ripam. obser.* 113. *per totum, & obser.* 114. Ideo Senatus concedit secundum fatale, & tertium. *Cošta d. allegat. nu.* 2. *& seq.*

52 † Quadragessimo nono, Litteræ nullitatis sunt, quando Princeps, vel Senatus causam nullitatis committit Iudici, vt super ipsa principaliter cognoscat, vt per *Vant. de nullit. in tit. quot, & quibus mod. nullit. in iudicio propon. possit num.* 30. *Gozad. cons.* 101. & possunt etiam impetrari litteræ, vt Iudex nullitatis, statuat parti terminum ad eas nullitates probandum, aliter, quod ad executionem sententiæ deueniat, vt per eundem. *Vant. in tit. quoties, & intra quod tempus, de nullit. agi potešt num.* 7. *per Cassad. decis.* 4. *in fine. de dilat. facit. tex. in l. diffamari. C. de inge. & manum. Rota. decis.* 305. *in antiq. Alex. cons.* 108. *viso &c. in* ☞ *fine lib.* 1. Solet Senatus noster dare litteras, vt vbi debito tempore dictum fuit de nullitate, & de iure dici potest, causam confidenti partium, vel vnius in contumatiam alterius, vni ex I. P. de Collegio committat, qui de viribus ipsius nullitatis cognoscat, & iustitiam faciat, *vt ex ritibus Cancellariæ colligitur*; debitum autem tempus erit infra terminum quatuor dierum continuorum, à die latæ sententiæ, *iux. dispositionem štatut.* 131. *vol. primo in rubr. de appellat.*, verum ex *dispositione N. C. d. tit. de appellat.*, requiritur intimatio sententiæ, & sic à die intimationis currunt dicti dies quattuor continui, & post dictum terminum quattuor dierum, nullitas etiam notoria ex eisdem actis, & ex deffectu citationis censeretur reiecta ab hoc statuto, & Constitutione Mediolani, *Achil. de Grassis. in decis. Rota.* 15. *sub tit. de constitut.* & ita declaratur. *d. štat.* 131. *vol.* 1.

Nam statutum præfigens terminum, ad dicẽdum de nullitate, facit, vt post dictum terminum, nullitas notoria etiam ex deffectu citationis, dicatur exclusa, licet alias reiectis nullitatibus simpliciter, non censeretur reiecta, per *Philipp. Franc. in c. delecta quašt.* 54. *de appellat. Alex. cons.* 105. *col.* 2. *vers. quia respondeo vol.* 5. *nu.* 7. *in fine, & cons.* 225. *vol.* 6. *num.* 8. *in fine, & num.* 17. *Socin. cons.* 121. *vol.* 3. *Iason. cons.* 220. *lib.* 2. *Plot. cons. suo* 63. *num.* 4. *vol. primo, & in l. si quando in verbo decretum de appellationibus num. primo, per Paris. cons.* 95. *štatut. vol.* 1.

Quod procedit etiam si opponeretur nullitas, tam agendo, quam excipiendo, vel per officium Iudicis. *Achil. de Grassis. decis.* 16. *nu. primo, de constitut. Petr. Ferrar. in forma exequut. sententia &c. in glos. sapiens. col.* 4. *vers. quæro quid si statutum &c. nu.* 11. *Plot. d. verbo decretum de appellat. num.* 1. *in fine Castrens. cons.* 289. *col.* 2. *in* 2. *dubio num.* 2. *lib.* 1. fallit tamen, primo si nullitas prouenerit ex statuto non seruato. *Plot. cons.* 13. *n.* 17. 2. in casu duarũ conformium, nam eo casu posset opponi notoria nullitas, & iniquitas, vt per *Plot. loc. citato in fine. & nu.* 255. *&* 276. *in d. l. si quando. C. vnde vi*, & sic declaratur Constitutio de appellat in principio, & §. lata sententia &c. *idem not. Alex. cons.* 77. *num.* 16. *lib.* 3. *& nu.* 22. *per Olarad. cons.* 111. *incip. quod littera executiua &c. Brun. cons.* 2. *col.* 3. *Alciat. de præsumpt. reg.* 3. *præsumpt.* 9. limita, vt per *Marsil. singul.* 354. *&* 438. *per DD. in l. pacta nouissima. C. de pactis*, & sic quando principaliter nullitas deducitur, eius instantia triennio finitur. *Vant. d. tit. de nullit. quoties, & intra quod tempus &c. num.* 8. *in fine*, Verũ ita nullitas principaliter deducta, maximam habet conformitatem cum appellatione, quia deuoluit negotium principale, *Alex. d. cons.* 225. *vol.* 6. *num.* 27. *& cons.* 79. *num.* 2. *lib.* 2. *Vant. qui supra num.* 10. potest etiam ista nullitatis dictio, simul interponi cum appellatione, scilicet, quod in quantum sit nulla, dicatur nulla, & in quantum aliqua, dicatur iniusta. *per štat. Mediolani* 146. *vol.* 1., & ideo si quis dicat sententiam nullam, & si qua est apello, & declarati petat absq; vlla appellatione, dicitur etiam nullitatem proponere, vt per eundem. *Alex. d. cons.* 225. *nu.* 25. *lib.* 6. si autem nullitas incidenter, & accessoriè cum ipsa appellatione fuerit deducta, tunc deserta causa principalis appellationis, etiam causa nullitatis deserta reputabitur, per *Vant. d. titul. quoties, & intra quod tempus &c. num.* 8. *circa finem, & dicemus infra num.* 84.

53 † Quinquagessimo, Litteræ legalitatis, seu testimoniales dicuntur illæ, quæ emanant per aliquem Superiorem, in quibus attestatur de legalitate illius personæ publicæ, prout fit de Cancellarijs, Notarijs, ac etiam quandoq; de Eggregijs Secretarijs. *Castrens. cons.* 395. *vol.* 1. *nu. primo, & secundo in noua impressione. Asin. sua prax. par.* 2. *cap.* 30. §. 3. *nu.* 2. *Osasc. decis.* 117. *num.* 2. *cum seq. facit. tex. in auth. de fide instrumentorum & l. pacta nouissima. C. de pactis, & l. quæ in Prouincia. §. diuinis. ff. de rit. nupt. specul. in tit. de instrumentorum editione*, & licet Mediolani hæc legalitas Notarij, fiat per DD. Abbates Notariorum, cum impræssione sigilli Cæsarei, attamen in aliquibus Oppidis, & locis huius Dominij, solet fieri per Prętores locorum, cum eorum sigillo & subscriptione, prout fit in Oppidis Soncini, Gallarati, & aliorum locorum &c. *Castrens. cons.* 395. *num. primo, cum seq. vol. primo Osasc. d. decis.* 117. *nu.* 2. *&* 3. fides autem ☞ legalitatis Eggr. Secretarii Senatus, fit per eundem Sacrum ordinem, *prout in ritibus Cancellariæ in tit. de litteris legalitatis.*

54 † Quinquagessimoprimo, Litteræ veniæ ætatis, sunt illæ, quando Princeps facultatem minoribus concedit, contrahendi, vel distrahendi, vel etiam bona administrandi

strandi modo de sagacitate minoris constet per informationes ab Eggregio Secretario habitas, ætatiq; perfectæ proximus sit. *P. Grego. Tholosan. in cap. 22. huius tit. nostri lib. primo, & cap. 50. per tex. in l. 2. C. de his, qui ven. ætat. impetrauer. Cassiad. lib. 7. variar. c. 41.* ætas pariter instrumentis, ac testibus, natiuitatis scriptura, & aliis legitimis demonstrationibus probatur, *per tex. in l. 2. §. ætas. de excusat. Tutor. l. cum de ætate 13. de probat. Athenis* enim adolescentes in lexiarchico comentario positi, ac censiti suæ tutelæ efficiebantur, tumq; ius administrādi patrimonii erat eis, *Teste Iulio Polluce, & Leo. Cæsar. in nouell. 28. quo temp. & a quibus &c. ad l. Cod. Iustin. P. Greg. d. cap. 22. lib. primo de rescript. nu. 4. & 5. cum seq.* sic etiam Senatus noster huiusmodi litteras emanare solet, dummodo minor ætati perfectæ proximus sit, & sumuntur informationes de sagacitate, conceduntur tamē cū ea lege adiecta, vt absq; consensu alieno, minor contrahat, modo ad ad alienationem, vel obligationem bonorum non deueniat, prout ex ritibus Cancellariæ, conceduntur pariter dispensationes superuenia ætatis, cum formis traditis per Cancellariam Senatus, & tunc contractus per eosdem minores celebratos sustinerentur, ac vires suas nanciscuntur, non secus, ac si, cum maiore contractum fuisset, idq; extra ordinis iuris, *per tex. in l. 3. ff. de minor. lib. 4.* Ea propter etiamsi minus idoneæ rem suā hic minor administrauerit, vel alienauerit in integrū restitutionem implorare nequibit, ne ii, qui cum illis contraxerint circumscripti authoritate principali videantur. *per tex. in l. prima C. de his, qui ven. ætat. Impetra. lib. 2. P. Greg. d. cap. 22. lib. primo, num. primo, circa fin. de rescript.* Ideo attenta illa clausula, modo non deueniat ad alienationem &c. si minor sagax deueniret ad eam alienationem, nō valeret, cum illa clausula modum importet, vt *per Barbos. de clausu. & dictionibus. dictione 80. nu. 4. Card. Seraphin. decis. 338. num. 4.*, nam esset contra formam litterarum, ideo non mirum, si viribus non subsisteret, *Ludou. s. Pont. decis. prima, num. 2. Caned. singul. 11. pract. quæst.*

55 † Quinquagessimo secundo, Litteræ veniales dicuntur illæ, quibus remittuntur, vel mitigantur pœnæ, & supplitia, quæ à legibus imponuntur, vel statutis, idq; vel ante condemnationem, vel post per *tex. in l. Diui fratres. ff. de pœnis, & in l. si quis filio. §. quid tamen. ff. de inuust. rupt. Tholosan. cap. 32. lib. primo, de rescrip. num. primo,* Verum istæ gratiæ Principis, seu indulgentiæ, vel absolutiones, tripliciter diuiduntur, aut scilicet sunt de mera gratia, aut de Iustitia, aut sunt mixtæ. Ex gratia sunt illæ, quæ fiunt à Principe, pro eius iocundo aduentu, pro delictis iam patratis, prout sunt generales abolitiones, & similia generalia indulta; ex iustitia autem, veluti quando Princeps monetur ad remittendam pœnam in delictis, quæ excusantur à iure aliqua causa interueniente ab ipso iure permissa, veluti, dum permittitur homicidium, in personam adulteri comperti cum vxore, vel filia, *per tex. in l. Graecchus. 4. ff. ad l. Iul. de adulter. l. marito eod. tit.* Excusat pariter infantem, vel furiosum, alium occidentem. *per tex. in l. si furiosus. ff. ad l. Cornel. de sicar.* vel quando petitur absolutio iuramenti cum simil. &c., mixtæ vero ex Iustitia, & gratia conficiuntur, sic igitur cognoscuntur differentiæ, & vt latius trad. *Tholos. cap. 32. num. 2. lib. primo de rescript. Io. Anto. Zanat. in sua prax. fori Mediol. n. 386.* istæ autem litteræ gratiosæ criminū emanant per Reg. Gubernatorem nostrum Excellentiss., vt suo *proprio tit. subnectemus.*

56 † Quinquagessimo tertio, Litteræ reconuentionis sūt illæ, quando quis vocatur, corā delegato, vel ordinario ex rationis ordine, sicq; impetrantem reconuenire petit, si causa vtroq; tractu expedienda sit, licet causa respectu reconuentionis ad eum Iudicem non spectet Iurisdictio. *P. Grego. Tholos. cap. 37. num. 4. circa med. lib. primo huius tit. nostri, per tex. in c. primo de mutuis petit. cap. prudentiam. in fine. de officio. deleg.*, prout si quis vellet reconuenire actorem in causa litterarum cambij, coram alio Iudice, quā DD. Abbatibus Mercatorum Mediolani, cum alij Iudices, quam ipsi Abb., se in illis ingerere non possint. *per N. C. in tit. de off. Abb. & Cons. Mercatorum. §. cognoscent etiam, & cap. quotiescumq;, quo in loco expendit Costa in sua prax. conext. par. prima num. 176.* quod pariter procedit sine agant, sine conueniantur, vt ex *decreto Senatus dici 16. Martij 1560.* Vbi autē nō adesset distinctio iurisdictionis, poterit quis actorem reconuenire, etiam huiusmodi litteris non obtentis. *per tex. in l. prima in fine. ff. quæ sent. sine vlla appell. rescind. P. Grego. d. cap. 37. nu. 4. circa fin.* tex. in cap. ex tenore, & præcedent eod. tit. de for. competen. per tex. in cap. primo. & 2. 11. quæst. 1. Si autē in delictis, quis esset de maiori Magistratu traheret ad se omnes alios delinquētes. *per N. C. huius dominij in tit. de Phendis. cap. si contingat &c. per tex. in l. 2. & l. nulli prorsus. C. de iud. l. 1. & 2. ff. de quibus rebus ad eundem Iudicem. eatur lib. 11.*

57 † Quinquagessimo quarto, litteræ ad lites de futuro dicuntur illæ, per quas mandatur, vt depositiones testiū recipiat Iudex ad futuram rei memoriam, licet adhuc controuersia orta non sit. *Tholos. in d. cap. 37. n. 8. lib. 1. hoc tit. nostro, per tex. in cap. quoniam 5. Vt lit. non contes. non proced. & Clemen. significauit de testib. Paul. in l. in lege Aquilca. ad l. aquil.* emanant .n. huiusmodi litteræ, dum dubitatur de morte, vel longeua absentia testium; Mediolani enim hæc examinatio est prohibita, absq; litteris Senatus, *per Non. Constit. tit. de probat. §. sed* quoniam, idem etiam seruatur in Gallia ad trad. per eundem *Tholos. d. cap. 37. num. 8. circa med. Videas. N. C. loc. citat.*, vbi traditur forma, Sen. etiam solet huiusmodi litteras emanare, cum clausula, vbi testes recedere, vel abire contingat, prout latius ex ritū Cancellariæ, suo proprio titulo. *Vide Costām de remed. subsidiar. pag. mihi 20. num. 2. & D. Menoch. de arbitrar. Iud. casu 60. num. 11. cum sequen.*

58 † Quinquagessimo quinto, litteræ restitutionis ab infamia sunt, quando Princeps, quem per restitutionem in integrum eximit, & inhabilem, habilem facit ad ea alias prohibita. *Tholosan cap. 33. num. 12. lib. primo de rescriptis, per tex. in l. 1. §. de qua autem restrictione. ff. de postulando, & in nouell. 22. de nupt. §. si qui vtro ex prioribus cap. 22.* Doctor autem restitutus, non recuperat locū pristinū in Collegio, nā pro nouitio habetur. *Gail. prac. obser. in tit. de pace publica lib. 2. c. 19. nu. 5. per Menoc. de recuperand. possessione remed. 16. nu. 101. cum sequen.* an autē restitutus recuperet bona alienata, vide *eundem Gail. d. cap. 19. lib. 2. nu. 30. de pace pub. & Clar. sua prax. crimin. §. fin. quæst. 59. vers. it. quæro &c.*

Statuit quoq; Imperator, mulierem connolantem ad secundas nuptias intra annum luctus, infamem esse, si habet filios, & ideo restituitur ab hac infamia per Principem. *Tholosan. dicto cap. 33. nu. 12. circa med. lib. 1. de rescript. per tex. in cap. penult. & fin. de secundis nupt. Azo. in sua summa,* eodem tit. Sen. autem noster ex nouo decreto anni 1621. *statuit huiusmodi litteras cōcedendas non esse nisi prius audita parte.*

59 † Quinquagessimo sexto, litteræ restitutionis in integrum, sunt illæ, quæ conceduntur minoribus, vel etiā maioribus læsis, per clausulam generalem, si qua mihi iusta causa esse videbitur, quæ facultas Senatui nostro tributa est. *per Cæsar. Constit. in tit. de Senatoribus. §. habeatq; idem Senatus &c.* quod etiam *trad. Tholosan. d. cap. 33. nu. 14. 15. & seq. lib. 1. hoc. tit. nostro, vbi attestatur.* Ità seruari in Gallia, & diximus etiam in tit. de litteris mixtis preludio vltimo. Ista autem restitutio, attenta clausula in litteris Senatus nostri apposita &c. scilicet eam in integrum restitutionem concedat Iudex, quæ de iure, si erit minor, requiritur probatio,

batio, nedum minoris ætatis, sed etiam læsionis, in maiore autem requiritur, nedum probatio læsionis, verum etiam & iusta causa, ad hoc, vt restitutio cõcedi debeat per Iudicem delegatum. Virgin. Boccat. in const. Marchiæ glos. 8. num. 99. Gabr. sius communibus in tit. de execut. res Iud. num. 41. conclus. 1. Apostillator ad stat. Mediolani cap. 116. vol. 1. nu. 223. & 224., imo etiã quod sit enormis, vt voluit. Bursat. cons. 114. vol. 1. nu. 33. quæ restitutio incipit à die scientiæ ad eam petendam, durat enim per quadriennium, intra quod finiri debet. Diaz. reg. 653. restitutio &c. Apostillator loc. citato num. 222. cum seq. Bursat. cons. 78. num. 3. vol. primo, quo tempore elapso, non admittitur amplius. Conar. pract. quæst. cap. 14. num. 14. vers. inde minor &c. Apostillator, qui supra num. 224. Hæc igitur restitutio ex rescripto concessa, non retardat executionem secundum. Polidor. Ripam sing. obser. lib. 1. obser. 277. num. primo Mynsing. obser. 80. cent. 6. fallit tamen hęc regula, quando restitutio esset redacta ad terminos iuris communis, vt per eundem Ripam d. obser. 277. nu. 2. & quando cessat calumnie præsumptio. Verùm in argumento innouationis impediendæ, obtinetur præceptum à Iudice, ne quid dicta restitutione pendente, quid innouetur &c. & tunc impedit executioné, donec fuerit cognitum per Iudicem, cum reguletur ad instar appellationis. Costa. cons. 66. num. 2. lib. primo, quando autem restitutio esset petita post ceptam executionem sententiæ, tunc non suspendit secundum. Mastrill. decis. 30. nu. 2. lib. primo, vbi nu. 10. distinguit, quod aut agitur de executione iuris, & tunc operari effectum suspensiuum, aut de executione facti, & tunc non suspendit, vt ibi per eum, & diximus in tit. de litteris mixtis, vltimo præludio, & hæc restitutio peti debet re integra, idest ante alienationem. Cranett. cons. 151. num. 29.

60 † Quinquagessimo septimo. Lrę ciuilitatis dicũt illę, quando quis p lras Principis efficitur Ciuis alicuius Ciuitatis, nam perinde habet, ac si originarius esset. Gail. pract. obser. lib. 2. obser. 35. nu. 5. P. Grego. Tholos. cap. 10. lib. 1. de rescript. n. 16. per tex. in l. ciues 7. de Incolis. l. sed si accepto. ff. de iur. fisci. Ideo isti Ciues tenentur subire onera personalia, ad quas tenẽt incolæ Ciuitatis, Costa. cons. 41. n. 17. et in suo tit. de facti sciẽtia &c. distinct. 29. cent. 2., ac ẽt p muneribus, & collectis. Capyc. decis. 162 n. 17. circa med. Imo etiam soluere tenentur extimum, vbi bona sita sunt. Alex. cons. 145. n. fin. lib. 2. Verũ hanc ciuilitaté obtinens p rescript. non dr de iurisdictione, respectù successionis ab intestato, cũ nõ respiciat dispositioné Statuti Mediol. cap. 310. nulla mulier &c. cũ cap. sequenti vol. 1. idem not. Apost. ad stat. Mediol. 311. nu. 35., cum ẽt Senatus nr soleat huiusmodi lras ciuilitatis concedere, cũ reseruatione, vt non præiudicent iuribus Collegiorũ, ac ẽt stanitorũ &c. Apost. etiam not. ad stat. 353. num. 15. vol. 1. & stat. 311. num. 35. eod. vol. 1.

61 † Quinquagessimo octauo. Lræ immunitatis sũt, quãdo Princeps ex benignitate, aliqué immunem facit ab oneribus. Plot. cons. 96. n. 8. Borell. de Reg. Cath. prestan. c. 33. nu. 2. 3. & seq. Cardin. Paris. cons. 69. vol. 1. Ioseph. Ludou. decis. 3. num. 4. Carol. Tapia de constit. Princip. in rubr. c. 4. n. 30. hocq; priuilegiũ nedũ extendit ad bona præsentia, sed ẽt in futurũ quætẽda. Borell. d. cap. 33. nu. 23. Menoch. cons. 70. vol. 1. n. 2. adest etiã ordo Senatus, hoc declarans in causis immunitatũ ob 12. liberos ann. 1605. diei 6. Aprilis, verũ nõ se extendit ad munera ordinaria à iure stabilita, sed tantũ ad extraordinaria ẽt respectu immunitatis ob 12. liberos, ex decreto Senatus diei 27. Ianuarij 1554. secus vero, quo ad lectores Papiæ. Costa de re integra dist. 61. num. 7. Io. de Amicis. cons. 18. nu. 6. D. Bimius cons. 12. n. 56. vol. 1. Plot. d. cons. 96. nu. 3. & seq. vol. 1. idem ẽt cauent ordines Ill. Magistratus ordin. cũ ẽt Senatoria dignitas, ab huiusmodi ordinarijs oneribus nõ liberetur, secundũ Mastrill. decis. 156. n. 12. et 27. put latius diximus in tract. de Senatoribus par. 4. Ideo Sen. nr has lras cõcedere nõ solet secus quo ad 12. liber., vt ex ritu Cancellariæ. Polid. Ripa. obser. 215. n. 1. & 2. D. Bellon. de potestate eorũ, quæ incontinent lib. 2. c. 28. n. 1. Thesau. decis. 267. n. 4. & seqẽ. quæ imunitas extẽdit ẽt ad colonos, & partiarios, nõ quo ad bona per eos cõducta, sed tãtũ quo ad eorũ exercitiũ, vt * dispunũt ordines Magist. superinde aditi anno 1614. & ideo limitat decis. Capyc. decis. 12. et Borell. loc. cit. & ita seruat in hac Prouincia, adsunt ẽt ordines Sen. in prima impssione decretorũ videas eos, & alios passim æditos.

120 *Litteræ interrogatoriæ dicuntur, quibus mandatur, vt Impetrans interogetur, num eius litteris impetratis, vti velit, & cur, & inibi declaratur Statut. Mediol. 76. vol. 1. & Non. Const. tit. de pænis. §. eisdem pænis &c.*

121 *Litteræ calumniæ dicuntur, quando mandatur Iudici, vt constito de calumnia aduersantis, illum in expensis in causa factis omnino condemnet.*

122 *Litteræ admissionis mulierum ad successionem, tunc dicuntur quando Princeps, vel Senatus emanat, vt ipsæ extra Ducatum nubere possint, modo in Dominio nubant, in hereditateq; succedant, licet non subdito nubant, & quomodo procedat.*

123 *Litteræ fideiussionis in causa arbitramentorum, dicuntur, quando mandatur Iudici, vt fideiussionem loco depositi in ipsa causa reussionis arbitramentorum, omnino recipiat.*

124 *Litteræ recognoscendi sunt illæ, quibus mandatur Iudici, vt processum agitatum super fors extractione, omnino ad Senatum transmittat, effectus, vt cognoscatur nũ extractioni locus sit.*

125 *Litteræ ad pecunias parandas dicuntur illæ, quæ conceduntur in casibus, in quibus moratoriæ dilationes prohibitæ sunt, & casus prohibiti declarantur hic.*

126 *Litteræ ob debita priuata sunt illæ, quæ debitoribus conceduntur regulariter cum dilatione vnius mensis, modo summam lib. tercentum non excedant.*

127 *Litteræ ad docendum de appellatione sunt illæ, quæ anticipationis dicuntur, quibus impetratur, vt terminus parti statuatur ad docendum de appellatione, & ad eã comitti faciendum, aliter Iudex ad vlteriora procedat, & num ? lapsus huius termini operetur desertionem ac etiam vtrum possit prorogari, vt hic in fine idem dicitur de litteris ad docendum de nullitate.*

128 *Litteræ præiuditiales dicuntur, quando Princeps mandaret Iudici, vt nulla præscriptione obstante in ipsa causa ad vlteriora procedat, & tunc solet peti, vt dictæ litteræ reducantur ad ius commune.*

129 *Litteræ legis diffamari sunt, quando Princeps, vel Senatus mandaret Iudici, quatenus statuat illi, qui se iactat perhemptorium terminum ad ius suum ostendendum, quo elapso, & de iure suo non edocto, imponat ei perpetuum silentium, & quomodo procedat.*

130 *Litteræ non numeratæ pecuniæ sunt, quando emanant, vt confitens admittatur ad probãdum pecuniam non numeratam fuisse, non obstante lapsu dierum triginta.*

131 *Litteræ ob metum, vel dolum, sunt quando Princeps mãdat, vt Iudex supplicantem admittat ad probandum se per metum, vel dolum inductum fuisse, ad promittendum in instrumentento contenta.*

132 *Litteræ cum benefitio legis, & inuentarij, sunt quando quis impetrat, vt hæres esse possit cum benefitio legis, & Inuentarij.*

133 *Litteræ reparationis nullitatis sunt, quando quis impetrat, vt Iudex ordinarius sententiam nullam confirmare possit.*

134 *Litteræ pro cautione in causa cridarũ sunt, quãdo Princeps emanat, effectus vt teneatur creditor pretij bonorũ venditorum, idoneam præstare cautionem durantibus cridis emptionalibus.*

135 *Litteræ etiam impetrantur, vt vidua mulier radijs mariti corruscat, licet secundo nubat.*

136 *Litteræ etiam obtineri possunt, vt nullus alius typis libros dare audiat sub certo termino.*

137 *Litteræ etiam obtinentur, vt Tutor seu Curator plenissime à Iudice recipiat, de administratis liberationem.*

138 *Litteræ impetrantur quoq;, vt vbi Iudex alienata esse in fraudem cognoscat, illam alienationem reuocet.*

139 *Litteræ pariter solent obtineri, vt actus in causa actitati exhibeantur, licet sint tempora elapsa probationum.*

140 *Litteræ etiam possunt impetrari, vt conditionalis debitor, omnino caueat de soluẽdo debito adueniẽte die, vbi appareat de dilapidatione.*

141 *Litteræ etiam obtinentur, vt causa cognoscatur simul in petitorio, & possessorio, & de iuribus vtriusq;*

142 *Litteræ pariter obtineri possunt, vt simul, & semel Iudicetur de nullitate sententiæ, de attentatis, & de negotio principali.*

143 *Litteræ quoq; emanant, vt omissis nullitatibus, & attẽtatis constito de bono iure, & paupertate supplicantis, Iudex ad expeditionem causæ deueniat.*

144 *Litteræ etiam impetrantur, vt Iudex sollenitate citationis omissa non obstante, procedat, modo citatio ad notitiam ipsius citati peruenerit.*

145 *Litteræ pariter obtineri poterunt, vt Iudex nullitatibus reiectis, modo ex deffectu iurisdictionis, mandati, & citationis non sint, ad causæ expeditionem deueniat.*

146 *Litteræ etiam emanant, vt Iudex tempus ad conficiendum inuentarium à lege statutum proroget, modo tempus adhuc duret.*

147 *Litteræ etiam quandoq; Impetrantur, vt iniurioso, vel tumultuoso inhibeatur per Iudicem, ne domum supplicantis accedat.*

148 *Litteræ etiam emanant, quando sollennitas testamenti defficit, vt ipsi sollennitati derogatum sit cum clausula non obstantibus &c. & quomodo.*

149 *Litteræ quandoq; obtinentur, vt supplicans iuditium in alio loco instituere possit, ob perhorescentiam eius aduersantis, & quando vide hic in fine.*

150 *Litteræ de minori lucro sunt, quando Princeps mandaret, vt conductori compensetur lucrum cessans, quod ex facto locatoris prouenit ex causa iniusta.*

DIVISIO TERTIA.

101 † NOnagessimo octauo. Litteræ perhemptoriæ sunt, quando Princeps, vel Senatus mandaret Iudici, vt statuat parti terminũ, qui perhemptorius sit ad respondendum, aliter eo elapso, & non data responsione, intelligatur præclusa via amplius respondendi. *Guid. Pap. cons. 24. num. 4. Cassaneus. cons. 11. num. 73. Lancellot. tract. de pretore. lib. primo cap. 9. §. 2. de excep. num. 11.* cum etiam terminus ad contradicendum cridis perhemptorius sit. *Senator Bellon. lib. 2. de his, quæ incontinenti &c. cap. 33. num. 5. Menoch. cons. 516. nu. 1. Gratian. decis. 198. nu. 26.* prout pariter, quãdo mandat Senatus, vt Iudex statuat parti terminum ad docendum de appellatione aliter eo termino elapso ad vlteriora procedat, *Lancellott. de attentat. cap. 12. limitat. 4. par. 2. num. 21. & cap. 22. par. 3. tit. de actore &c. num. 55. & seq.* idem etiam si præfigatur terminus ad docendum de nullitate &c. vel pendente restitutione in integrum, vt doceat de attentatis. *Lancellot. de atten. restit. in integrum per d. cap. 18. num. 98.* verum licet dicat Lancellottus dicto cap. 22. quod remanet exclusus, attamen id intelligendum est, non quo ad desertionem, sed tantum operatur, vt Iudex possit procedere ad executionem. *Cardin. Seraphin. decis. 565. num. 6. per Dec. in cap personas de appellat. vt latius diximus infra num. 127.*

102 † Nonagessimo nono. Litteræ, vt cessio valeat, tunc appellantur, quando Princeps concedit, vt cessio fieri possit, pro minori pretio, scilicet exigendi posse maius pretium, quam ipse persoluerit, non obstante statuto Mediolani. *Apostillator ad stat. Mediol. 445. num. 55. vol. 1.* prout etiam dispensatur per Senatum nostrum, vt iurari possit in genere, licet ex for. decretorum iurari debeat in specie. *Apost. loc. citat. nu. 50. circa med.* regulariter enim cessio corrispondere debet

iuri

iuri cesso. *Gabr. suis commun. in tit. de actionibus concluf. 5. nu. primo,* Senatus noster solet has litteras cócedere, modo non fiat in potentiorem. *per tex. in l. vlt. C. ne liceat. potentior.*, qualiter autem dicatur fieri cessio in potentiorem. vide. *Osasc. decis.* 149. *num.* 12. *Menoch. cons.* 38. *num.* 47. *vol.* 1. *Apostillator ad stat.* 445. *vol.* 1. *num.* 26. *ubi vide.*

103 † Centesimo. Litteræ cessionis bonorum, dicuntur, quando Princeps pauperi decocto, concedit litteras, vt cessionem facere possit, citra formam pudendam, non obstante Mediolani statuto 408. vol. 1. *Apostillator ad dictũ stat. nu.* 180. *&* 181. *vt etiam ex ritibus Cancellariæ*, cauet verum hodie non conceduntur huiusmodi litteræ, nisi prius assumantur informationes de qualitate personarũ, & citatis creditoribus, *vt ex decreto* Senat' *diei 2. Ianu. anni* 1599., & diei 12. Februarij eiusdẽ anni, Ideo seruata hac forma, debitor relaxatur è carceribus. *Bald. cons.* 301. *num.* 3. *vol.* 5. *Roland. à Vall. cons.* 7. *num.* 16. *& seq. vol.* 2.

Excipiũtur tamen quinque casus, nempe, & primo, quando debitum fuit contractum ex causa locationis, secũdo, non procedit contra mercatores descriptos, tertio, nec contra fideiussores, quarto nec illos, qui pro alio se obligauerunt, quinto, nec per emphiteutam, & alios relat. in eod. cap. 408. *vers. quæ tamen &c. volum.* 1. *Apost. ibi num.* 183. *cum seq.* vide infra suo proprio titulo.

104 † Centesimo primo. Litteræ protestationis sunt, quando quis impetrasset litteras, vt Iudex illum admitteret ad protestãdum se in aliquo instrumento, vel actù, fuisse submissam personam alicuius tertij. *Apost. ad Stat. Med.* 447. *n.* 9. *vol.* 1. has literas solet Senatus noster de forma Cancellariæ emanare, *vt per eundem Apostillatorem dicto num.* 9. *in fine.*

105 † Centesimo secundo. Litteræ, pro quarta mulierum dicuntur illæ, quibus conceditur, vt maritus vxori legare possit vltra id, quod à statutis permissum est; *Apostillator ad Stat. Mediolani* 295. *vol. primo nu.* 199. *&* 200. *Alba cons.* 24. *num.* 5. *Plot. cons.* 17. *num.* 61. Quæ dispensatio cum sit dispositio circa iuris positiui relaxationem, solet per Senatum nostrum emanare. *Apostillator qui supra num.* 204. *Gozad. cons.* 70. *col.* 2. Quæ dispensatio obtineri debet viuente marito, & tenetur facere mentionem in specie de hoc statuto 295. *vol. primo. Gallia. in Consuetud. Allexandriæ in verbo non possit. quæst.* 3. *num.* 1. 5. *&* 12. & expresse in litteris derogetur. *vt num.* 13. Ideo huic statuto non potest per maritum, nec eius hæredem renũtiari, cum sit introductum fauore publico. *Gallarat. de renunciat. tomo* 2. *renun.* 12. *num.* 7. *Plot. cons.* 17. *num.* 50. *Apostillator dicto Stat.* 295. *vol.* 1. *num.* 172.

106 † Centesimo tertio. Litteræ retentionis tutelæ sunt, quando Princeps matri secundo nubenti concedit, vt tutelam filij retinere possit. *Menoch. de arbitrar. cas.* 151. *n.* 9. *per Ruin. cons.* 125. *lib.* 5. *Nevizan. lib.* 2. *Syluæ nupt. num.* 52. nam regulariter, alium, sine Principis rescripto concedere minime posse certum est, quinimo expresse prohibitum, *per tex. in auth. §. propterea. vt sine prohibit. matr. deb. relat. in auth. Sacramentum C. quando mulier. tut. Off. fung. pot. & Menoch. d. cas.* 151. *nu.* 1. Senatus noster solet has litteras emanare, prius tamen habitis informationibus de sagacitate, & ipsius mulieris qualitate, & sic cum clausula emanát litteræ quod postquam ad secunda vota transierit, minorum tutela ei decernatur, modo Idonee fideiubeat, & alia seruanda seruet, sic pariter fit in amita, auia etenim exclusa à successione, non tamen excluditur à tutela. *Menoch. qui supra d. cas.* 50. *cent.* 2. *nu.* 38. *Allex. cons.* 109. *in fine lib.* 3. *Dec. cons.* 16. *nu.* 5.

107 Centesimo quarto. Litteræ hæreditatis iacentis sunt, quando Princeps mandat Iudici, vt statuat futuro successori terminum competentem, ad hereditatem adeũdam, vel ad eam repudiandam, aliter quod eam adiuisse censeatur. *per tex. in l. si quis instituatur. ff. de hæred. Instit. Angel. cons.* 193. *col.* 2. *in fine. Dec. cons.* 509. *Allex. cons.* 4. *num.* 5. *lib.* 2. *Dominus Menoch. de arbitr. d. casu.* 150. *n.* 4. *& seq. & cas. primo. cent.* 2. *per N. C. Mediolani in tit. de acquirenda hæreditate*, cautum reperitur, quod si filius hæreditatem maternam cõsistentem in credito, intra annum non repudiauerit, adiuisse censeatur, & vt latius ibi, minor autem aditâ hæreditate in integrum restitui potest. *Costa cons.* 75. *num.* 11. Senatus solet dare litteras, vt bona hæreditaria, supplicás administrare possit, absque eo quod eum hæredem faciat, modo intra bimestre deliberet, velit ne hæres esse, an non, & interea debitum inuentarium fiat; penesque virum idoneum bona reponantur iuxta ipsius Senatus dispositionem, prout etiam dispensatur, vt matri pupillorum iura iacentis hæreditatis decernatur, modo res & pecuniæ pœnes idoneũ virũ deponantur, *prout ex Ritibus Cancellariæ &c.*

108 † Centesimo quincto. Litteræ iurisdictionis prorogatoriæ sunt, quando Princeps dispensat, vt non obstante expirata iurisdictione, in causa ipsa Iudex procedat. *Franc. Marc. decis. Delph.* 68. *nu.* 3. *par.* 1. *per glos. in cap.* 1. *de mutat. petit.*, & sic inter easdem personas. *Vant. de nullit. in tit. qualiter senten. quæ dicun. null. repar poss. nu.* 76. *idem Franc. Marc. quæst.* 55. *num.* 2. *par.* 1. solet Senatus concedere litteras Consultori D. Vicarij Prouisionum, vt causam ipse expedire possit, etiam si post, factus fuerit Vicarius, vt ex ritibus Cancell. patet &c.

109 † Centesimo sexto. litteræ redemptionis bonorum sunt illæ, quibus dispensatur, supplicãtem posse ea bona redimere etiã intra annum, quę per Senatũ concedũtur, modo debito tempore supplicatum sit. *Iason. Castrens. fulgo. salicet. & alij in l. quoties. C. de precib. Imper. offerend. Cæsar de Graffis. decis.* 58. *nu.* 2. *in fine. ac probat. Socin. cons.* 164. *nu.* 4. *lib.* 2. Consueuit enim Senatus prorogare pactum redimendi, primo per annum, deinde probatis infortunijs, per sex menses, licet adsit cõtraria conuentio. *Sen. Bello. lib.* 2. *de potestate eorum &c. cap.* 10. *num.* 8.

110 † Centesimo septimo. litteræ pensitationũ sũt, quando mandatur, vt bona debitoris subhastentur ob non solutas pensitationes debitas. *Menoch. de arbitrar. casu* 55. *num. primo. & 9. centur.* 1. *Angel. in l.* 1. *C. si propter. pub. pensit.* ideo si quis per biennium cessauerit in solutione, subhastari poterunt bona ipsa; prout dicitur de emphit. Ecclesiæ. *in auth. de alienando, & emphit. §. vltimo.* prout etiam dicitur in colono priuati. *l. quæro §. Inter. ff. locati. Menoch. dicto nu.* 3. *in fin. & nu.* 4., solet Senatus has litteras concedere de forma Cancellariæ. *Vide Latius infra nu.* 248.

111 † Centesimo octauo. Litteræ delegatoriæ Aduocati, sunt illæ, quibus mandatur, vt aduocatus supplicantis Iudex esse possit in causa per supplicantem mota, vel mouenda. *D. Menoch. de arbitrar. cas.* 121. *nu.* 5. *Ripa cap. primo in fine. de Iud.* quod intellige quando in altera causa pœnitus diuersa, nullumq; odium, nullamue inimicitiam is cum aduersario sui clientuli contraxit. *Ripa in l. qui cum natu maior. §. penult. ff. de bon. liber. Menoch. dicto num.* 5. *circa med.* solet Senatus huiusmodi litteras concedere, modo adsit, consensus partiũ, vt ex formula. tit. Vt alterius partis Aduocatus Iudex esse possit, idem etiam not. *Apost. ad stat.* 61. *volum primo nu.* 3. *in fin.* nam alias non posset, sic refragante dicto stat. 61. vol. 1.

112 † Centesimonono. Litteræ alienationis minorum tunc dicuntur, quando mandatur, vt minoris bona alienentur, modo æs alienum vrgeat, & seruentur in eis quis alia seruanda. *per textum in l.* 1. *in princip. & l. magis puto. §. non passim. ff. de rebus eorum*, qui sub. *tut. vel Cur.* primo, n. ęs alienũ vrgere debet *l. ob æs C. de*

gradys minorū Corn. conf. 109. col. 1. lib. 3. Afflict. decis. 249. Paris. cons. 98. num. 9. lib primo. Roland. cons. 33. n. primo lib. 1. nec sine causa, & decreto alienari possūt, Menoch. de arbitr. casu 171. cent. 2. nu. 4. nec esse alienanda quando pecuniæ, vel alia bona extant, quæ commodius alienari possunt. Corn. cons. 50. & cons. 109. lib. 3. Rolan. d. cons. 33. nu. 6. & ideo Prætori huius rei Senatus dedit. Menoch. dicto cas. 171. num. 14. vbi vide num. seq. consueuit etiam Senatus huiusmodi litteras emanare de stilo Curiæ &c.

113 † Centesimo decimo. Litteræ iuratorie sunt, quando Princeps mandat Iudici, vt non iurante actore reum admittat ad iurandum pro relato. Menoch. de arbitr. cas. 189. num. primo. & cas. 190. & 207. num. 1. l. Iusiurand. §. ait Prætor. ff. de Iure iurando, & licet quis regulariter cogi non possit ad iurandum super facto detuncti Cran. cons. 203. num. quinto, ne anceps per iniuriam præstet. Menoch. de arbitr. d. cas. 190. num. 6. attamen tenetur quis iurare, quando de negotio est instructus, & informatus. per tex. in l. admonendi. ff. de iur. iurando Senator Bello. lib. 2. de potest. eorum, quæ incontinenti fiunt. cap. 61. nu. 1. Menoch. d. casu 190. n. 11. in fine. nam coniunctus præsumitur scire facta coniuncti. Aldouin. cons. 42. num. 23. et sic declaratur stat. Mediol. cap. 100. vol. 1. vbi etiā dat formā quod possit iurari super dependentibus &c. quod dependens intelligi debet esse de præparatorijs actitandis super iā preparato, & de his de quibus in iuramento fit mentio, & sic non posset iurare super re diuersa. Alex. cons. 58. numero 7. vol. primo. Signorol. cons. suo post cautelas. Cepolla tit. de seruis fugitiuis. pag. mihi 250. Mastrill. decis. 286. num. 22. lib. tertio, prout etiam si quis excederet in iurando, viribus non subsisteret in id quod excederet. Signorol. cons. 223. numero primo, potest etiam iurari qualitate adiecta, puta si pecunias recepi, etiam persolui, & sic responsio eius in totum acceptari, vel in totum reijci debet. Boer. quæst. 243. num. 5. Iason. in d. l. iusiurand. §. ait prætor num. quarto. de iureiurando. Menoch. de arbitrar. casu 93. num. 25. & seq. prout etiam dicitur de positionibus. Curt. Senior tractat. position. numero 56. Cepolla. cautela 136. nota etiam alium casum per eundem. Menoch. relat. in dicto casu 189. num. 5. centur. 2. in casu autem statuti DD. Mercatorum auri, & argenti Mediolani cap. 31. si quis iura mentum detulerit contra expressam formā ipsius statuti, quis non teneretur iurare, nisi præcise iux. for. ibi tradit &c. prout declarauit Senatus anno 1626. de mense Martij, nam implicite sub dicta for. statuti, videtur contineri qualibet alia for. iuramenti &c. vt ex decreto pœnes me existente, dies 18. Martij eiusdem anni &c.

114 † Centesimo vndecimo. Litteræ dietarū sunt, quādo impetratur rescriptum, vt causa vltra vnam dietam agitari possit. per tex. in cap. nonnulli, vbi Abb. Felin. Dec. Bald. & alij de rescript. vna autem dieta computatur, vt in singulis diebus viginti miliaria assignentur. l. prima. ff. si quis cautio. l. 3. de verb. sign Dec. in cap. olim num. 2. de except. computabunt, autem miliaria non à loco habitationis, sed à fine ipsius Diœcesis. Rota. decis. 34. de rescript. in antiquis. Dec. in dicto cap. olim tertio notab. & ibi Paris. num. 15. de except. Menoch. de arbitr. cas. 206. cent. 3. & licet Menoch. dicat vltra duas dietas, attamen hodie restringitur ad vnam dietam scilicet ad vnam diem, vt in c. Statutum. §. cum vero, & §. seq. de rescr. lib. 6. vt latius infra num. 194.

115 † Centesimo duodecimo. Litteræ positionum dicuntur, quando Princeps, vel Senatus mandat, vt non obstante contumacia admittatur quis ad respondendum, refectis expensis, modo res sit integra. Plot. in verbo decretum de Iudit. has litteras solet Senatus noster emanare, vt per Apostillatorem ad Stat. Mediolani 83. num. 169. vol. primo, & res integra dicitur, vsq; ad sententiam. Osasc. decis. 71. num. 56. circa fin. & decis. 5. num. 4. circa med. Apostillator ad d. cap. 76. num. 93. vol. 1. num. 165. & sequen. potest etiam fieri qualificata responsio, quando qualitas, & conditio inest à natura rei, puta, pono quod vendidi tibi prædia, tu respondes, me vendidisse prædium pro decem, tunc potest adijci pretium, cum à natura rei insit emptioni Dominus Menoch. de arbitrar. cas. 251. num. 10. centur. 3. lib. 2. Propterea volens, quis caute respondere, vbi vult verum fateri, sed qualificatè, non debet simpliciter respondere, vel fateri, cum qualitate, sed prius debet negare, deinde fateri cum illa qualitate. Senator Boss. in tit. de responsionibus à reo faciendis num. 2. & sic declaratur Stat. Mediolani 83. de positionibus vol. 1. vbi per Apostillator, idem comprobatur num. 103. maximè cum illa verba in ipso statuto posita, scilicet teneatur respondere sine vlla additione, vel suppletione petitus extraneis, ita interpretationem recipiunt, vt scilicet possit quis respondere qualificate iuxta interogata, & in positionibus comprehensa. Plot. in l. si quando in rubr. de Iudiciis. §. decretum requirens &c. C. vnde vi Michalor. de possess. cap. 44. num. 6. & 7. & licet verba haberent duplicem intellectum, attamen, dicitur simplex responsio, vbi ad interrogata respondeatur. Bart. in l. prima, num. 4. in fine. ff. de vulga. & pupill. Secus, vero si in duos casus fiat responsio, vt per Bart. ibi. Prout etiam fuit decisum. per Senatū Excellentiss. fauore Co. Francisci Costa, sub die 11. Iunij 1624. Sigismund. tractat. statutorum vers. simpliciter, & vers. respondens &c. & sic admittitur responsio in iure modo contraria, quis non respondeat. cap. cum in positionibus de iur. iurando lib. 6. quod adaptatur etiam ad iuramentum, & ad Stat. 100. vol. 1. Mediolani etc. ibi super dependentibus datur iurandi facultas &c. & sic iurando negatiuè, deinde modificatiuè respondere, quisq; admitti poterit. Bald. in l. iusiurandum 3. §. non semper, vbi Iason. & in §. ait Prætor num. 4. ff. de iure iurando Apostillator in dicto Stat. 83. num. 155. Verùm ille, qui positionibus respondet, ita respondere debet, vt aduersarius ex tali respōsione ab onere probādi releuetur. Asin. sua prax. Iud. §. 19. cap. 26. nu. 4. & latius diximus. in præludio 10. par. 1. nec repugnare videtur dispositio N. C. de Iudic. cap. positionibus, cum & ipsę recipiant interpretationem à iure communi. Verall. decis. 77. num. 3. par. prima.

116 † Centesimo decimoterzo. Litteræ relaxatoriæ dicuntur illę, quando Princeps, vel Sen. mandat ei, vt præstita per supplicātem idonea fideiussione, Iudex statim ipsum detentū relaxari curet. Sola ad Const. antiq. Saband. in tit. de process. inqu. in glos. 2. par. nu. 12. Gail. pract. obseruat. lib. primo, obseruatione 26. nu. 2. de iure Mediol. carceratus dimittitur præstita fideiussione, nisi ingeratur pœna sanguinis. Clar. §. fin. quæst. 46. vers. in hanc &c. Boss. in tit. de carcerat. fideiussor cōmittend. n. 1. & 9. Mastrill. decis. 162. n. 1. verū licet ēt non deberet dimitti datis fideiussoribus, atrū quādo Iudex videt eū esse in casu absolutionis, poterit Iudex illum dimittere. Boss. d. tit. de carcerat. fideiuss. num. 15. Verùm Senatus noster in materia, fideiussionū in causa criminali censuit anno 1613. die 23. Ianuarij, vt fideiussores, non solū teneantur se ipsos insolidū obligare, sed ēt eorū heredes, ne locus sit disputationi, de qua Basard. ad Clarum. §. fin. quæst. 46 n. 91. & per Farin. quæst. 34. nu. 12. in sua prax. crimin. Imo Sen. anno 1611. dies 9. Iunij, decreuit adijciēdā esse dictis fideiussoribus, hanc clausulā, siz. vt vbi cōtingat condemnari reos principales, non citatis ipsismet fideiussoribus, teneant nihilominus soluere, eā summā p qua fideiusserint. Belion. suo tract. de potest. eorū &c. lib. 2. c. 60. nu. 4. vbi nu. 6. addit, intra breue tempus istos fideiussores posse morā purgare, etiā si adiecta sit dies, pœna, & iuramentum. Basard. ad Clar. d. quæst 46. num. 55. quod procedit etiam si adiecta esset clausula, ita quod non possit purgare moram &c. nam etiam

eo casu

eo casu admittitur, & sic Notarij tenentur transmittere debita perhemptoria, & vbi lapsus esset mensis, & sequuta esset cōdemnatio nō valeret, licet adesset clausula, & successiuè singulis dieb⁹ &c. *vt ex decr. Senatus dies 10. Ianuary 1619. Bellon. d. cap. 60. lib. 2. nu. 7. de potestate eorum &c.*

117 † Centesimo decimoquarto. Litteræ Promotoriales sunt illæ, quando Princeps ob protractam Iustitiā mandat eidem Iudici, vt in causa ipsa, intra tempus limitatum, Iustitiam administret. *Gail. practicarū. obseruatione 28. n. 7. lib. 1.*, & istę promotoriales ad Principem, & eius Senatum pertinent, idem *Gail. obser. 1. nu. 26.* dantur etiam pro facienda executione sententiæ, quando in iudicatum transiuit, Iudexq; moram comitteret in exequendo, cum etiam Iudex negligens litem suam faciat. *per tex. in cap. primo. §. Iudices de pac. tenen., & iuramento firmando, vbi Bald. & scribentes,* Imo ad damna, & interesse actione in factum parti læsæ teneretur. *Bar. & Alex. in l. 4. §. in eum. ff. de damn. infect. Schurff. cons. 79. num. 4. centur. 1.* prout etiam Iudex negligens ab offitio remoueri poterit, si magna sit eius negligentia. *per tex. singular. in l. si quos. C. de off. Præfecti prætor. Oriental. Gail. qui supra dicta obseruat. 28. nu. 8. & 9. lib. 1. vide Mynsinger. obsern. 95. centur. 1.*

118 † Centesimo decimoquinto. Litteræ represaliæ tunc dicuntur, quando Princeps mandaret Iudici, vt constito de denegata Iustitia, & fide de debito vero, & liquido, repræsalias supplicanti omnino concedat, quæ de iure Ciuili appellātur pignorationes. *per auth. vt non fiant pignor. & in cap. 1. de Iureiurando lib. 6. Bart. suo tract. repræsaliarū circa principium, & sic stat. Mediolani 438. vol. 2. declaratur per Guid. Papa. decis. 32. & 33. vbi num. primo in fine,* dicit, quod debet subesse iusta causa, & superioris auctoritas, prout etiam conceduntur ex neglecta Iustitia. *Roma. cons. 169. nu. 2. Dec. cons. 352. num. 4. in fine Gail. practic. obseruat. lib. 1. obser. 28. num. 9. circa med. Papien. in for. libell. in actione reali in glos. iure Dominy, num. 19. & 20. adest d. stat. Mediol. 438. cum seq. vol. 2. Bursat. cons. 138. num. 16. & 59. Roland. cons. 79. num. 30. & 37. lib. 3. Gallarat. de Renunciat. tomo 3. renun. 192. num. 2.* Verùm vltra ista secundum Bald. & alios requiruntur etiam sequentia, scilicet fides de iustitia denegata in foro debitorum. Item interpositio decreti super inductione earum, & sententia Iudicis ipsius spoliantis, comminatio de repræsalijs concedendis, & demum citatio perhemptoria, & alia de quibus notatur in apostilla. *D. Guidon. Papa. d. decis. 32. in littera D. per Bald. in auth. & omnino. C. ne vxor pro matr. & col. pen.*, nam repræsaliæ conceduntur ne pereat Iustitia, cum etiam huiusmodi concessio repræsaliarum sit species belli iusti *tex. in cap. Dominus noster 23. q. 2. Martin. Laudens. suo tract. de represaliys nu. 4. & Io. Iacob. à Cambus in simil. tractatu par. 1. num.* 14. vbi prolixius vide, & ideo repræsalijs concessis possunt capi, & detineri homines, & subditi illi Domino, qui iustitiam facere denegauerit, & neglexerit, bellumq; incidi contra totam terram, & omnes gentes, quæ subsunt sibi, eorumq; bona quæcunq; *Bart. in dicto tract. de represalys in 8. quæst. princ. in princ. relat. per D. Guid. Papā. dicta decis. 32. num. 2. circa fin. Roman. cons. 48. nu. 11.* Ea propter captus, pro repræsalijs ex facto alterius emanatis, poterit repetere, quod soluit, ab eo cuius causa represaliæ sunt concessæ. & hoc si iustæ fuerint concessæ. *Boss. in tit. de damno dato. num. 8. vbi citat. Alex. & Bart. per stat. Mediolani 441. vol. 2.* Senatus etiam noster, quandoq; concedit litteras repræsaliæ, prout concessit, ob iniustitiam factam, cuidam Mediolanensi, ad relata per eundem *Boss. in tit. de iniurys. nu. 37. Guid. Pap. decis. 34. per totam &c.* sic igitur captus propter repræsalias, in odium alicuius, ab eo consequi debet releuationem. *Mastrill. decis. 164. num. 9.* Sicut dicitur, quod damnum datum ab hostibus, & ab incerta persona, emendari debeat à Communi illius, loci. *Ferrett. de bello iusto, & iniusto num. 122.* Verùm isti Impetrantes repræsalias, non debent in sua Custodia, res apprehensas retinere, sed illas representare Iudici, vel facere inuentarium de rebus ablatis. *Roderic. Soarez. allegat. 18. num. 7. col. vlt. Gratian. disceptat. forens. lib. 1. cap. 80. nu. 32. cum sequen. &c.* nec a concessione appellatur. *Apostillator ad rubr. stat. 438. vol. 2. num. 30. & sic declaratur dictum stat.*

119 † Centesimo decimo sexto. Litteræ interuentionales dicuntur illæ, quando Princeps mandaret, vt tertius in causa audiatur ei admittendo articulos interuētionales, modo doceat de iure suo. *Gail. pract. obseruat. lib. primo obseruat. 69. num. primo, & sequen. lib. primo Giurb. decis. prima,* & intellige, dummodo articuli non sint impertinentes, veluti si ius separatum, & alienum à iure principaliter in iuditium deducto contineant, hoc enim casu interuentio locum non habet, sed opus est nouo iuditio, & processu. *l. sepe. §. sed scientibus. ff. de re iudic.* & Ideo excipi debet contra tertium, quod ipsius non intersit, & tunc docere debet de suo interesse in illa causa, saltem in summa tiè. *Gail. d. obser. 69. num. 2. 3. & 4. & obseruat. 70. num. 23. lib. primo,* quemadmodum in simili dicimus, si tertius instrumentorum, vel actorum editionem peteret nō enim audiri debet, nisi prius de suo interesse doceat. *Bart. in l. fin. num. tertio. ff. de tabul. exhibendis idem Gail. obseruat. 134. lib. 1.*, Ideo hoc casu renunciatio principalis non nocet interuenienti, quando ius tertij idem est cum iure principalis. *l. à sententia. §. idem rescripsit. ff. de appellat.* interueniens, & tertius debet causam in eo statu quo reperitur acceptare *Oldrad. cons. 255. num. 4.*, & licet forum declinare nequeat, attamē Iudicē ex legitimis causis tamquam suspectum recusare potest. *Gail. qui supra obseruat. 71. num. 7. & obseruat. 72. num. 8. lib. primo.*

120 † Centesimo decimo septimo. Litterę interrogatoriæ dicuntur, quando Princeps mandat, vt interrogetur reus, num falsis litteris vti velit. *P. Grego. cap. 48. lib. 1. num. 10. de rescript. Gratian. decis. 209. in additione num. 3.* scilicet, quando in actis fuerunt legitimè præsentatæ citata parte, sicut dicitur si falsis testibus velit vti, vt per *Menoch. de arbitrar. cas. 315. num. 22. cum seq. centur. 4. & Boss. in tit. de falsis nu. 155. Bellon. de potestate eorum &c. lib. primo cap. 142. num. 1. Farinac. tract. de falsitat. q. 159. & quæst. 50. num. 83. 90. & seq.* & sic debent litteræ originales exhiberi. *Crescent. decis. 2. n. 1. de rescriptis,* poterit ergo respondere iste interrogatus, se velle vti rescripto in concernentibus substantiam negotij, & fidem rescripti, in reliquis autem non facientibus ad causam, quod cedit eorum vsui. *Boss. d. tit. de falsis dicto nu. 155. post principium & num. 156. & seq. & num. 160. circa med.* vbi addit, quod substantia est illa, quæ ad victoriam pertinet, quę responsio dicit ita de stilo practicari, ac de iure sustineri, maximè attenta dispositione *Statut. Mediolanè cap. 76. vol. primo, sub rubr. de interrogationibus* disponentis, quod scilicet possit quis respondere, se velle vti solummodo pro parte, dummodo declaret, pro qua parte, vt ibi vers. saluo, quod &c. & sic potest declarare se velle vti in illa parte, quæ apparebit vera, secus vero in altera, quæ apparebit falsa. *Boss. qui supra nu. 125. & num. 155. post principium per Felin. & Aretin. in cap. præsentiū vers. 3. conclusio &c. de testibus. & per Nou. Const. in tit. de pœnis cap. si quis falsum. § eis. cm pœnis &c.* cauetur posse, quis interrogari, si velit vti &c. ideo iste producens excusatur, & se liberat dicendo nolle vti *Zilettus. cons. 123. tomo primo.* declara, vt per *Farinac. de falsitate. quæst. 50. num. 83. 90. 93. & 96. & per Stat. Mediolani cap. 208. vol. 2. vbi*

Apostillator l. si falsos. C. de falsis, vbi *Bart. & DD.*, si autem essemus in facto alieno, vel vbi præsumitur ignorantia, vel verisimiliter nō potuit esse edoctus, tūc eo non vti proderit, & excusatur. *Boss. qui supra num. 154. circa medium per Felin. & alios locis citatis Bald. in l. finali. C. si ex falsis instrumentis, & Bart. d. l. falsos vbi Salicet. Fulgo. & alij Capye. decis. 67. num. primo Apost. ad d. stat. 76. num. 95. & seq. vol. 1.* prout etiā pœnæ locus non est, si quis falsas ifas haberet ac illis, & eorum vsui renunciaret, *Menoch. d. casu 315. nu. 27. centur. 4.* quod intellige in eo, qui falsum non fabricauit, sed solum eo iam fabricato vti velit, secus vero si ipse etiam illud rescriptum falsum fabricasset, & eo vti velit, nam eo casu falsi pœnam non euitat. *l. 1. C. si ex falsis instrumentis Menoch. d. casu 315. num. 28. & 29. cum seq. Ruin. cons. 86. num. 3. lib. 4.*, & ita declaratur memoratum stat. 76. nam vbi appareret, quis falso fabricasse litteras Principis, vel Senatus, igne cōburendus est; *per Non. Const. tit. de pœnis. in princ.* quæ regula fallit, quando huiusmodi falsitas alicui nocere non posset. *Menoch. qui supra casu 306. num. 23. Centur. quarta*, vbi *num. 30.* declarat, quando ne quid minimum nocet, vel nocere potuit, etiam sola ipsa potentia considerata, secus vero si inscienter, & non dolosè eis litteris vsus fuerit, nam quamlibet pœnam euitaret, & interrogatus si vult eo vti, renunciet, quod tamen incontinenti facere debet cum est interrogatus vel cum ei assignatus est terminus ad respondendum. *Felin. d. cap. præsentium num. 11. de testibus*, & sic declaratur *Const. de pœnis. cap. si quis falsum. §. eisdem pœnis &c.* Vide *Abbatem, Ioannem Andream, & alios in dicto cap. præsentium de testibus &c.* Senatus etiam solet has litteras emanare. *Boss. tit. de accusat. num. 25. in fine, vbi etiam num. 23.* addit, quod quando probatur scientia aduersarii in exprimēdo falsum, tunc nō esse opus interrogatione.

121 † Centesimo decimo octauo. Litteræ calumniæ tunc dicuntur, quando mandatur, vt cōstito de calumnia aduersantis, illum in omnibus expensis in illa causa factis omnino condemnet. *Abb. cons. 78. in fine lib. primo. Boss. in tit. de accusat. num. 28. l. fin. C. de fruct. & lit. expens. Menoch. de arbitrar. Iud. casu. 321. num. 34. & sequen. centur. quarta. Boss. in tit. de accusatio num. 20.* calumniator enim dicitur, qui aliquid in causa non probauit. *Crau. cons. 262. in fine. Clar. sua praxi. crim. §. fin. quæst. 62. vers. dixi supra &c.* Iure etiam Diuino pœna talionis puniuntur isti calumniatores, vt per *Dominic. Sot. de Inst. & iure lib. 5 quæst. 5. art. 4.*, verum hodie est abrogata. *Boss. de accusat. nu. 17.* vide etiam *Aristot. lib. 6. politicarum cap. 5.*, ideo impetrantes rescripta calumniosè, arbitrio Senatus plectuntur. *per Non Const. hoc tit. de rescript. §. fin.*, quod intellige quando hæc obreptio non transiret in nomen specificum criminis, nam eo casu etiam falsi pœna veniret plectendus, sic eo loci declarat D. *Menoch. de arbitrar. casu 314. num. 7. cent. quarta, & num. 9. & post eum Gloss. in cap. super litteris num. 23. in fine de rescriptis*, prout etiam ista calumnia, debet esse euidens & manifesta, non autem præsumpta. *Menoch. qui supra in additione. casu 198. num. 74. & dicto casu 321. num. 23. in fine Boss. d. tit. de accusat. num. 21. & 22.* solet pariter huiusmodi litteras cuicunq; petenti emanare Senatus, de forma Inst. &c. vt ex ritibus &c.

122 † Centesimo decimonono. Litteræ admissionis mulierum ad successionē, dicuntur illæ, quando Princeps Ifas eis concedit, vt extra iurisdictionē vel Ducatū nubere possint, modo in Dominio nubant, necnon et, nō subdito nubere possint, in hereditateq; succedāt, modo eorum mariti in Dominio habitatū veniant. *Costa cons. 19. nu. 25. per stat. Mediol. cap. 310. vol. 1. vbi Apost. nu. 20.* solet etiam Senatus noster, huiusmodi dispensationes concedere iux. ritus Cancellariæ, quædā etiam notantur. *per Apostillatorem dicto num. 20. & Costa. dicto num. 25. cum sequen.* vbi addit huiusmodi dispensationes habere clausulā sine præiudicio iuriū tertij, & operari de iure quæsito non autem de querendo, *vt ibi latius nu. 27. videas ibi &c.*

123 † Centesimo vigesimo. Lfæ fideiussionis in causa arbitramentorū sunt illæ, quando Princeps mādat Iudici, vt fideiussionem loco depositi in causa reuisionis arbitramentorum recipiat. *Apostillator ad statut. Mediolani cap. 182. vol. 2. num. 12. vbi attestatur, Ità censuisse Senatum nostrū anno 1569. die 26. Aprilis ac etiā ex altero decreto anni 1580. die 23. Martij &c. statutū autē Med. 189. vol. 2.* quod scilicet fideiussor tenetur se obligare in solidum intelligitur, pro verbo censeatur cū etiā quilibet fideiussor de iure teneatur se obligare. Imo ad id tenetur in sol. licet non exprimatur. *Bertaz. de claus. instr. clausula 39. glos. 7. num. 2. & 4.*

124 † Centesimo vigessimoprimo. Litteræ recognoscēdi sunt, quibus mandatur Iudici, vt processum agitatū super fori extractione, ac derogatione processus ad Senatum trāsmittat, ad hoc vt recognoscatur, num causa illa extrahi possit, hanc nouam praxim litterarum tradit nouissime. *Franc. Hier. Leo decis. Regni Aragoniæ 95. num. 9. & fin. Milanens. decis. 4. num. 1. par. 1. per Mastrill. decis. 81. nu. 6. & 13. lib. 1.* Senatus noster nō solet causas euocare, nisi re in Senatu proposita, vt ex ipsius *Decreto anni 1580. diei 15. Ianuarij vers. Causæ* non extrahantur &c. vel nisi ageretur de redditu scutorum mille, *per N. C. de Senatoribus §. eo amplius.*

125 † Centesimo vigessimosecundo. Litteræ ad parandas pecunias, sunt illę, quæ conceduntur in casibus in quibus moratoriæ litteræ prohibitæ sunt, vt *per Menoch. de arbitrar. casu 27. num. 1. & sequen. Gratian. discept. for. cap. 42. num. 36. lib. primo, Alciat. lib. 2. par arg. Iur. cap. 8.* debitor enim, qui sine conditione, vel dilatione dare promisit, eidem tantum temporis indulgēdum est, intra quod solutionem præparet, veluti 10. vel 20. dierum terminum. *glos. in §. omnis, in verbo confestim. Instit. de act.* vbi scribentes. *Menoch. loc. cit. nu. 2. in fine*, casus autem in quibus sunt prohibitæ litteræ moratoriæ, sequuntur; videlicet, in causis fictorum simplicium, censuū, interusurij, pretij bonorum immobilium venditorum, alimentorum, ac salariorum, quorumcunq; etiam ob sententias Iudicum. *vt ex decreto Senatus diei 8. Martij ann. 1621.* ac etiā litterarum cambij, onerū, & depositi realis *Sen. Bellon. de potestate eorum &c. lib. 2. cap. 10. nu. 6. & cap. 16. lib. 1. Menoch. d. casu. 27. n. 28.* verum Senatus arbitrio conceduntur, nedum per dies 15. sed 20. bis, & ter, subsistente causa, & temporū angustia, facit. *Menoch. qui supra n. 3. & 5.*

126 † Centesimo vigessimotertio. Lfę ob debita priuata sunt illæ, quæ debitoribus conceduntur, cum dilatione mensis modo summā lib. 300. non excedant, *vt ex decreta Senatus diei 11. Aug. ann. 1616. Bellon. qui supra d. cap. 10. num. 6. lib. 2. Menoch. dicto casu 27. num. 5.* Vltra autē illā summā, audiendus est creditor, cui intimari debent præces cū supersedentia, 15. vel 20. dierū *Bellon. d. nu. 6. circa med.*, & tunc audito creditore conceditur terminus trium mensiū, modo fideiubeat de soluendis damnis, expensis, & interesse legitimis. *l. Vniuersa. Vbi omnes scribentes notant. C. de precibus Imp. offeren.* de iure et potest concedi terminus quatuor mēsiū. *Ex tex. in l. debitoribus. ff. de re Iud. & ibi. Alex. & alij Socin. de fallent. reg. 356. Boer. quæst. 45. Menoch. dicto cas. 27. nu. 4. & 5. centur. 1. lib. 2. & casu 28. nu. 1.* & sic hac simili dilatione concessa, non conceduntur aliæ, quinimo si quis temere aliā dilationem petierit, nulla facta mentione priorum, puniri poterit in scutia 10. Reg. Fisco applicā. nec non et in duplicatis impēsis, tenereturq; illæ, qui huiusmodi supplicationem sibi scripserit, *vt ex ord. Senatus diei 15. Ianuarij anni 1580. §. non concedantur moratoriæ &c.*

127 † Centesimo vigessimoquarto. Līæ anticipationis seu prævētionis dicūt̄ illæ, quæ emanāt effect⁹ vt Iudex competētē terminū statuat parti ad docendū de appellatione, & ad eam comitti faciendū, aliter eo termino elapso ad vlteriora procedat, vt per *Rebuff. ad constit. Gallia. in tit. de anticipat. glos. 1. num. primo. Lancell. de attentat. appellat. pendent. cap. 12. par. 2. limit. quarta num. 21. per Franc. in cap. ad aures de appellat. D. Oldrad. cons. 60. num. 2.* dicuntur enim litteræ anticipationis cum non expectetur terminus à statutis nostris limitatus, annus scilicet demptis 20. diebus vtilibus, ad eā prosequendā, p stat. Mediolani 131. vol. 1., & sic vt appellatus rei subterfugia, & moras euitare queat. *Masuerius. in rubr. de anticipat. §. Item, & similiter &c. vbi DD. notant.* Idem etiam dicitur si præfigatur terminus ad docendum de nullitate, vel de restitutione in integrum, vel ad docēdum de attentatis. *Lancellott. de attentat. post inhibitionem limitat. 19. nu. 2. circa med. & instit. de rest. in integr. penden. & in cap. 18. de attentatis restit. in integrum penden. num. 98. de nullitate etiam tradit. Cephal. cons. 201. lib. 2.* & sic statuto termino ad docendum de appellatione, & non facta commissione, proceditur ad executionem primæ sententiæ latæ. *Dec. in cap. personas num. 10. & 14. de appellat.* nam regulariter lapsus termini ad docendum de appellatione non inducit desertionem appellationis, sed operatur, vt possit deueniri ad executionem sētentiæ. *vt fuit* conclusum in Rota Roman. per *Cardinal. Seraphin. decis. 565. num. 6. per Federicum cons. 128. vbi citat Dec. loc. citato,* & sic haberet effectum istæ terminus ad docendum elapsus, quo ad effectum suspensiuum, nō vero quo ad deuolutiuum. *Vant. de nullit. ex deffectu iurisdictionis num. 78.* cum habeat vim perhemptorij, & sic permittens illud labi iuri suo censetur renunciare, ità vt neq; agendo, neq; excipiendo audiatur, quo ad impediendam executionem. *Caphal. cons. 201. nu. 18. & cons. 201. num. 4. lib. 2. Lancellott. de atten. post inhibitionem limit. 19. num. 2.* Idem dicitur in præfixione termini de attētatis, & de alijs vtsupra allegatis. *Lancellott. cap. 22. par. 3. de actore, num. 55.* idem dicitur de litteris ad docendū de nullitate. *Seraphin. decis. 1155. num. 11. & decis. 1169. num. 5.* vocantur etiam istæ litteræ præuentionis, vt per *Menoch. casu 204. nu. 4. & 5. de arbitrar.* Consueuit Senatus, huiusmodi litteras emanare de forma Cancellariæ, poteritq; Iudex dictum terminum prorogare ad docendum &c. *Gratian. decis. 2. num. 28. & sequen. Decius dicto cap. personas num. 13.*

128 † Centesimo vigessimoquinto. Litteræ præiuditiales dicuntur, quando Princeps mandaret Iudici, vt nulla prescriptione obstāte ad vlteriora procedat in causa. *P. Grego. cap. 37. num. 7. lib. primo de rescriptis. Alciat. cons. 111. lib. 5. nu. 27. Afflict. decis. 254 n. 5. Dec. cons. 640. nu. 7. & 198. nu. 7.* nam cum derogatur præscriptioni dicuntur præiudiciales alteri parti. *Alciat. cons. 9. lib. 3. num. 22.* nec Principi dici potest cur ita facis. *Dec. cons. 655. num. 24.* nā eius voluntas habetur pro causa *Dec. cons. 292. num. 6.* maxime cum hoc sit de iure quæsito ex iure ciuili, Ideo tolli potest per Principem. *Dec. cons. 557. num. 3.* Verum licet Princeps solutus sit legibus, secundū eas tñ viuere profitentur *per tex. in l. digna vox. C. de legibus,* & sic non solet tollere, nisi subsistente causa, prout etiam seruat Senatus noster, ius enim tertio quæsitum ex lapsu temporis, non consueuit tertio auferre sine magna causa. *Mastrill. decis. 228. num. 8. lib. 3. Boss. tit. de supplicationibus aduersus rem. Iud. num. 2. Mastrill. de Magistratibus tit. de conductis cap. 22. num. 79. & decis. 283. nu. 76.* & licet in Principe præsumatur causa, attamē Senatus ea causa vtitur, quæ apparet. *Dec. cons. 288. n. 8.* & sic fieri debet cum causæ cognitione. *Boss. loc. citato n. 2. Dec. cons. 173. nu. 15.* dicuntur etiam litteræ præiudiciales si Princeps mandaret, vt nulla exceptione obstante procedat in causa. *P. Grego. d. cap. 37. num. 7. lib. 1. de rescript.* cum etiam Senatus noster, sententias in iudicatū transactas non soleat remittere. *Conrad. Laudens. suo templo omn. Iud. §. 4. cap. primo vers. ius naturale &c. nu. 20. lib. 1. Menoch. cons. 1075. num. 31. Afflict. decis. 254. nu. 5. Alciat. cons. 11. lib. 3. num. 14.* nam alias rescriptū simile non valeret. *Iason. cons. 47. num. 2. lib. 3. Gail. obser. 58. num. 6. lib. 2. pract. obser.* Verum Princeps potest etiam rescriptū emanare cum clausula non obstante sententia in iudicatum transacta. *Anguisola cons. 229. Monald. cons. 20. num. 2. & 10. Alex. cons. 94. vol. 2. Osasc. decis. 142. num. 16. & 26. Dec. cons. 198. num. 4. Marta suo tract. de success. Iur. quæst. 18. art. 3. nu. 22.* censetur tamen reseruatū ius tertii. *Bellon. Rot. Genuæ decis. 164. num. 16.* nisi expresse dictum sit. *Dec. cons. 606. num. 17. Oldrad. cons. 257. num. 21.* & quando rescriptum valeat in præiuditium tertii, vide *Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 9. nu. 28. 29. cum sequen.* & tunc reduci deberi ad ius commune. *Mandos. in rubr. de rescript. num. 18. in fine.*

129 † Centesimo vigesimosexto. Litteræ legis diffamari sunt, quando quis extra iuditium audiuisset tertium quendam iactare, se aliquid iuris habere si per aliquare ipsius supplicantis, & ideo petit à Senatu, vt dignetur mandare Iudici, vt eidem actori iactanti, certū tempus statuat, intra quod actionem prætensam deducere habeat, aliter quod imponatur ei perpetuum silentium. *Couarru. var. resolut. lib. 1. cap. 18. per totum Afflict. decis. 264. per totam Gail. practicarum obseruat. lib. 1. obser. 70. num. 17.* vbi inquit etiam hoc procedere si iuditium esset iam intentatum. *per tex. in l. diffamari. vbi DD. C. de inge. & manu. Cyn. & Bald. in l. si ea qua. C. qui accus. non poss.* hæc forma, litterarum traditur in eadem decisione. *Afflict. 264. nu. primo, & 2. Capyc. decis. 205. num. 8.* Verum debet prius saltē summariè de diffamatione constare cum illa sit huius iuditii fundamētū. *Contard. suo tract. l. diffamari cap. 5. num. 55. Couar. dicto cap. 18. num. 2. circa med.* & dicit verum, vbi citatus simpliciter nū comparuisset &c. & ius suum deduxisset in iuditio, si autem isti sint contumaces in comparendo, delegatus Iudex statuere debet alium terminum competentem ad proponendum iura sua, alias impartietur eis silentium perpetuum, & quod non audiantur vlterius, sic fuit decisum in Sacro Consi. Neapol. ad relata per eundem *Afflict. d. decis. 264. in fine. Contard. d. l. diffamari. Limita. 1. num. 30.* idem etiam seruari potest, si quis se iactaret velle quem accusare, vt per *Oldrad. cons. 3. num. 2. Couar. dicto cap. 18. num. 7. post principium &c.* vbi dicit in criminalibus absoluendum esse accusatum ab obseruatione Iuditii. *l. si ea. C. qui accusa. non poss.* huiusmodi ēt litteras, solet Senatus noster emanare. Vide. *Contard. suo proprio tract. super dicta leg. diffamari &c.* & istę supplicans dicitur reus, non actor. *Gratia. disceptat. forens. cap. 85. num. 4. lib. 1.*

Ideo si imponatur perpetuum silentium, pars amplius audiri debet. *Bursat. cons. 78. num. 21. fallit tamen, vbi esset in possess. rei de qua controuertitur. Marta. Socin. in c. ex conscientia. de crimine falsi num. 40.*

130 † Centesimo vigesimoseptimo. Litteræ non numeratæ pecuniæ sunt illæ, quando Princeps mandat Iudici, vt confitentem admittat ad probandum pecuniam non numeratam fuisse, & ad debitum illud petendum non obstante confessione, ac lapsu dierum 40. procedēdo summariè. *Rebuff. in tit. de chirographis. in præfatione n. 15. in fine,* vbi attestat̄ de cōsuetudine &c. *Crem. sing. 153. et habetur in lib. act. for. tit. de cond. chirograph. 4. Clas. act. 30.* Exceptio .n. non numeratæ pecuniæ in contractu mutui opponi potest per debitorē, etiā post biennium, si probatū sit de nō solutione, in alijs vero cōtractibus nō potest opponi post. 30. dies. *Teste Afflicto decis.*

decif. 105. num. 2. & decif. 110. nu. 1. & 2. Tremol. ad prac. Bonacur. tit. de perempt. except. nu. 3. verf. exceptio non numerata &c. in littera. C. P. Ferrar. in for. libell, in actione hypothec. in glof. mutuo nu. 16. vbi Mafuer. not. Senator Bellon. fuo tract. de poteftate eorum qua incontinent &c. lib. 2. cap. 76. num. 1, procedit etiam hæc exceptio non numeratæ pecuniæ, in dote, *vt per Ferr. loc. citato. in glof. circa med. Bellon. qui fupra n. 4. Mafcard. conclnf. 695. de probat. Aldouin. conf. 69. nu. 81. Mantic. de tacitis. & ambiguis. lib. 18. tit. 1. nu. 14. vide Gratian. difcept. forenf. lib. 3. cap. 497. num. 27, & lib. 2. cap. 321. num. 12,*

131 † Centefimo vigeffimo octauo, Litteræ ob metum, vel dolum funt, quando Princeps mandat, vt Iudex fupplicantem admittat ad probandum, fe inductum fuiffe per metum, vel dolum ad promittendum in memorato inftrumento contenta, vt in fpecie tradit. *Rebuff. ad Conft. Gallia in tit. de litteris obligator. art. 1. glof. 9. num. 35. per Felin. in c. ex parte fallen. 11. ac off. de legati. l. 1. & l. qui in errorem. ff. quod metus caufa* folet etiam Senatus huiufmodi litteras emanare.

132 † Centefimo vigeffimo nono. Litteræ cum benefitio legis, & Inuentarij, funt, quando quis impetrat à Principe, vt hæres effe poffit cum benefitio legis, & Inuentarij, prout etiam feruatur in Gallia ad trad. *per Rebuff. ad. Conft. Gallia in d. tit. de litteris obligator. art. 3. glof. 1. num. 33.* Mediolani autem adeft ftat. 272. vol. 1., quo cauetur, neminem poffe effe hæredem cũ benefitio Inuentarij, & Apoftillator not. ibi nu. fin. vbi atteftatur bis vidiffe difpenfatum à Senatũ, verum hodie per litteras Regias Tomar, non folent huiufmodi litteræ emanare, nifi maxima fubfiftente caufa, & re prius in illo ampliffimo ordine difcuffa &c. qui autem huiufmodi litteras impetraffet, tenetur intra 30. dies Inuentarium conficere, & poftea intra 60. illud perficere debet. *l. fin. C. de Iur. deliber. Rebus &c. qui fupra in proemio glof. 5. num.* 80. requiritur etiam, quod nullus alius cõfanguineus defuncti hæres effe velit fimpliciter, tunc enim non procederent litteræ in præiudicium creditorũ. Itẽ quod non fe immifcuerit in hæreditate. *Rebuff. de litteris obligator. d. art. 3. glof. 1. nu. 33.* & licet benefitium inuentarij per d. ftat. Mediol. 272. fit fublatum, habet tamen locum, quo ad creditores Mediolanẽfes non autem, quo ad forenfes. *per Decretum Senatus anni 1567. dies 3. Martij. Apoftillator d. ftat. num. 83.* nec per difpofitionem dicti ftat. tollitur benefitium falcidiæ, nec alia benefitia. *Anguifol. conf. 24. ad fin. lib. 6. Apoftillator num. 81. ad memor. ftat.* Vide *Staphil. de litteris gratia, & Iuftitia, fol. 182, à tergo, vbi nota &c.*

185 † Centesimo octuagesimo secundo. Obtineri etiam possunt litteræ, quatenus Iudex permittat supplicantem, posse libere appellare, à sententia contra eum lata; *Ripa in cap. primo de rescriptis num. 54. lib. 2.* interpretat. *& n. 73. Felin. Abb. Butr. & alij*, & attento illo verbo libere, operatur, quod possit appellari in casibus etiā alias a iure prohibitis, de quibus *in §. sunt quorum 2. quæst. 6. & toto C. quorum appell. non recip. Ripa dicto numero 54. & 55. Glos. Bart. & alii in l. si quando C. de Innoff. Testam.* quod puto verum, quando quis esset notoriè grauatus, alias secus, vel manifeste constaret de iniquitate, vel nullitate, vel adesset dolus, vel lata culpa Iudicis, vel partis, *Plet. in l. si quando num. 255. & 276. C. vnde vi. Boss. in tit. de remed. Iustitia num. 10.* prout etiam in casu nullitatis euidentis, *Costa cons. 72. num. 5. lib. 1. Contard. ad l. vnic. limit. 8. C. si de moment. possess. nu. 16.*

186 † Centesimo octuagesimo tertio. Litteræ etiam emanant, prohibentes, quod nullo modo supplicans molestetur, & tunc intelligitur etiam de molestia iuris *Felin. in cap. causamque numero 25. vers. similiter dicit Alex. &c. de rescript. per tex. in authen. de fideiussorib. in princ. ibi molest. sit &c. Bart. in l. Lucius §. tres hæredes ff. ad Trebell.*

187 † Centesimo octuagesimo quarto. Obtineri etiam possunt iussoriæ litteræ, ne supplicans conueniatur à creditoribus, vltra quam facere possit. *Felin. in cap. quæ in Ecclesiarum de constitut. num. 67. versic. in glosa &c. circa fin. Giurba decis. 42. num. 4. vbi num. 19. & 29.* concludit, non præiudicare iuramentum per minorem factum; verum fallit primo, quando adesset dolus debitoris, non enim hoc beneficio deducto ne egeat gauderet, *Giurba decis. 43. num. 3. 4. & 5.* Fallit secundo, non competere ei, qui propter malefi-

tium

tium deuenisset ad inopiam, *Felin. dicto cap. qua in Ecclesiarum. loco citato*. Fallit tertio quando debitor tempore contractus, cœpisset dilapidare bona, *Bald. in l. si pro ea, in princip. C. mandati*, Fallit quartò si omnẽ substantiam luxuriose consumpsit. *Giurba dicta decis. 43. numero 14. & sequen.* declara vt *numero 17.* Fallit quinto si ex sui culpa vergat ad inopiam. *Amat. decis. 16. numero 12. Surdus de alimentis quæstione 78. numero 44. Giurba dicta decis. 43. num. 8. & sic declaratur l. 2. ff. & C. quod cum eo &c.*

188 † Centesimo octuagesimo quinto. Litteræ etiam obtinentur, quatenus Iudex supplicantem inducat in effectualem possessionem bonorum immobilium, intra certum tempus, puta intra tres dies &c. & tunc intelligitur causa cognita, cum possidente, & parte præsente, vel citata, *Butr. in capitulo consultationibus, numero 2. de offic. delegat. Menoch. de arbitrar. Iud. quæst. 38. numero 3. & 4. per Bartol. in l. à Diuo Pio numero 4. ff. de re Iud.*, vbi habetur, quod hęc commissio, duo continet, vnum quod inducat in possessionem, vel fundum restituat, alterum tacite, vt cognoscat, quia in est clausula si preces &c. *Dec. cons. 323. num. 2. Mastril. decis. 241. nu. 93.*

189 † Centesimo octuagesimo sexto. Impetrantur etiam litteræ, per quas Iudici mandatur, vt causam intra instantiam decidat, alias in pœnam incurrat, *Butr. cap. venerabilis, numero 11. de Iudic. Bald. in c. super eo. de appell.* quod intellige, si pars instet & procuret causæ decisionem, vt per *Gail. pract. obseruat. lib. 1. obseru. 28. num. 5. & 6.* vbi ponit exempla, prout etiam est eo temperamento intelligendum, modo causa adeo difficilis sit, & dubia, quæ eodem termino, non posset expediri, cum semper quælibet dispositio intelligatur, terminis habilibus, *l. 1. §. qui in perpetuum ff. si ager vectig. &c. Butr. cons. 19. 3. column.*

190 † Centesimo octuagesimo septimo. Litteræ etiam obtinentur, mandantes prouideri supplicanti, de centum, & tunc illæ, qui debet prouidere, non tenetur vltra id quod facere potest, deducto ne egeat, & sine rerum alienatione, ponderatis impensis familiæ, & expositorum &c. *Butrius in cap. 9. præsenti &c. numero 6. vbi Io. Andr. Imola, & alij de off. ordinar. lib. 6.* cum Princeps non intendat indubio contra regulas concedere vt in *distinct. 1. Basilicos, de consecrat. cap. pastoralis de Infant. in 6.*

191 † Centesimo octuagesimo octauo. Litteræ etiam obtinentur, quatenus Iudex super articulis obiectiuis, & male specificatis, supplicantem admittat, non obstante lapsu termini emanati ad articulandum. *Staphil. suo tract. de litteris gratia, & Iustitia in tit. de commission. & Litteris Iustitia pag. 172.* a tergo *Cap. Auditor. per Egid. conclus. 270. Gomez. in reg. Cancellar. in regul. vtriusque signaturæ compend. quæst. decimasexta. vers. & quod dictum &c. pag. 158. Milis in suo aureo repertorio, in verbo rescriptum concessum in prima instantia &c.* vbi in specie inquit, hoc rescriptum non extendi ad secundam, vel tertiam instantiam, cum in eis posset probari non probatum in prima, & hoc est verum, nisi articuli alio modo non possint specificari, puta quia negatiui, tunc enim in secunda, & tertia instantia, post lapsum terminorum, probari posśunt, modo sint in termino producti *Milis loc. cit.*

192 † Centesimo octuagesimo nono. Posśunt etiam impetrari litteræ, vt reus possit citari per edictum in Curia, & locis circumuicinis affigendum, *vt per Roman. consil. 59. numero 5.* & tunc non sufficit quod fiat publicatio in vno loco de vicinis, sed ad minus requiritur, quod fiat in duobus, quia pluralis locutio duorum est contenta. *Milis in suo aureo repertorio in verbo rescriptum, si committit potestatem &c.* & forma commissionis litterarum debe- ret ad vnguem seruari. *Ludouis. Pontif. decis. 1. numero 2.* tum etiam quia vbi forma edicti legitime seruata non fuerit, illud edictum eśset ipso iure nullum. *Bossi. in tit. de proclamat. numero 13.* nam vbi fieri deberet publicatio edicti, (vt hic Mediolani fit.) vna omissa edictum erit nullum. *Alex. in l. 1. ff. de liber. & posthum.* non potest tamen Iudex citare per ædictum, nisi per litteras speciales Principis, vel Senatus, *Marchef. de comiss. tit. de comiss appell. in Rom. Cur. numero 139. Verall. decis. 261. num. 5. par. 2.* Fallit in delegato Principis. *Rutger. Rulant. de inuocat. vtriusque brach. in tit. de Brachii Affinibus. cap. 5. numero 24. Menoch. cons. 100. num. 95.*

193 † Centesimo nonagesimo. Dantur etiam litteræ, quatenus Iudex, vbi constet supplicantem fuisse sua posśessione spoliatum, illum ad suam posśessionem restituat. *Bartol. in l. à Diuo Pio, num. 4. ff. de re Iud. Dec. in cap. 2. nu 3. de rescript. Menoch. de arbitrar. Iud. quæst. 38. numero 1. per Dec. cons. 323. num. 2.* ideo hæc commissio duo continet, vnum expresse vt fundum restitui faciat, alterum tacite, vt cognoscat, quia in est clausula si preces veritate nitantur, *Bar. d. l. à Diuo Pio numero 4. & in l. & si non cognitio, & in l. præscriptione num. 2. C. si contra ius &c. Menoch. dicto num. 1. quæst. 38.* secus vero vbi nuda executio demandata sit, post latam scilicet sententiam, & posthabitam causæ cognitionem, tunc enim Iudex cum sit meus executor, nullam habet cognitionem, sed tenetur exequi, *l. executorem, & l. si vt proponis. C. de executio. rei Iudic. Bartol. loco citato numero 10.*

194 † Centesimo nonagesimo primo. Posśunt etiam obtineri litteræ, vt quis trahatur extra suam Diœcesim, vltra vnam dietam, respectu loci, in quo aduersarius moram trahit, *per tex. in cap. statutum §. cum vero, & seqn. de rescriptis in 6. Paris. cons. 51. numero 38. vol. 4. non attento dicto cap. nonnullis vbi Abb. Felin. Bald. & alii de rescriptis*, cum derogatione ipsius cap. statutum, vt idem Paris. not. loco citato, verum vltra duas dietas, vt quis trahi posśit, rescriptum non potest impetrari, *vt per Menoch. de arbitr. Iud. casu 206. numero 1. Felin. in dicto cap. nonnullis numero 35. versic. vlt. dubitat. &c. vbi Hostiensis, & in sua summa huius tit. §. qua possunt &c. vers. centesimo &c.* vbi inquit, quod si trahatur vltra duas dietas extra Prouinciam, non valere rescriptum, nisi fiat fides quod Papa certus de facto ita rescripsit, *Felin. dicto cap. nonnulli numero 35. circa principium vbi numero 30.* Vndecim casus enumerat, in quibus non habet locum exceptio de duabus dietis videas eum ibi, quæ procedunt etiam in causis appellationum coram Summo Pontif. interpositarũ, & extra cur emanat. in quibus additur clausula, modo vltra tres dietas &c. & sic habentibus itinerare, taxatur vna dies pro omnibus 20. miliaribus, & vna dies quietis, in qua compareat, *l. 3. in principio ff. de verb. signif.* & sic dietam sumi, vt in singulis diebus viginti miliaria aśsignentur, *Dec. in cap. olim numero 2. vbi Felin. numero septimo de except.* iterum per mare, quinquaginta miliaria sunt minus quam una dieta, *Bartol. in tract. de insula. tertia colum. Felin. dicto numero septimo*, sed tutius est, hoc relinquere Iudicis arbitrio, ut per *Menoch. de arbitr. dicto casu 206. numero tertio. centur. tertia*, prout etiam circa huiusmodi delegationes extra Prouinciam spectat ad Papam, cuius respectu totus mundus est vna Prouincia, *per sextum in 9. quæst. tertia. cuncta per mundum Felin. dicto capitulo nonnulli numero fin. circa fin. de rescriptis*, Mediolani autem in causis appellationum; vbi causa & sententia fuerit emanata in partibus, vbi copia I. P. non aderit, tunc I. P. ex Ciuitatibus proximioribus causa eo-

committenda est, *vt per Nou. Const. in tit. de appellat. §. Qui prætor, vel Magistr. &c. vide Bald. cons. 427. lib. 4. num.* 2. vbi ponit, quã in Ciuitas dicatur vicina &c. respectu vero causæ in prima instantia non solet Senatus dare litteras, vt quis extra forum suum trahatur ad litigandum, nisi in specie, id fuerit expressum, nec id solet concedi, nisi cum causæ cognitione, & ex iusta causa, re prius parte vocata, & in Senatu Excellentiss. propofita, *vt ex decreto Senatus diei* 15. *Ianuary anni* 1580. §. *quod rescripta*, & diei 11. Augusti 1616. Vide supra num. 114.

195 † Centesimo nonagessimosecundo. Possunt etiam obtineri litteræ à Principe, quod licet supplicans minus sollenniter eius testamentum condiderit, attamen illi fides adbibeatur, & suppleatur. *Bald. in l. rescripta nu. 3. vbi Bart. Salycet. Castrens. & alij. C. de precibus Imper. offerend.* & licet hæ litteræ sint iuri communi contrariæ, tamen valet impetratio, modo fiat cum debita derogatoria. *ad l. si quando. ff. de inoff. testamento*, nam huiusmodi litteræ dicuntur impetratę, præter legem, quia discrepat forma iuris communis, tamen non dicuntur contra legem emanatæ, cum non sint prohibitæ impetrari. *Bald. qui supra dicto num. 3. circa med. Marches. de commissio. par. 1. cap. 3. num.* 58. solet Senatus eas emanare cum clausula, modo alias fuerit à not. rogat. & in reliquis fuerint seruata seruanda, nam cũ hoc sit de iure positiuo, in supplendos lz. formam iuris, legitime concedi possunt. *Crauet. cons.* 119. *num.* 2. & 144. *nu.* 18. & potest mutare quadrata rotundis *idem Crau. cons. 241. num. 4.*

196 † Centesimo nonagessimotertio. Dantur etiam litteræ, quod licet constet de subreptione litterarum, vel inhibitionis, modo adhuc constet de bono iure coram vtroq; Iudice, omnino Iudex ad vlteriora procedat. *Lancellott. de attentat. par. 2. cap.* 20. *limitat.* 12. *num.* 18. *per Augustin. decis.* 38. *Incip. Reumanus. lib. 3. in re collect. suis*, prout etiam regulariter non omnis subreptio tollit effectum inhibitionis, vel litterarum, sed tantum illa, quæ est substantialis, secus vero si accidentalis extiterit. *Lancellott. loc. citato num.* 15. vbi ponit exemplum de illo', qui inhibet vigore appellationis, quæ in rerum natura, & nondum interposita fuerat, videas eum ibi &c. *Bald. in l. præscriptione nu. 28. C. si contra ius &c.*

197 † Centesimo nonagessimoquarto. dantur etiam litteræ, quatenus Iudex probationibus per supplicantem factis lz. minus legitimis, attamen illis fidem adhibeat. *Menoch. de arbitrar. Iud. quæstion.* 25. *num.* 2. *lib.* 1. *per Socin. cons.* 28. *col. vlt. in principio lib.* 1. quod intelligi debet, modo testes persuasiuam rationem reddiderint. *Aret. cons.* 84. *num.* 3. *in fine*, & intelligi debet de probationibus minus concludentibus, & testes malam rationem reddentes. *Alex. cons.* 80. *in fine lib.* 4. *Menoch. loc. citat. num.* 3.

198 † Centesimo nonagessimo quinto. Lfæ arbitrales sũt, quando datur facultas Iudicibus proced. criminaliter. *Io. de Mont. loc. suo tract. de litteris arbitral. cap. 3. per totum &c.* vbi vide &c. idem etiam procedunt, quando adest clausula arbitrio boni viri, de quibus latius. *per Menoch. de arbitrar quæst. 6. & quæst.* 23.

199 † Centesimo nonagessimosexto. dantur etiam litteræ, quod quis admittatur ad compensationem crediti sui, cum clausula prout iuris fuerit. *Lancellott. de attent. par. secunda, cap.* 4. *limitat.* 28. *num. tertio*, & tunc non impeditur, quominus agi possit pro executione instrum, liquidi, quando illud creditum supplicantis esset illiquidum. *l. fin. C. de compensat. Caputaq. decis.* 135. *Incip. præsentata &c.* & si fiet executio non diceretur attentatum. *Lancellott. loco citato num.* 2. & *nu.* 4. & *seq.*

200 † Centesimo nonagessimoseptimo, emanat etiam à supremo Principe rescriptum, quatenus Iudex petitorij causam ante cognitionem spolij, & possessorij cognoscat. *Thesaur. decis.* 15. *num.* 5. & 6. modo tractetur de re modica, & de solis mobilibus, vt ibi *dicto n.* 5. *circa med. Bursat. cons.* 129. *n.* 19. *in fine. lib.* 2. regulariter enim rescripta Principum, quæ ius partis non tollunt, sed dilationem ad suum recuperandum inducunt, omnino seruanda esse statuit. *Imperator in l. quoties. C. de precib. Imper. offer., vbi Salices. Castrens. & alij.* ea ratione, quia quod differtur, non aufertur. *Brun. cons.* 108. *col.* 4. *circa fin. Natta cons.* 591. *nu.* 7. & ita fuit tentum. *Thesaur. d. decis.* 15. *in fine.*

DIVISIO QVINTA.

201 *Liquidatoria littera, quatenus Iudex in causa liquida, ad executionem deueniat quæ sint.*

202 *Confirmatoria littera in causa nullitatis processus, ex deffectu positiui iuris.*

203 *Detentionis littera, quatenus Iudex capturam non ritè emanatã, vbi constet de debito, omnino confirmet, quãdo procedat, quod Mediolani non seruatur, & quando.*

204 *Admissionis littera, ad docendum de errore calculi inter partes &c.*

205 *Reformatoria littera in causa appellationis, quatenus Iudex sententiam nullam ex bono iure confirmet.*

206 *Statutoria littera ad docendum de læsione, in causa restitutionis in integrum.*

207 *Relatoria littera, quando aliquis ex Perillustr. Senatoribus, delegatur ad refferendum in Senatu ampl ss.mo.*

208 *Fideicomissi littera, quando alienandi bona fideicomisso subiecta facultas conceditur.*

209 *Remuneratoria littera subdito concedenda, ob nouam artem in Vrbe inductam.*

210 *Cessionis littera, quando pauper admittitur ad cedendum bonis.*

211 *Littera de non tuto accessu, vt possit quis citari per edictum.*

212 *Resterationis littera, quando iuditium cum persona inhabili institutum reintegrari possit.*

213 *Littera in casu suspitionis Iudicis allegati.*

214 *Iuratoria suspitionis littera contra Ord. Iud.*

215 *Desertionis littera, vt Iudex ad vlteriora procedat constito de desertione causæ.*

216 *Auocatorię litteræ, quando dentur.*

217 *Suppletoria littera iurisdictionis, quæ sint.*

218 *Sanatoria littera circa processus, quando dentur.*

219 *Sanatoria littera circa census nullitatem.*

220 *Silentij littera criminales, quatenus causa ciuilis cessare debeat, durante Criminali.*

221 *Littera, vt tertius pro suo interesse audiatur in iuditio per alium intentato.*

222 *Reuocatoria littera, quando reuocantur attentata.*

223 *Consultoria littera, effectus, vt Consultori statuatur terminus ad consulendum in causa.*

224 *Littera contra Patrem ad instantiam filij, quando dentur.*

225 *Creditorum litterę contra hæredes debitoris, cũ potestate citandi per edictum.*

226 *Mulierum littera conquerentium de viro super dote.*

227 *Præuentionis littera, vt Iudex pręueniens, procedat in causa.*

228 *Nullitatis littera, super appellatione existentis, quod Iudex ad vlteriora procedat.*

229 *Dubitatoria littera super iurisdictione, respectu summæ petitæ.*

230 *Supersessorię littera in causa criminali, quomodo emanent.*

231 *Subministratoria littera alimẽtorum, pendente processu quando dentur.*

232 *Patrocinij littera à Principe obtinenda, per Regios consiliarios circa aduocationem, vt de causa cdoctos quomodo emanent.*

233

233 *Confiscationis littera, quando bona confiscata non sufficiunt pro alimentis filiorum res impuéati ratione legitima.*

234 *Ratificationis littera, quomodo impetrentur.*

235 *Paterna littera, cōtra filium, malo se gerentem, quomodo emaneat.*

236 *Aperitionis oris littera dātur, quando fuerunt emanata littera à suppremo Principe contra ius.*

237 *Relationis littera super statu causa.*

238 *Insolutum littera, quando offeruntur bona ex causa debiti contracti.*

239 *Littera, vt sententia executioni mittatur.*

240 *Alienationis littera in causa fideicommissi à testatore relicti.*

241 *Primogenitura littera sunt, quando in fideicommisso fuerunt substituti, & vocati Primogeniti.*

242 *Subrogationis bonorum littera quādo dantur, circa alienationem bonorum fideicommisso subiectorum.*

243 *Edictales littera dantur, quando persona sunt incerta.*

244 *Beneplaciti littera, vt feuda alienari possint ob as alienum.*

245 *Littera vt Vassallus obligare possit redditus bonorū feudalium, pro dotis restitutione.*

246 *Pheudatarij littera, vt Vassallus melioramenta super bonis feudalibus facta obligare, & hypothecare valeat.*

247 *Dominij littera, quando debitor procurat, ne bonorum captorum aliquis emptor inueniatur.*

248 *Census littera, qua à Senatū nostro emanant ob census non solutos.*

249 *Restitutoria littera fauore minorum aduersus contract. inutilem.*

250 *Frenetici littera, quando fuisset freneticus aduersus contractum deceptus, & quomodo.*

DIVISIO QVINTA.

201 † CEntesimo nonagessimo octauo. Obtinentur etiam litteræ, quatenus Iudex pro liquidis ad executioné deueniat ẽt lite pédente; firmis manentibus illiquidis, & tunc talis executio non dicitur attentata. *Lancellott. de attentat. d. par. 2. cap. 4. d. limit. 28. num. 1. 2. & sequen. tit. de attent. lite pend. per tex. in l. qui solum. ff. delega. 2. Bald. cons. 252. col. fin. lib. 3. l. fin. C. de compensatio.* fallit hæc regula, quando ea, quæ dicuntur liquida essent male calculata, & pars allegaret se incontinenti probaturum errorem. *Lancellott. qui supra d. limit. 28. num. 2. & 5.*

202 † Centesimo nonagessimo nono. Dantur etiam litteræ per Principem in forma patẽtium, confirmantes processum nullum ex deffectu iuris positiui, & tunc requiritur certa notitia, & scientia in ipso confirmante. *Vant. de nullit. in tit. qualiter, & quibus mod. sent. null. repar. possit num. 24. per Abbat. in cap. cum olim. col. pen. de re iud. Bart. cons. 196. col. 2. in fine. Felin. in cap. qualiter, & quando de accusat. vers. fallit sexto. &c. col. 9.* & sic fieri debet ex certa scientia confirmantis alias non excluderetur nullitas. *Egid. conclus. 216. si petens &c. & 748. Rota decis. 232. in nouis. Crau. cons. 197. col. fin.*

203 † Ducentesimo. Quandoq; etiam emanant Litteræ, quatenus Iudex, capturā non rite emānata, si constet de debito, vel quod alias iusta sit, omnino confirmet, *vt idem Vant. trad. suo tract. de nullit. dicto tit. qualiter senten. qua dicuntur nulle repar. poss. num. 131. per Castrens. cons. vltimo in fine, prima partis, & cons. pen. num. 4. Bursat. cons. 74. vol. primo num. 167. Dec. cons. 449. visis duobus &c. col. 3. in fine nu. 19. & seq. Crau. cons. 65. num. 4. in fine, & cons. 140. in fine nu. 9.* vbi videas &c. *Apostillator ad Stat. Mediolani cap. 152. vol. 2. num. 7. & cap. 242. vol. 1. num. 26.* Verum istæ litteræ procedunt, quando talis nullitas capturæ prouenit ex deffectù citationis, vel ordinis iudiciarij secus vero in alijs nullitatibus circa capturas. *Bursat. d. cons. 74. nu. 167. lib. primo, vbi attestatur de communi * Castr. cons. 473. num. 4. lib. 1. in vlt. impressione. Dec. cons. 449. num. 19. & seq.* Ea propter istæ litteræ mandantes Iudici, vt constito de debito &c. capturam nullam confirment; dirigi solent Iudicibus ordinarijs, qui possunt cognoscere de iniustitia, & circa merita causæ, *per tex. in §. exhæredatos. vbi glos. in verbo iustè in auth. de hæred. & falcid.* & circa ea, quæ rectitudiné respiciunt. *Angel. in l. 2. vbi glos. in verbo rectè. de inoff. testam.* si quidem DD. Protectores habent tantū cognitionem circa rititudinem, non autem rectitudiné, *per ord. Senatus anni 1587. diei 4. Iunij, & per N. C. de off. Protect.* hoc est circa illam cognitionem, quæ respicit ordinem, & sollennitatem, ac nullitatem capturarum. *Asin. sua praxi. Iud. §. 25. cap. 28. num. 1. & per ord. Senatus diei 28. Decembris 1572. Bart. in l. lecta nu. 17. ff. si cert. pet. vbi eo loci trad. Iason. nu. 16. circa med.* illud verbam ritè detentum, esse de forma substātiali capturæ. *per Anchar. ibi alleg.*, & sic requiri ordinem, & solennitatem capturæ. *Gabr. cons. 189. nu. 9. lib. primo,* slz. quod in actù capiendi adhibeatur ordo, & forma requisita ex statutis, & ordinibus. *Card. in clemen. vt hi qui, num. 21. quæst. 17. de atat. & qualit.* & quod fiat tempore permisso. *Bart. in d. l. lecta. Peregr. dicto num. 9.* & ideo ad hoc, vt derogetur huic formæ statutorum, requiritur specialis derogatio. *Gomez. de iure quæsito non tollendo, quæst. 6. numero 8.* nisi alias ex proemio litterarum secus appareret. *Rota decis. 32. de rescript. in nouis,* habet tamen locum præuentio iurisdictionis, super hac rititudine capturarum, inter DD. Protectores, & Iudices ordinarios, *per Decretum Senatus diei 2. Iuny 1610.* cum eorum iurisdictioni non soleat Senatus præiudicare. *Cassador. decis. 4. de Constitut. Peregrin. cons. 30. nu. 22. lib. primo.* Vnde, quando istæ capturæ essent minus ritè emanatæ, tunc non solẽt dari litteræ, vt constito de bono iure, Iudex eam capturam nullam confirmet, quia carceratus nulliter, dicitur priuatus sua libertate, secus vero si rectè, vel ritè emanent. *Ludouis. Post. decis. 336. nu. 4. & 5. per Bart. in suo tract. de quæstionibus quæst. 6. incip. Lapus detentus &c. nu. 2. & 18. Dec. cons. 449. nu. 16. in fine. Angel. in l. si finita. ff. de damn. infect.* veluti, quando quis fuisset extractus è grondio, vel domo, vel die iuridica, vel de nocte detentus, vel aliter contra formam ordinum, quia istis in casibus nil opponi potest, quominus debitor sua libertate spoliatus restituatur. *Cauat. suo tract. in quibus casibus criminaliter procedi non poss. par. 6. num. 38. vers. adipi Colonei. per Caual. decis. 3. in fine. par. prima.* Captura enim dicitur nulla vigore statutorum; ratione personarum, locorum, causæ, temporis, vel tel, & sic in quinqu; casibus, & primo ratione personarum, veluti contra minores ann. 18. *per stat. Mediolani cap. 243. vol. primo.* & maiores annis 60. imo nec mulieres bonæ famæ detineri possunt, pro debito publico, nec priuato, sic refragante dicto statut. 243. idem est de iure communi, *vt per Gallar. de renunt. tom. 3. renunc. 190. per totam.* secundo ratione locorum, scilicet in domo propria. & in ecclesia, etiam pro debito publico. *per stat. Mediol. cap. 65. vol. 2.* nec in domibus Aduocatorum, & Causidicorum. *per N. C. in tit. de prohibit. execut. cap. vt indicta &c.* nec in confinibus Palatij Prætorij, *per easdē Const. in tit. de executor. & fam. Iusd. §. has tamen &c.* Tertio ratione causæ, prohibetur captura, & primo in eo, qui fuit relaxatus intuitù pietatis, *per statut. Mediolani, cap. 239. vol. 1. si quis &c.* Secundo non datur contra conducentes Victualia Mediolani, & dicta causa negotiantes. *per stat. cap. 67. ferrum &c. vol. 2.*

& per

& per N.C.d. tit.de prohibit. executio §. has tamen &c. Quarto principaliter non datur captura ratione temporis. & primo in diebus feriatis. *per stat. cap.* 110. *vol.* 1. *& cap. 64. vol. 2. nullus capiatur, & per N.C. tit. de executorib. cap consuetum est &c.* nec post horam 24. *per N.C. ibidem §. has tamen &c.*, nec illo die, quo fuit relaxatus. *per stat. cap.* 241. *vol.* 1. & latius videre est in libro dierum vtilium, qui singulo biénio imprimitur. Quinto ratione rei non conceditur captura, si agatur de debito minoris summæ libr. sex imper. *per stat. cap.* 167. *vol.* 2. fallit tamen in causis coram D. Vicario Prouisionum. Iudicibus victualium, & stratarum, vt ibi legitur &c,

204 † Ducentesimo primo. Dantur etiam litteræ quatenus Iudex supplicantem admittat ad docédum de errore calculi inter partes initi, & eidem assignet opportunum terminum ad errorem huiusmodi probandum. *Lancell. de attēt. par. 2. cap. 4. limitat. 18. n. 6. per fulg. cōs.* 142. *vers. rursus &c. Nonius cons* 63. *nu.* 27. *cum seq.* nam huiusmodi casu executio pro liquidis esset retardanda, quando scilicet sola liquida essent male calculata, & a parte allegaretur error calculi, & pars parata esset docere de errore per calculatorem denuo faciendam. *Lancell. qui supra nu.* 5.

205 † Ducentesimo secundo. Dantur etiam litteræ Iudici appellationis, quatenus sententiā nullam, vbi constabit illam quoad causæ merita Iustitiam continere, confirmet, aut in totum rescindet, vt *per Vant. in tit. quamlibet sententia dicuntur nulla repar. poss. nu.* 129. & 132. *per tex. in l fin. § fin. ff. q. met. caus. l. 1. ff. q. appell. resc. l. cum quaerebatur ff. de re iud. Alex. cons. 73. col. fin. &*

* *cons. 181. col fin. lib. 6. & est communis opinio * vt per eundem Alex. cons. 67. lib. 7. & in cons. 59. lib. 2.*, declara & limita, vt per *Petr. Ferra. in for. app à senten. diffinit. in glos. fuisse, & esse nullam &c nu. 9. & Vant. loco citat. nu.* 133. *cum seq.* & tunc pars condemnatur in expensis.

206 † Ducentesimo tertio. Obtineri etiam possunt litteræ, quatenus Iudex statuat parti terminum competētem ad docendum de narratis in litteris restitutionis in integrum, & de læsione, & quare veniat restituendus aliter quod Iudex ad vlteriora procedat pro Iustitia, *Lancell. de attent. restit. in integr. pendente par. 2. cap. 18. n. 73. per Corn. cōs. 111. in lra K. Pu. dec. 7. in recollect. in tit. de restit. in integr.* nā licet litteræ essent emanatæ cū clausula scilicet prout de iure, attamen si ea pendente fieret executio, illa veniret vti attentata reuocāda, propterea tutius erit has litteras obtinere. *Lancell. d. cap. 18. nu. 25. cum seq.* declara etiam prout ibi &c. *Put. d. decis. 7. & decis. 301. lib. 1. incip. voluerunt &c.* prout etiam hæc forma comissionis seruatur in Romana Curia ad trad. *per Marches. de comissio par. 2. cap. 2. de restit. in integr. nu. 9. vbi nu.* 10. addit posse etiam procedere ad vlteriora absq; pronunciatione, & sic tacitè dicentur restitutionem petitam reijcere. *Roma. cons.* 310. *nu.* 2. & si nullam competere restitutionem pronunciauerit appellationi locus erit. *Dec. cons. 436. nu.* 6. prout etiam ab huiusmodi processu ad vlteriora, poterit appellari. *Ferrett. cons. 83. nu. 6. Marches. loc. citat. n.* 11. *& cap. 1. tit. de comissio restit. in integr. nu. 63. & 64. in fine par. 1. per Puteum decis. 279. in princip par. 3.*, quando autem essent tres conformes, tunc istæ litteræ, prout de iure non facerent attentata, *Put. decis. 121. par. 1. Marcheson. de comissio restitutione in integr. cap. 1. num.* 117., sed bene aduersus duas conformes, etiam virtute statuti, vel Constitutionis, *Gabr. cons 49. num. 1. Paris. cons. 109. nu. 5. vol. 4. Marches. qui supra num. 159. & seq.*

207 † Ducentesimo quarto. Dantur etiam litteræ Perillustribus DD. Senatoribus Regijs per Senatum nostrum Excellentissimum, quando sunt delegati in caussis ad refferēdum, vbi supplicetur per alteram partem, quatenus dignetur mandare eidem Perillust. D. Senatori, vt prouideat in dicta causa prout quandoq; fieri solet super aliqua prouisionali, vel alio emergenti, tunc enim emanant litteræ, mandantes quatenus præf. D. Senator prouideat, prout sibi magis conuenire videbitur, & sic dicitur ei attributa potestas quicquid faciendi pro suæ voluntatis arbitrio: *D. Menoch. de arbitrar. Iudic. quæst. 8. nu. 6. per Bald. in tit. de pace Constant. pag. pen. vers. in animam nostram &c. Tusch. conclus. 307. n.* 1. prout etiam denotat viri boni arbitrium. *Signorol. cons. 210. nu. 9. Molineus consuet. Parisien. tit. 2. §. 55. gl. 4. nu.* 34., nec additur in huiusmodi litteris clausula scilicet, & Iustitiam faciat, quæ in alijs litteris, ceteris Iudicibus directis, apponitur, & hoc maximo quidem iure, *Credidit enim Princeps eos, quos ob singularem industriam explorata eorum fide, & grauitate, ad huius officij magnitudinem adhibentur, non aliter iudicaturos esse pro sapientia, ac luce dignitatis suæ, quam ipsa foret iudicaturus per tex. in l. 1. in fine ff. de officio Præfect. Prætor,* & ob id non eis mandat, vt Iustitiam faciant, cum ad boni, & æqui instar calcaribus non indigent, sed solum virgæ sufficit vmbra, prout etiam seruatur in Curia Roman., quando Cardinalibus rescribitur, ad *trad. per D. Marcheson. de comissio par. 1. in tit. de concessis caus. Illust. Cardinalib. direct. num. 6. & 7. cap. 11. per Felin. in cap. ad aures nu. 11. de rescript. idem Marches. in tit. de off. Illust. Vicecancellat. cap. 1. nu. 23. par. 1.*

208 † Ducentesimo quinto. Litteræ de alienandis bonis fidei comisso subiectis, quando etiam emanant è Senatu nostro, quando scilicet quis est ære alieno grauatus, rogans Senatum, vt Dignetur eidem concedere facultatem alienandi bona fideicomisso subiecta, subrogatis alijs bonis in eorum loco, aut relicta portione pecuniarum ex eadem venditione extrahendarum, & cuius fructus multiplicare habeant, donec summa pecuniarum extracta ex dicta venditione reintegretur, & alijs modis conceduntur, prout ex forma Ritus Cancellariæ, vocatim prius in fideicomisso nominatis. *Oddus omnino videndus suo tract. de fideicomiss. quæst. 30. par. 1. per totum, & præsertim nu. 46. & Peregr. de fideicomiss. art. 52. nu. 146. circa med.*, & prout etiam seruatur in Rom. Cur. *Marches. de comissio. par. 2. tit. de comissio. super dilationibus &c. cap. 1. nu.* 77. prout etiam potest obtineri dispensatio, vt fieri possit aliqua commutatio, de re ad rem in fideicomissi vtilitatem. *Peregr. dicto art. 52. nu. 159. in fine, & seq.*, & diximus in primo Præludio nu. 42. & seq. par. 1. huius nostri tractatus. Prout etiam quandoque dantur dispensationes, pro sanandis dotibus, vel persoluendo ære alieno defuncti, qui fideicomissum imposuit, & alijs legitimis causis concedi solent, *Marches. in qui supra part. 1. cap. 2. tit. designatum gratia nu.* 39.

209 † Ducentesimo sexto. Dari etiam possunt litteræ dilatoriæ ad soluendum, ad libitum Principis, aduenæ, & forasterio, qui nouam artem induxit in vrbe ne interim à creditoribus molestetur, & tunc cum sit priuilegium remuneratorium, non subdito tributum, transiret in contractum. *Loffred. cons. 38. col. pen. Dec. cons. 467. nu. 18, Innocent. Abb & alij in cap. nouit. de Iudic. Goza. cons. 55. nu. 11. Cephal. cons. 549. nu. 86. vol. 4. Marches. de comissio par. 2. cap. 1. tit. de comissio admissio.*

☞ *ad bonorum cessio. num.* 106. Senatus noster simplici aduenæ, qui debita contraxit cum aduenis, solet dare saluum conductum ad eius beneplacitum duraturum, ne molestetur à dictis creditoribus omni reali, & personali molestia pœnitus cessante, ea conditione adiecta, vt si ab eis vexaretur, terminum habeat dierum 15. a die illatæ molestiæ incipiendorum ad recedendum libera ab ipso nostro dominio, *vt ex forma Ritus Cancell.*

210 † Ducentesimo septimo. Emanant etiam litteræ, vt debitor pauperimus cedere possit bonis suis, & eo casu quando Princeps rescribit, quod carceratus facta bonorum cessione relaxetur, videtur illam ignominio-

sam

ſtam formam remiſiſſe, non obſtante ſtatuto in contrarium diſponente, vt per *Brunum de ceſſione bonorum quæſt.6.princip.nu.7.per Bald. conſ. 301. num.3. vol.5. Roland.à Val.conſ.7.nu.16.cum ſequ. vol.2.* verum hæc opinio, non eſt ita indifferenter admittenda, cum vel requiratur clauſula non obſtante, vt per *Bald.in l.fin.C.ſi contra ius,* vel quod Princeps addat clauſulam, *citra ſcilicet formam pudendam,* nam alias intelligeretur, quatenus forma ſtatutorum, ac iuris ſeruata eſſet, *Barbat. conſ.47.lib.1. col.5. in fin.& vol. ſequen.* cum etiam regulariter non præſumatur Principē ſtatuta tot vigilijs excogitata vno reſcripto ſubuertere voluiſſe, vt egregie *trad. Rebuff. ad Conſtit. Regn. Galliæ tom. ſecundo in præfatione.de reſcriptis.numero 71. per text. in*
210 *l. ſi quando C. de inoff. teſtamento.* Propterea Senatus noſter, ſolet dare litteras, (ſumptis tamen prius informationibus de bona qualitate ſupplicantis) quatenus ſupplicans admittatur ad cedendum bonis *citra formam pudendam,* & prius audiuntur creditores, vt ex forma ritus Cancellariæ, & emanant litteræ in forma priuilegii, & ſic tollitur illa forma ignominioſa, *cap. priuilegia 3. diſtinctione cum ſimilibus,* Verum iſta ceſſio, non ſe extēdit ad futuros creditores, poſt dictam ceſſionem ſuperuentos, & poſt fuerit contractum debitum, vt per *Brunum de ceſſione bonorum quæſt. ſecunda prin. numero ſeptimo, & ſequen. & quæſt. 9.* prout etiam non nocet illis, qui non fuerunt citati, vt idem, *Brun. not. dicto numero ſeptimo, & octauo per Aretin. in §.fin.col.3. in fine verſ. quæro debitoris. ſub numero ſexto inſtit.de action. Salycet. in l. prima ff. de ceſſion. bonor. Marcheſ. de commiſſio. admiſſio. ad bon. ceſſion. numero 20.* & ſic declaratur ſtatut. Mediolani *capit. 408. volum. primo,* prout etiam expreſſe ita diſponit aliud ſtat. *capitulo 410.eod. volum.& capitulo 409. & ſequen.* ac etiam tradit *Apoſtillat. ad dictum ſtat. 408. num. 180.* Propterea exhibitio librorum, ac aliarum rerum decocti, fieri debet, vna cum calculis, vt eggregie trad. *Burſat. conſ. 74. lib. 1.n.118. & ſeq.* Vide formā ſtatut. Mediol. quæ omnino in hac Prouincia ſeruanda erunt, & vide infra ſuo proprio titulo.

211 † Ducenteſimo octauo. Impetrari etiam poſſunt litteræ, quatenus Iudex procedat cum poteſtate citandi per edictum, conſtito ſūmariè de non tuto acceſſu ſupplicantis, *Staphil. de litteris gratiæ, & Iuſtitiæ in tit. de comiſſio., & litteris Iuſtitia pag. 168. verſ. ſi petitur committi &c. p tex. in clē. 2. de Iudic. Veſtrius ſua prax. Roman. Curia lib. 4. cap. 2. num. 3. Vant. de null. ex deffectu citat. nu. 126.* & tunc opus eſt docere per teſtes de non tuto acceſſu. *Rota decis. 753. de citat. per edictum in antiq.* & ſic opus eſt vt teſtes deponant credere citandos non poſſe tutè perſonaliter, vel domi citari. *Rota deciſ. 781. de citat. per edictum in antiquis Caſſador. deciſ. 2. de dolo, & contu.* declara etiā, vt per *Granat. d. cap. 2. ad Veſtrium nu. 9. lib. 4. Staphil. qui ſupra d. pag. 168. verſ. qualiter autem debent deponere teſtes &c. Felin. in cap. quoniam frequenter nu. 14. vt lit. non conteſt. Achil. deciſ. 27. de probat.* & quomodo fiant vide *Gran. dicto nu. 9. & Vant. dict. tit. de nullit. ex deffectu citat. num. 128. Milis in ſuo aureo repert. in verbo citatio per edictū &c.* propterea, ſi Iudex ſaltem ſūmarie de præmiſſis non cognouerit, proceſſus huiuſmodi non valeret, vt conſulens reſpondit, *Dec. conſ. 460. Viſo puncto &c. nu. 26. lib. 4. col. fin.*

212 † Ducenteſimo nono. Dantur etiam litteræ, vt acta facta cum perſona inhabili, puta pupillo, vel minore, vel ſub patria poteſtate, poſſint vnica citatione, & audientia, cum perſona habili repeti, & reintegrari, ſcilicet citato curatore, vel Patre cū ſimilib. *Vant. de null. in tit. qualiter ſentent. quæ dicun. null. rep. poſſ. num. 88. & 90. per Bart. in l. mutare C. de procurat. & l. 1. C. de ſent. col. 2. & in l. ſi vt proponis prima C. quomodo, & quando Iudex verſ. quæro vtrum &c. Abb. in cap. fin. de probat. Caſſad. deciſ. 8. de reſcript;* quod maxime poteſt impetrari, cum clauſula reffectis impenſis &c. & fouente Iuſtitia, vt per *Vant. qui ſupra num. 90. circa med. Dec. conſ. 66. circa fin.*

213 † Ducenteſimo decimo. Dantur etiam litteræ in caſu ſuſpicionis Iudicis allegati, quatenus alius Iudex, eā cauſam, in illo ſtatu, in quo reperitur, audiat, & fine debito inter partes Iuſtitiam faciat. *cap. quia ſuſpecte 3. quæſt. 5. l. apertiſſimi vbi DD. C. de Iud. Specul. in tit. de recuſat. §. 1. Anfrer. tract. de recuſ. cap. vnico. Io. Ferrer. tract. de Iudic. recuſat.,* nam hodie arbitrorum electio receſſit ab aula, nec eſt vſu recepta. *Teste Paulo de Caſtro in d. l. apertiſſimi, in principio. Dec. in cap. cum ſpeciali in princip. de appell. Couar. pract. quæſt. cap. 26. num. 1.* Verum in precibus eſt addenda clauſula, ipſum Iudicem ſuſpectum, in manibus M. V. ſupplicans paratus eſt, prout ex nunc, quatenus opus ſit, iurauit &c. *Iaſon in d. l. apertiſſimi num. 21. Bald. in l. Theſaurus ff. ad exhiben.* & ſunt addenda verba ſcilicet, eſſeque adeo ſuſpectum; quod coram eo Iuſtitiæ complementum conſequi non ſperatur. de iure autem canonico cauſas ſuſpicionis, debent plene probari, at ſecus de iure ciuili, cum in hoc caſu ſatis ſit per iuramentum recuſari, vt per *Roland. a Vall. conſ. 31. num. 26. col. 3. Alex. conſ. 104. num. 4. vol. 5. Dec. in cap. poſtremo col. 2. de appell. Gail. pract. obſer. lib. primo obſer. 33. numero 16. poſt princip. per Iaſon dicta l. apertiſſimi. numero 5.* propterea ſi cauſa alias eſſet inſtructa requirerentur legitimę ſuſpicionis cauſæ, *Ferret. conſ. 66. num. 2. vol. 1. Caſtrenſ. conſ. 220. col. 5. vol. 2.* prout etiam iuramentum deberet in actis citata parte deferri ad probandum Iudicis ſuſpicionem, vt per *Ruin. conſ. 6. vol. 4. numero 6. Caccialup. de debet. ſuſpect. in 6. quæſt. princ. col. antep.* & relinquitur arbitrio Iudicis, quæ ſint iuſtæ, & legitimæ recuſationsi cauſæ *D. Menoch. de arbitr. caſu 152. numero 2. centur. 2.* & ſeruatis ſeruandis, & tunc impediretur proceſſus primi Iudicis, ne procedere poſſet ad vlteriora, *capitulo inſinuante de off. deleg. Verall. deciſ. ſeptima parte tertia per totam,* & multa alia congeruntur per *Marcheſan. de comiſſio. ſuſpicion. Iud. & adiunct. dand. part. 2.* Et in hoc caſu hic ſecundus Iudex, poterit primo inhibere, vt per *Staphil. de litteris gratiæ. & Iuſt. in tit. de comiſſio. Iuſt. pag. 178. verſ. in comiſſionibus Iuſt. & verſ. ſeq.*

214 † Ducenteſimo vndecimo. Dantur etiam litteræ, quando Iudex ordinarius allegatur, & iuratur ſuſpectus, vt adiunctus ei deputetur, cum quo ipſe procedere habeat in cauſa adhoc, vt lites, ſine ſuſpicione procedant, *per auth. ſi vero vbi Iaſon Salycet. Fulgoſius, & alij C. de Iud. l. apertiſſimi C. eod. Theſaur. deciſ. 255. num. 2. & 9. & in cap. cum ſpeciali. vbi gloſ. & DD. de appellat. capitulo ſuſpicionis. de off. deleg. Staphil. de litteris gratia &c. in tit. de comiſſio. Iuſt. in capitulo* ad ſolam allegationem &c. *Coſta de facti ſcientia &c. cent. prima diſtinct. 88. numero 13. Milis in ſuo aureo repertorio in verbo Iudex ordin. &c. per Anton. de Butrio in capitulo cum veniſſent. de Iudic.* prout etiam delegato poteſt dari adiunctus, *per Bartol. in dicta l. apertiſſimi C. de Iud. vide Mandoſ. ſuo tract. de commiſſio. in titulo de commiſſio. adiunct. deputand.* In ſupplicatione igitur debent narrari cauſæ ſuſpicionis legitimæ, *Theſaurus dicta deciſione 255. numero ſecundo,* & peti, vt aliquis adiunctus eidem Iudici deputetur M. V. beneuiſus, cum quo, & non aliter, iuſtitia mediante, in cauſa procedat, cum poteſtate citandi, & inhibendi &c. *Salycet. in d. l. apertiſſimi, vbi fulgoſ. & alij; Roman. ſingul. 455. Marcheſan. de commiſſio.*

sis. de commissio suspic. Iudic. par. secunda. cap. secundo in fine propterea ad solam allegationem vtsup. datur adiunctus, ne coram Iudice suspecto durum videatur litigare, vt per Staphil. dicto cap. Ideo ad solam allegationem, Menoch. de arbitr. cas. 152. nu. 6. prout etiam hic Iudex recusatus, potest interrogare de causa suspicionis, qui iuratus tenetur respondere, Thesaur. decis. 6. per totam. Costa de factis scient. &c. distinct. 88. num. fin. cent. 1. & iste adiunctus, potest statim præsentatis litteris, inhibere, cũ recipiat eo casu iurisdictionem habitu, & actu, Roman. cons. 353. num. 8. Federic. de Senis cons. 23. Quinimo potest, & suo conudici inhibere, ne sine eo procedat. Thesaur. d. decis. 255. num. 7. circa med. Mandos. de inhibitione quæst. 6. num. . idem not. Lancellot. de attentat. cap. 20. in præfatione nu. 101. Staphil. qui supra in cap. in commissionibus Iustitia &c. propterea quando petitur adiunctus, pro tota causa a Principe, debet fieri mentio de statu causæ, aliter rescriptum non valeret, Thesaur. dict. decis. 255. numero 9. Menoch. de arbitrar. centur. 3. casu 202. numero 6. & post eum, Lancell. de attentat. 2. par. cap. 4. nu. 748. Vide supra nu. 174. & supra nu. 184. & nu. 172.

215 † Ducentesimo duodecimo. Obtinentur etiam litteræ, vt constito, quod causa sit deserta, vel de re iudicata, & seu desertione, & quod alias executioni locus sit, Iudex ad ulteriora procedat, regulariter enim deserta appellatione, Iudex ad quem, desinit esse Iudex, Paris. cons. 108. numero 30. & seq. vol. 4. & habetur, ac si non appellasset. Osasc. decis. 109. numero 14. Afflict. decis. 78. numero 3. Grauat. ad Vestrium cap. 6. lib. 3. numero 16. Verall. decis. 35. part. 1. propterea si Iudex pronunciet, causam fore desertam, & succumbens appellat, non erit ei comissio deneganda, Rota decis. 42. numero 1. in antiq. quod procedit in appellatione à diffinitiua, vel diffinitiuæ vim habente, Rota decis. 12. de appellat. in nouis. Bellamer. decis. 602. Marchesan. de commission. in tit. de commissio. super desertione causarum capitulo primo per totum vbi numero 36. Inquit, sententiam super desertione, interdum esse interlocutoriam, interdum vero habere vim diffinitiuæ, per Rot. decis. 42. num. 3. de appellat. in antiq. vbi addit procedere, quando pronunciatur appellatio deserta, à diffinitiua, & posse appellari, etsi doceatur de diligentia appellationis, per Rot. dicta decis. 42. de appellat. in antiquis, quod tamen in hac Curia non seruatur, regulariter enim sententiæ in iudicatum transactæ non solet Senatus noster manum apponere, Conrad. Laudens. suo templo omn. Iud. lib. primo tit. de præst. Imperator. §. 4. vers. iust. natur. & gen. non tollit. numero 20., quod intelligo per rescriptum, secus vero per viam recursus, quando adesset aliquod grauamen, vel iniustitia, vel aliqua nullitas, Menoch. de arbitr. iud. quæst. 67. & 70. & in additione in dicta quæst. 70.

216 † Ducentesimo decimo tertio. Dantur etiam litteræ, ne continentia causæ diuidatur, quatenus Iudex in ipsis causis supplicantis, procedat cum auocatione causarum, coram alijs pendentium, in statu, & terminis in quibus reperiuntur, ac alijs modis de quibus, per Dec. cons. 12. numero 17. Felin. in cap. primo col. 4. vers. & ne continentia causarum &c. de præscript. Staphil. de litteris gratia, & Iust. in tit. de comissio. Iust. cap. citatio personalis numero 10. Socin. in cap. fin. nu. 3. vers. & ne sequ. absurdum &c. de mut. petit. causa pariter quę dicatur connexa, dependens, vel incidens vide Marches. de comissio super vn. caus. nu. 13. cum seq.

217 † Ducentesimo decimo quarto. Obtineri etiam possunt litteræ, sanantes deffectum iurisdictionis quando Iudex in aliqua parte iurisdictionem habuisset, sed non plene, secus vero si omnino defficit iurisdictio, cum illa iudicij sit lapis angularis, vt per Sarnens. in comp. vtriusque signat. numero 76. Staphil. de litteris gratia, in tit. de commissio. iustit. cap. postremo &c. numero vndecimo. Mandos. de commissio. iurisd. confirmat. Butr. in cap. primo. numero secundo. de rescript. in 6. Verall. decis. 156. parte 3. numero 3. prout quando delegatus pronunciasset contra actorem supplicantem, tunc non poterit Iudex postea procedere vigore earundem litterarum, inter ipsos reos conuentos, cum nullus ipsorum, rescriptum impetrauerit, nam qui prius reus erat nunc est actor, vnde nouis opus erit litteris Principis inter ipsos, Rota decis. duodecima de rescript. in nouis. Rot. decis. 2. eod. tit. in antiq. prout etiam possunt impetrari litteræ pro sananda incompetentia Iudicis, de quibus per Marchesan. tit. de comissio. sanat. nullit. capitulo primo. numero 75. & sequen. par. secunda per Gabr. suis comm. in tit. de sent. conclus. 2. Vide etiam infra nu. 229.

218 † Ducentesimo decimo quinto. Impetrantur etiam litteræ ad examen testium, sanantes nullitaté examinatorum, si defficeret aliqua sollenitas Iudicialis, puta loci, temporis, vel à persona non deputata, maxime si pars interrogatoria produxerit, cum de tali examine notitiam habuisse videatur, Host. in cap. præsenti. numero vndecimo colum. fin. de testibus. Bellamer. decis. 4. Felin. in capitulo olim primo numero 10. in fine. de offi. deleg. nam aliter habetentur pro infectis. Abb. in cap. significasti. numero. 21. de testibus. Sarnen. in compend. vtr. signat. numero 24. Sanatio autem examinis Testium ex deffectu iurisdictionis, non datur Staphil. de litteris gratia tit. de commissio. Iust. cap. in primis. numero. 33. Gomez. in regul. vtr. sign. numero 74. prout etiam datur sanatio terminorum, male sentorum, & quomodo, vide Vestr. sua prax. Rom. Cur. libro septimo. capitulo primo. numero 5. & seq. vbi plura adducit, videas eum. Senatus noster sanat has nullitates si extra tempus examinati fuerint, vt ex ritibus Cancellariæ.

219 † Ducentesimo decimo sexto. Obtineri etiam poterunt litteræ patentes, vt non obstantibus nullitatibus, quæ in constituendo censum exortæ sint, modo effectualiter pecuniæ fuerint exbursatæ in memoratũ contractum ad formam Bullæ Felic. recond. Papæ V. reducere M. V. dignetur, & tunc sufficit pecuniam visam fuisse in Sacculo per contrahentes, quia tunc dicitur numeratam fuisse, per Bald. cons. 247. vol. 2. Teraquell. de retract. conuent. §. 4. glos. 6. numero 18. Secus vero in societate offitij, nam eo casu requiritur numeratio, Castrac. de societ. officij capitulo septimo numero 12. Boccac. eod. tract. numero 8. & 124. & multa alia adducit Marches. de commissio appell. à Cameral. oblig. part. prima capitulo secundo numero 20. Prout etiam rescissione census pendente, solutio census fieri debet. Giurba decis. 2. nu. 1.

220 † Ducentesimo decimo septimo. Impetrantur etiam litteræ, mandantes Iudici, quatenus causam ciuilem criminali pendente silere faciat, modo criminalis causa ciuili præiuditialis existat, prout si penderet accusatio falsi contra partem, & testes, vt per Grammat. decis. 60. numero 24. per l. fin. C. de ord. Iud. Curtius Iun. in l. edita numero 181. C. de edendo Peregrin. decis. 295. & 133. lib. 2. Rolan. à Vall. cons. 13. numero vndecimo volumine secundo Rota decis. 206. in diuers. part. prima Card. Put. decis. 99. versiculo lib. 1. Fallit tamen si ciuilis mouetur ab vno, & criminalis ab alio, Salicet. in l. vnic. numero quarto C. quando ciuil. actio. cum præiudicet. Fallit secundo, modo non sit ex diuersa causa, Put. decis. 58. parte prima, puta si ego te pro mille scutis conuenio, & tu accusas me de homicidio, ob id non suspenditur exercitium, & ciuilis executio, & multa alia vide per Marchesan. de comissio auocat causarum cap. 1. per totum par. 2. poterit

tamen

tamen Iudex ciuilis de falsitate cognoscere quando coram eo falsitas committitur, & hoc ciuiliter non criminaliter cũ sint iurisdictionis distinctæ. *l. nullum* § *& ibi DD. C. de testam. Abb. Felin. & alij in cap. 1. de crim. Fals. Couar. prac. quæst. cap. 18. Clar. in prax. criminal. in §. fin. quæst. 38. vers. sed quæro nunquid Iudex &c.* prout etiam quando contrauenitur inhibitioni Iudicis, quia Iudicis Maiestas læditur, ea propter coram eo per uiam attentati venit retractanda. *l. 1. vbi Bar. Iason. & alij. ff. si quis iud. non obtemper.* secus vero si inhibitio esset Curialis nã coram eo criminaliter esset tractanda. *Rota decis. 2. num. 1. de restit. spoliat. in nouis vers. & est ratio &c.* quia cum ciuilis ab eodem fonte emanet, consequenter ibi ratione naturæ & connexitatis est videnda. *Bellam. decis. 400. per totam DD. in cap. si duobus de appellat.*

221 † Ducentesimo decimooctauo. Impetrantur etiam litteræ, quatenus supplicãs admittatur, vti tertius in causa inter alios pendẽte pro suo interesse, addita clausula in statu, & terminis in quibus ipsa causa reperitur, & constito de interesse, prout de iure, alias non admitteretur. *Gail. pract. obser. lib. primo, obser. 69. nu. 4. & 5. & obser. 70. & 71. eod. lib. Couar. pract. quæst. cap. 13. & 14. Giurba. decis. prima, per totam,* nam vbi de interesse non constaret, potius ad calumniandum facere videbitur, quam alias. *Cardin. cons 7. Tiraq. tract. de constit. par. 3. lim. 13. num. 14. Felin. in cap. cum super num. 13. de re iud. Gail. d. obser. 70. nu. 20. in fine.* Verum cum rescriptum hoc emanet, prout de iure, discutiendum erit, quando sit in casu, vt iste tertius admittatur in eo statu, & terminis, in quibus causa reperitur, ad quam intelligentiam quinq; sunt constituẽdæ differentiæ, si quidem. Primo, si tertius oppositor ad iudicium accedit actorem, vel reum, aut vtrumq; ab intentato iuditio exclusurus, non cogitur eo casu litem in eo statu, quo versatur assumere, vt eggregie. *trad. Conar. d. cap. 14. num. 4. & dicto cap. 13. ante numerum primum. Gail. dicta obser. 71. num. 19. lib. 1. Costa. de scient. & ignor. dist. 57. num. 13. Centur. & de re Integr. dist. 95. num. 14. Marzar. cons. 24. Cancer. in cap. 16. de tertio opposit. num. 7. Perus. decis. 26. Giurba. d. decis. prima num. 32. & seq. Lancellott. de attent. cap. 12. ampl. 14.* Secundò casu, quando tertius comparet, vti litis defensor ad coadiuuãdum reum, vel actoré, vt ei adsistat; tunc .n. tenetur causã eo in statu, & terminis in quibus reperitur assumere. *Conar. d. cap. 13. num. primo, & seq. & cap. 14. num. 2. & 3. Franc. decis. 261. & 491. Gail. d. obser. 71. num. 1. Trentacinq. lib. 2. var. resolut. tit. de Iud. resolut. 16. num. 8. Surd. decis. 60. num. 6. & decis. 147. num. 6. Caball. Milleloq. 983. Anguisol. cons. 62. lib. 2. Menoch. de arbitr. cas. 18. & cons. 319. num. 14. Cancer. de tertio appositione cap. 16. num. 5. Giurba d. decis. 1. num. 24. & sequen. &c.* prout etiam poterit in hac deffensione allegare, & probare omnia, quæ principalis, nec allegauit, nec probauit. *Conar. dicto cap. 13. nu. 1. & seq. Surdus. decis. 174. num. 27.* cum reputetur eadem persona. *Giurba. d. decis. 1. num. 31. & num. 1. & 25. 37. & 38.*

Tertio casu, quando tertius comparet, vt assistat causæ, ne inter litigantes fiat collusio, & tunc si venit ad Impediendum agentem, vel defendentem, & principaliter causam concernat, tunc ad causam ab initio agendam admittitur, nec tenetur hic tertius causam in eo statu assumere. *ad tex. in l. Titio. ff. solut. matrimonio vbi Barbosa, & scribentes D. Gail. d. obser. 70. nn. 19. Peregr. de fideico. art. 53. nn. 55. Giurb. d. decis prima, num. 23. & 32. cum sequen.*

Quartus erit casus, quando tertius comparet post sententiam ad causam impugnandam, & impediendã, nam eo casu vbi Iudex videat tertio ius fouere, & res de qua agitur vacans sit tũc executio erit retardanda. *Verall. decis. 40. par. 1. Pet. decis. 326. par. 2.* aut ab aliquo possideatur, & eo casu executioni demandabitur, cum debeat venire in iuditio in eo statu, & terminis in quibus causa ipsa reperitur. *per tex. in cap. primo, vt lite penden. in 6. Felin. in cap. cum super nu. 15. de re iud.* prout etiam si appareret de calumnia esset omnino repellendus. *Gail. d. obser. 70. num. 10. lib. 1.* alias debet cauere de indemnitate, vt ibidem *num. 21. per Bart. & alios ibi per eum relatos. Marches. de commissio. tit. de commissio. quando tertius ad causam admitt. par. 2. cap. primo, num. 18.* Quintus erit casus, quando iste tertius comparet in iuditio citatus, cum clausula si sua putat interesse, & tunc est distinguendum, aut scilicet iste citatur principaliter, & cum eo negotium agitur, & ius habet, vti nominatus, & tunc dicitur necessarius deffensor, maxime si opposuit declinatoriam iuditij, tunc non debet admitti in eo statu, in quo causa reperitur, sed est ei dandus libellus de nouo, & debet remitti ad suum Iudicem, *vt per Gutierez. cons. 48. num. 7. lib. primo. Natt. cons. 99. Giurba d. decis. 1. num. 21. in fine per Rot. Gen. decis. 13. num. 1.* prout si iste citatus si sua putat interesse, asserat se possidere. *vt per Capic. decis. 8. num. 3. & Gramat. decis. 61. num. 3. & 6.* vbi ponitur casus. Aut citatur accessorie si sua putat interesse, & sic principaliter, & tunc dicitur reus voluntarius. *Capyc. d. decis. 8. num. 2. Gutierez. d. cons. 48. num. 8.* Quinimò, nec dicitur contradictor, nisi prius doceat de suo interesse. *Giurba d. decis. 1. nu. 20. 21. & 50. per Gram. d. decis. 61. nn. 3. circa fin.* scilicet, quod possideat, aut prout in facto. *Farinac. quæst. 8. num. 80. cum seqq. Tusc. conclus. 63. num. 3. Barz. decis. 206. num. 12.* nec aliter habilitat citatum, nisi suũ doceat interesse. *Giurba d. num. 20. decis. 1. per Dec. cons. 54. nu. primo, vol. 3. Rota Genue decis. 143. nn. 6.* & tunc arctatur iste tertius illis terminis vti, quibus vtuntur principales citati, *vt in cap. vt circa de elect. in 6. Afflict. decis. 235. num. 6.* prout etiam termini assignati principali censentur etiam assignati tertio. *Giurba. d. decis. prima num. 50. circa fin. per Gail. d. obser. 71. num. 18. lib. 1.* ipsamq; causam in eo statu, prosequi debet, in quo reperitur. *per tex. in cap. 2. ne lite pend. in 6.* quia principaliter cum eo negotium non agitur, sed ex transuerso venit, ideo non est deffensor necessarius sed voluntarius. *Cornaz. decis. 215. num. 8. & seq. Anchar. cons. 183. nu. 2. & 3.* In tantum, quod si instrumentorum editionem peteret, non debet audiri, nisi prius de suo interesse doceat. *Gail. pract. obser. d. obser. 69. num. 6. lib. primo,* & saltem semiplene ostendere debet, quod sua intersit. *Mastrill. decis. 31. num. 13.* alias non auditur, vt ibi per eum, & hoc ob fraudis, & collusionis suspicionem, & ne processus malitiose differatur. *Gail. d. obser. 69. num. 5. lib. 1.*

222 † Ducentesimo nono. Dantur etiam litteræ, quatenus Iudex constito in causa narrata de alienatione, ac de innouatis, & vitio litigioso, summariæ ad illorum reuocationem procedat, prout iuris fuerit, cum regulariter rem litigiosam possidens eam lite pendẽte alienare nequeat. *Rota Roman. decis. 3. in tit. vt lite penden. in nouis, ac eadem decis. 3. eod. tit. in antiquis. Afflict. decis. 396. num. 10. Bursat. cons. 100. num. 23. lib. primo. Beroius cons. 120. num. 3. vol. 1. Menoch. cons. 2. num. 291. vol. 1.* Ea propter cum dicta alienatio sit prohibita à iure, vti nulla, Iudicis officio cum omnibus inde secutis reuocatur. *in l. fin. C. de litig. Afflict. d. decis. 396. num. 10. Guid. Papa decis. 337. num. 4. Alex. cons. 45. num. 5. vol 3. Paris. cons. 108. num. 4. vol. 1. Dec. cons. 497. num. 8. D. Marches. de commissio. tit. de commissio. super attentat. cap. 2. num. 4. & sequen. vbi num. 9.* addit præmissa procedere, quando quis sciret rem esse litigiosam, & alienaret illam. *per Abb. & Host. in capitulo Ecclesia Sancta Maria tit. vt lite pendente,* solet autem Senatus noster hoc vitium

litigiosi tollere per suas litteras patentes cum clausula non attento vitio litigioso. *Mohedan. decis. 292.* & propterea statũ litis & merita causæ, ne vitio subreptionis laborent omnino narrari debere. *trad. Curt. Sen. cons. 72. numero 9. Paris. cons. 125. numero 1. volum primo. Verall. decis. 287. numero 2. par. 1. Marchesan. loc. cit. numero 6.* nota tamen quod sola impetratio rescripti non facit rem litigiosam. *Bald. cons. 505. numero 4. volumine quinto.* cum sit actus extraiudicialis. *Gomes. in cap. primo de rescrip. num. 27. & in cap. dispendia num. 23. eod. tit.* eam ob rem requiritur citatio ad illud præsentandũ, vt per *Iason. Bal. Salicet. & alios in l. 1. C. quando libellus princ. dat.* Tria enim regulariter sunt, quæ rem litigiosam faciunt res, scilicet, causa, & actio, res in reali, Item rei vendicatio in personali, item personalis actio in mixto etiam iuditio, dicitur res litigiosa. *Bald. dicto cons. 505. numero 5. volum. quinto.* Quemadmodum igitur lite pendente non potest actio cedi, ita namque nec res alienari cum effectu, & sic vitium litigiosi incipere à citatione, nemo est qui dubitet, *vt in auth. litigiosa. C. de litigiosis. Bald. loco citato.*

223 † Ducentesimo vigessimo, possunt etiam obtineri litteræ, quatenus statuatur terminus Iudici Consultori, ad consulendum, quo elapso, & causa non expedita, libere procedi possit ad executionem, vt in specie trad. *Bald. in cap. cum in Vestra, num. 7. de ellectione per tex. in l. ad Principem. ff. de appell. l. 1. §. si plures. ff. de exercitor.*

224 † Ducentesimo vigessimo primo. Dantur etiam litteræ contra Patrem, filiofamilias, quãdo petit alimẽta, vel si iniuriatur super Castrensibus. *P. Barchin. sua prax. Canc. Apost. in cap. filiofam. &c. pag. 21. inf. per tex. in l. lis nulla. ff. de iud. & l. actiones. ff. de actio. Menoch. de præsump quæst. 25. lib. 1.* prout etiam dantur emancipato *l. quamuis. ff. de in ius vocando*, super furto, vel falsitate, vel alia re contra Patrẽ. *Barchin. loc. cit. vers. super furto &c.* cõtra aũt Principes Reges. & magnos Duces nõ dãtur litteræ sine signat. Papæ. *Spec. tit. de lega. §. nunc videndũ vers. sed nõ obstat &c. per eundem Barchin. ibidem vers. contra Reges &c.*

225 † Ducentesimo vigessimosecundo. Obtinentur etiã litteræ cõtra minores heredes, ad instantiã creditorum, quando decessit Principalis debitor, vt detur, Curator ad lites cũ potestate citandi etiam p ædictũ. *vt trad. Mandos. suo tract. de comissio. in tit. de comissio. causa procedit contra hæredem debet. l. qui habebat. §. si pupillus. ff. de tutel. l. mutus. §. is qui. ff. de procurator. Bald. in cap. 1. de milit. Vasal. qui cont. num. 20.* & istæ Curator non administrat bona. *Mandos. loco citato in versiculo Curatorem ad lites &c. circa medium*, decernitur autem citatio per ædictum, quando agitur de non tuto accessu, vel quãdo dubitatur ne citatio perueniat ad citandum, vel citandus sit Tyrannus, vel alias horribilis, vel ciuis potens, seu formidabilis, & sic ob perhorescentiam. *Felin. in cap. quoniam frequenter, vbi Mar. Socin. & alij, vt lit. non contest. Foller. sua prax. crimin. prima parte, secunda parte in verbo, vel eos &c. num. 37. Bald. in l. si accusatorib. col. fin. C. de accusat.*

226 † Ducentessimo vigessimo tertio. Impetrari etiam posunt litteræ per mulierem, conquerentem de viro super dote, ipso ad inopiam vergente. *Paulus Barchin. sua prax. Cancellaria Apostolica. cap. dantur. quoque littera &c. Iason. in l. si. constante num. 12. ff. soluto matrim. vbi cæteri DD. & per Stat. Mediolani 451. volum. 1.* prout etiam dantur viro contra vxorem propter vxoris adulterium, *per tex. in cap. plerumque de donat. int. vir. & vx. & cap. ex parte de constit.* ac etiam viro contra tertium, pro dote sibi promissa, *per tex. in cap. per nostras. de donat. int. vir. & vxor. & in for. quitus. Cancell. Instit. in tit. de matrimonio.*

227 † Ducentesimo vigessimo quarto. Obtinentur etiã litteræ præuentionis, quando contingit super eadem re coram duobus Iudicibus litigare, ne continentiæ causa diuidatur, quatenus Iudex, qui preuenit, cognoscat de causa, & initium faciat. *Mandos. d. sua prax. comissi. in tit. de comissio. audiat qui præuenit. Rot. decis. 653. & 802. in antiquis*, nam licet ille, cui prius præsentatum fuit rescriptum, præuenisse dicat, attamẽ sola præuentio citationis, iurisdictionẽ perpetuat. *per tex. in cap. gratum. & cap. licet de off. deleg. Federic. de Senis. cons. 97. Cassador. decis. 5. de rescript. per tex. in cap. proposuisti de foro compet.* nam rescriptum cum sit actus extraiudicialis non perpetuat iurisdictionem, nisi parte fuerit legitimæ citata ad illud præsentandum. *Gomez. in cap. dispendia num. 23. de rescrip. & in cap. ipso iure num. 27. eod. tit. nostro per tex. in l. 1. vbi scribentes notant. C. quando libell. Princ. dat. Iaffred. decis. 60. Rom. cons. 412. post numerum 4. Mandos. qui supra ubi num. penult. vbi num. fin.* addit hoc non procedere, quando citatio esset nulla *per l. 1. in fine. ff. quod quisq; iuris. & Butr. in cap. proposuisti de foro compet. Rom. dicto cons. 412. num. 5. vbi num. 4.* concludit Magistratus, vbi sint plures, quorum quilibet insolidũ iurisdictionem habet, inter eos, circa exercendã iurisdictionem locum esse præoccupationi, adeo, vt ille, qui primo præuenit, solus cognoscat, & præuentionem induci, per citationis actum, secus vero vbi tali citatio esset illegitima, *per Innoc. in d. cap. proposuisti de for. compet. adest ordo Senatus Mediolani, mandans, vbi DD. Protectores Carceratorum Mediolani præuenerint, circa cognitionem vitiitudinis capturarum*, iuditium legitimè agitare possint ann. 1610. diei 2. Iunij.

228 † Ducentesimo vigessimoquinto. Dantur etiã litteræ super sententia interlocutoria deserta, vel vbi nulliter sit appellatum, quatenus vbi de desertione, & seu de nullitate appellationis prædictæ, legitimæ constiterit, contra aduersantem ad vlteriora procedat, allegata appellatione non attenta. *P. Barchin in sua prax. Cancell. Apost. in tit. quomodo obseruetur sententia interlocutoria pag. 35. incip. quocirca &c. vide not. in cap ad hæc primo, vbi DD. et cap. ex ratione de appell. & cap significante de appell.* ex lege .n. municipali Mediol. volens appellare ab interlocutoria, tenet infra quattuor dies appellare, & infra alios duos dies, vtiles prox. sequuturos talẽ appellationẽ comitti facere ad for. ordin. facto prius deposito ante ipsã comissionẽ, de libris sex Imper. pœnes campsorẽ, quæ cedant lucro aduersarij in casu, quo appellãs succubuerit &c. *per Stat. Mediol. cap. 196. vol. 2. vbi Apostill. not.* quod statutũ procedit annullãdo, vbi prædicta non obseruauerit appellans, & sic vbi præcise hoc non seruaretur, cum sit de forma non teneret. *Apost. ibi nu. 47.* quod etiam seruari debet coram Senatũ nostro, vbi appellatio ad illud supremũ Trib. esset deuoluta, sic disponente, *decreto Senatus diei 22. Nouẽbris anni 1560.* idẽ tradit. *Polydor. Ripa suis sing. obser. lib. 1. obser. 87. nu. 5.* vbi inquit *Senatum nostrũ amplis. in causis appellationum coram eo verten. seruare leges primi fori*, non autẽ vti potestatis suę præminẽtia. *Natta cons. 573. nu. 35. Surd. cons. 266. num. 13. vol. 2.* verum vbi talis appellatio admitteretur, non seruatis vts. notatis, teneret huiusmodi commissio. *Cots. suis memorabilibus in verbo stat. Mediol. circa fin.* propterea licet p Sen. declaret iniusta, atn̄ causa non reuertitur amplius ad ordinariũ. *Couar. prac. quæst. c. 9. nu. 5. vers. quia, & illud &c.* & vbi refricetur in dubium, num comitti debeat, sufficit, quod petita fuerit comitti, ad hoc vt excusetur, ne aliqua tẽpora currãt, *per stat. Med. cap. 99. vol. 2.* modo fiat citatio intra dictos duos dies vtiles vts. etiã si appellatus nõ compareat, sic etiã disponente ordine. *DD. de Coll. Causid. Mediol. diei 26. Iulij anni 1545. Apost. d. statuto 196. nu. 48. vol. 2.* aliter censetur appellationi renunciatum. *Gallar. de renun. c. vlt. tom. primo num. 12. lib. quinto.*

229 † Ducentesimo vigesimo sexto. Obtinentur et litteræ, quando dubitatur de iurisdictione Iudicis, respectu summæ petitæ, vel alias de validitate iurisdictionis, ne actitata in dubium reuocentur, solet Senatus mandare Iudici, vt super memorata causa procedat, & inter partes iustitiam faciat, vt per Mandos. dicta sua praxi comissio. in tit. de comissione iurisdictionis confirmatoria num. 1. l. de qua re §. 1. ff. de Iud. l. penultim. §. fin. ff. de Iurisdict. omn. Iud. l. certa ratione vbi Castrens. inquit quod si Iudex excedat metam suę iurisdictionis, non valere sententiam ipso iure. l. fin. in summ. vbi fulgos. Iason, & aliter ff. de iurisdict. omn. Iud. Specul. in tit. de sent. §. iuxta propositionis seriem post num. 8. vers. item est nulla ratione quantitatis &c. prout in Iudicibus Duc. Mediol. qui limitatam habent iurisdictionem in suia terris, vt ex Statuto Mediol. cap. 96. vol. 2., prout dicitur de Capitaneo Marthesanę, qui habere dicitur iurisdictionem, vsq; ad libras duodecim, licet hodie nullam habeat, nisi ex causa bladorum, & eorũ causa contrauenientium, vt ex decretis superinde æditis, ac etiam ordinib. Sen. Excell. Apostillator. d. statuto 96. nu. 4. & de Melegnano, quod nullam habet iurisdictionem extra dictam terram, & territorium, cum illæ terræ sint de iurisdictione Ciuit. Mediol. vt in d. stat. cap. 96. in fine vol. 2. & sic Senatus solet delegare Iudicem. Mandos. in tit. de comissio iurisdic. confirmator. prout sæpius occurrit, quando causa vertitur coram Egr. D. Vicario Prouisionum Mediol. vel DD. Assessoribus, & causa, seu reconuentio excedat summam pecuniarum eisdem DD. Iudicib. per stat. Mediol taxat. in iusdicendo inter priuatos, poterit impetrari eo casu rescriptum nostrum; imo & aliud ad effectum reconueniendi, vt inquit, Menoch. de arbit. Iud. qu. 44. num. 3. & 11. Rota decis. 2. de mutuis petitio in antiq. vbi socin. sen. & aly vide supra nu. 217.

230 † Ducentesimo vigesimo septimo. Impetrantur et litteræ à Principe, vel Senatu per condemnatum in aliqua causa criminali, quando sententia condemnatoria esset nulla, vel iniusta in totum, vel in parte, supplicando via iuris, vel restitutionis in integrum, & ex clausula generali si qua mihi iusta causa esse videbitur &c. vt ipsa condẽnatio non exequatur, & tunc Iudex cui diriguntur litterę, debet supsedere interim ab executione, licet ex forma statuti non posset apellari, Plot. cons. 52. vol. 1. n. 38. circa med per Boss. in tit. de remed. cõtra bannum n. 2. & per totum Clar. §. fin. q. 94. vers potest etiã Afflict. tit. qua sint regalia in const. Regn. nu. 17. Bellon. lib. 2. de bis quæ incon. cap. 45. n. 8. l. si vindicari C. de pænis Ange. Salyc. & DD. in l. fin. C. de senten. pass., quia contra non rite condemnatum, non potest exequi cõdemnatio, per text. in l. 4. §. condemnat. vbi Ripa Castrens. & omnes scrib. ff. de re Iud., verum Mediol. solent etiã impetrari litterę in hoc casu à Sen. Excell. quibus mãdatur eidem Iudici, qui iniuste, vel nulliter condemnauit, quatenus statum causæ Senatui omnino rescribat, Boss. in tit. de litteris Princip. num fin. circa fin. prout ita sæpius obseruatum vidi Plot. cons. 52. nu. 39. 40. & seq. Prout etiam poterit haberi recursus ad Principem, vel Senatum, qui secundum casuum qualitatem, prouidere solet ex Iustitia iux. disposit. per Cæsar. Const. in tit. de accusation. cap. A sent. lata In causa criminali &c. Boll. d. cap. 45. n. 8. in fine, prout pôt etiam de nullitate dici, & ex iniustitia circumscribi, vt ex ord. Sen. diei 25. Iunij 1619. Costa de remed. subsid. remed. 120. n. 33. Etsi Bannitus in contumaciam prætenderet se esse iniuste condẽnatum, tunc dantur litteræ per Senatum, vt iterum cognoscatur de illa condemnatione, quæ litteræ ad nouas deffensiones appellantur, vt per Boss. in tit. banniti, quid amittant nu. 20. circa med. & in dicto tit. de remedys contra Bannitum num. 1. circa med. Costa dicto num. 33. & tunc operantur, vt quod iniustitia abstulit, restituat Iustitia, idem Boss. in tit. de litteris Princip. ad nouas deffension. numero 3. & de istis diximus in hoc tit. de diuisione litterarum numero 89. idem not. Clar. sua prax. §. fin. qu. 44. vers. dixi &c. cum seq. & quæst. 94. vers. fin.

231 † Ducentesimo trigesimo octauo. Obtineri etiam possunt līæ mandantes Ill. Reg. & Ducal. Magistratui Extraordinar. Redditruum Mediolani, quatenus reo de crimine imputato, & pendente processu, opportuna, subministret alimenta, & vt possit se deffendere, in pacandis Scripturis, & Aduocatis, ex fructibus tamen bonorum imputati, per Reg. Cam. appræhensorum, Horat. Carpan. ad N. C. Mediolani in cap. omnium in tit. de Iure, & priuileg. Fisci nu. 698. per Rebuff. in tract. de sentent. prouisional. in præfatione num. 173. cum sequen. Peres, in l. post contractum num. 98. ff. de donatio. vbi Alciat. & alii notant &c. Gigas de crim. læsæ Maiestatis lib. 2. in rubr. de pænis committen. quæst. 26. conceditur etiam alienatio ex causa dictorum alimẽtorum per Illustr. Magistratum, Carpan. qui supra num. 827. & 830. verum hodie solet addi clausula si, & prout iuris fuerit, vel vbi sit in casu, per tex. in l. etsi non cognitio C. si contra ius vel vtil. publicam.

232 † Ducentesimo vigesimo nono. Prout etiam aliqua vrgenti causa, dari, & impetrari etiam possent litteræ à D. Prorege, vt officiales Regij, seu Consiliarij I. P. possint libere in Camera patrocinari, vbi sint de causis informati, & ædocti, imo & subscribendi iuriũ allegationes ad tradita per Garziam mastrill. decis. 264. n. 32. lib. 3. l. fin. C. de Assessor. cũ regulariter hoc fieri prohibitum sit per litteras Regias die 23. Iulii anni 1622. Excellent. D. Ducis Feria datas, vt ibi, que ne Senadores puedan consultar, ni ad bogàr en ningun pleyto. Vt ibi legitur, & per statuta etiam Mediolani 54. vol. 2. prohibitum est Consultoribus Iustitiæ Mediolani, ne recipiant aliquam quæstionem, nec in socium assumant alios Consules, etiam de voluntate partium sub pœna, ibi enunciata, & vlterius comissio non valeat, & ideo actus aliter factus dicitur ipso iure nullus, cum statutũ nedum prohibeat, sed etiam annullando procedat, idẽ Mastrill. d. decis. 264. num. 1. per Vant. de nullitat. in tit. quot. & quib. mod. null. propon possit. nu. 51. vbi num. 53. ampliat etiam si lex, vel statutum fieri prohibens, non procederet vlterius annullando, quia si causa prohibendi est perpetua ob resistentiam legis à principio, actus in contrarium factus est ipso iure nullus, per text. in l. non dubium C. de legibus, cum alijs per eum adductis, nec potest committi Aduocato, per stat. 61. vol. 1. solet Senatus circa comissionem, vt illa fieri possit in Aduocatos de consensu partium, vt per Apost. ad dict. stat. 61. nu. 3. in fine.

233 † Ducentesimo trigesimo. Solet etiam Sen. mandare Ill. Magist. Extraord. vt vbi bona confiscata non sufficiant pro alimentis filiorum, & vxoris rei imputati, ratione legitimę eis debitę, omnia bona eisdem restituat. Boss. in tit. de aliment. præstan. nu. 5. ad fin. & n. 6. vers. quæro quid &c. Plot. cons. 30. nu. 84. & seq. Horat. Carpan. ad Nou. Const. Mediol. in tit. de iure, & priuileg. Fisci cap. omnium nu. 773. Marsil. in tract. Bannitorum, vbi idem notat, in verbo confiscata, numero 15. Afflict. super Constitut. Regni rubr. 14. de fratribus obligant. nu. 16. ad fin. lib. 3. Boss. in tit. de bon. publicatis nu. 9. hodie tamen addi solet clausula, si, & prout iuris &c.

234 † Ducentesimo trigesimo primo. Dantur etiã litteræ vt nulla fides adhibeatur litteris per aduersantẽ nomine alieno impetratis, nisi principalis ratificauerit, Bellamer decis. 583. & 556. Cassador decis 40. n. 6. super reg. Cãcell. nam alias rescriptum nõ valeret, vbi principalis tacitè, vel expressè illud non approbasset, vt per Vant. in tit. de null. ex deffectu iurisd. deleg. n. 88. & 89. Marches. de comissio. super cõsẽ in iurisd. cap. 12 par. 2. n. 31. in impressio. Venet. licet litteræ ad lites, cũ sint actus extraiudiciales, possint absq; mãdato expediri. Rota decis. 6. de Iudic. in nouiss. Vant. loc. citato.

235 † Du-

235 † Ducentesimo trigesimo secundo. Dantur etiam litteræ Patri contra filium, quando filius inhoneste se habet in dnmo Patris, tunc iubetur Iudici, vt filium in carceribus de trudi faciat, nec relaxandum, absq; ipsius Patris licētia. per tex. in l. qui aliter, vbi glos. & DD. ff. de vsu & habitatione. vel si aliquid subtraxerit contra voluntatem Patris. per tex. in authen. de exhibend. reis §. si vere &c. In verbo factum &c. vbi Angel. fulgos. & aly, Iason in l. admonendi 2. lectura nu. 159. ff. de iur. iurando. verum ex for. stat. Mediol. 497. vol. 2. requiritur iuramentum Patris, prout etiam procedit dictum statutum contra alios domicellos, & familiares, & ex alio stat. 496. etiam si è domo aliquid subtraxerint, vt dicto stat. 496. vbi Carpa. not. Bonacoss. in tract. de seruis, & fam. præstat. 234. Cepol. cons. 26.

236 † Ducētesimo trigesimotertio. Obtinentur etiam litteræ super apertione oris, quando litteræ fuerunt contra ius, vel cum clausulis præiuditialibus emanatæ prout quando adsunt clausulę, quod de subreptione dici nō possit, vel cum clausula sublata &c. vel decretum irritans, cum similibus, & sic suplicatur, vt super apertione oris aduersus dictas clausulas suplicans audiatur, ad hoc vt procedi possit in causa dictis clausulis non attentis, & ad formam iuris reducantur litteræ, vt latius trad Verall. decis. 218. nu. 2. & 2. par. 3. Marches. de commissio in tit. de commissio. aperitionis oris §. vnico cap. 8. nu. 33. 34. & 60. Seraphin. decis. 761. nu. 3. tunc ista oris apertio operatur, vt omnia opponi possint dictis clausulis, non obstantibus, vt ibi per eum, nu. 24. Gabr. suis comun. tit. de clausul. conclus. 3. nu. 2. Ideo id spectat ad Sum. Pont. non autem ad signaturam Iustitiæ, Staphil. in tit. de litteris Iustitia in cap. commissiones &c. nu. 1. Verall. dicto nu. 3. Verum oris apertio, ius tertio acquisitum non tollit. Gemin. cons. 53. Marches. qui sup. n. 37. per Sarnens. ibi per eum alleg. & deneganda tunc oris apertio erit, quando calumniosè peterentur litterę per Card. in Clem. 2. num. 8. de re Iud. vide quæ diximus in 2. par. cap. 9. § 2. nu. 58.

237 † Ducentesimo trigesimo quarto. Litteræ etiam emanant ad relationē Iudicum, quandoq; ante sententiam, & processus absolutionem, quando scilicet Iudices refferunt statum causæ Senatui Excellentissimo. Boss. in tit. de confess. nu. 39. & in tit. de requir. reis nu. 1. verum debet esse perfectus processus, Plot. cons. 52. nu. 43. & ponit formam ibi nu. 59. Bellon. de potestate eorū qui incontin. &c. lib. 2. cap. 90. nu. 3. & 75. num. 3. in fin. & deinde Senatus mandat torqueri ad eruendam veritatem, & vbi falsi fuerint in exilium ad tempus damnantur. Boss. in tit. de inquisitione nu. 118. & in tit. de carcerat. nu. 7. & in tit. de litteris Principis Bannit. ad nouas deffensiones nu. fin. vel vbi nihil emergat absoluantur attenta debilitate indiciorum, Boss. in tit. de rem. cōt. ban. n. 2. & in tit. de req. reis n. 1. nā in tortura perseuerans, dicitur inditia purgasse, Clar. in §. fin. quæst. 64. vers. illata reo &c. vbi Baiard. Rosignol. & aly. Boss. in tit. de confess. per tortur. nu. 26. & quandoq; etiam in pęnam mortis condemnantur. Boss. dicto tit. de confess. nu. 39. Clar. d. §. fin. quæst. 44. vers. quando reus &c. circa med. vbi quandoq; condemnatur arbitrio Senatus, pœna extraordinaria &c. videas latius ibi &c. prout etiam proceditur ad torturam contra bannitos, petentes admitti ad nouas deffensiones, iux. disposita In Nou. Cōst. in tit. de accus. cap. à sententia &c. Bellon. dicto cap. 75. per totum, & Boss. dict. tit. de litteris Principis ad nouas deffensiones circa fin. Plot. dicto cons. 52. num. 5. & per totum & n. 255.

238 † Ducentesimo trigesimo quinto. Dantur etiam litteræ, quatenus Iudex cogat aduersantes ad recipiendum tot de bonis insolutum, & pro solutione pecuniarum per supplicantem debitarum prout cauetur etiam de iure nouissimo, per tex. in auth. hoc nisi C. de solut. vbi Cyn. Fulgo. Salicet. & aly, Pap. in form. respon. libell. in act. hypothec. in glos. exceptionem solutionis num. 3. circa fin. Plot. in l. si quando nu. 552. & in verbo decretum de bon. insolut. dand. Gozad. in terminis cons. 32. nu. 1. Costa clausula 125. nu. 6. & suo tract. de portione rata quæst. 65. nu. 5. & in tract. de facti scient. & ignor. distin. 69. nu. 4. & nu. 25. cent. 1. Apost. ad Stat. Mediol. 163. n. 19. vol. 1. licet regulariter aliud. pro alio inuito creditore solui non possit, per tex. in l. eum à quo C. de solut. & l. 2. ff. si cert. pet. propterea cauetur ex Nouis Constitutionibus dominy, in omnibus casibus, exceptis quibusdam in ipsa sanctione compræhensis, posse debitorem dare de bonis insolutum creditori, deducta tertia parte veri pretij, & extimationis eorum bonorū, vt ibi legitur in cap. molesti quandoq; &c. Thesaur. decis. 153. per totā Muscatell. sua praxi ciuili in glos. detinebitur num. 65. etiam not. Plot. d. nu. 553. Afflict. decis. 358. num. 5. idem Plot. vbi sup. num. 490. inquit hanc Cōstitutionem non procedere contra tertium bonorum possessorem, nec contra hæredem cum beneficio legis, & inuentarij per tex. in l. fin. §. et si præfatam C. de iure deliber. vbi Iason col. 1. Verum in casu permisso, tenetur debitor sub eius iuramento bona sua omnia consignare, vt creditor possit sibi meliora eligere prout obseruari ita in praxi not. idem Pap. dicta glosa exceptionem nu. 3. in fine per tex. in d. auth. hoc nisi C. de solut. & hoc etiam non obstante pacto de soluendo in pecunia numerata, stante hac cōstitutione in principio contra opin. Iacob de Aretio in d. auth. hoc nisi &c. verum dandus erit terminus 20. dierum debitori quando ageretur ad Instantiam creditoris, antequam eius bona subhasta vendantur, & qui incipit currere à die notificationis ei factæ alias non, prout in specie trad. Menoch. de arbitr. casu 185. num. 37. cent. 2. ac etiam debet citari, aliter non valeret subhastatio, Plot. d. l. si quando num. 483. in fine per Corn. cons. 132. vol. 4. vers. item licet &c. Afflict. d. decis. 358. & procedere etiam in actionibus, & debitis contrarijs, vt idem, Plot. not. d. num. 553. licet Carpa. ad Stat. Mediol. cap. 167. vol. 1. num. 88. contrarium dicat. Sed quando in deposito fuisset conuentum, quod depositarius posset vti pecunijs tūc decretū Cōstitutionis non procederet, vel cum pacto lucri, cum depositum debeat esse gratuitum, nec transire debeat in aliam speciem contractus. Constitutio enim excipit depositum verum, & reale tantū &c. Costa de facti scient. et ignor. d. distin. 69. nu. 4. cent. 1. per Plot. d. l. si quando nu. 421. & 429. C. vnde ns, nā alias super vsu pecuniarū vbi quicquā accipiatur, vsuraria est conuentio, Nauarr. de deposit. lib. 3. cons. 1. & 5. & respons. 4 nu. 3. Gabr. cons. 53. nu. 4. vol. 2. & sic diceretur depositum irregulare. Costa dicto nu. 4. in fine, sed idem Costa de clausul. d. claus. 125. num. 5. inquit inualuisse, quod priuilegia depositi competant etiam deposito confessato, ac irregulari, & de communi attestatur, Roland. à Vall. cons. 17. nu. 6. vol. 1. Fach. suis controuers. iur. cap. 92. lib. 2. & Gallia cons. 78. col. vlt. nam depositum dicitur de quo appatet per scripturam infor. probante respectu dationis insolutum, Bott. cons. 74. Surd. cons. 246. nu. 8. Costa d. claus. 125. n. 1. & declara prout nu. 6. in fine, depositarius autem vtens nummis depositis dicitur esse in dolo, & furtum committit, Plot. d. l. si quando nu. 421. in fine, & tenetur nedum ad interesse quando est in mora, imo etiam ad damna passa, eo quia deponens non potuit redimere rem per eum alienatam cum pacto redimendi, Plot. dicto loco num. 423. vbi plura videre poteris &c. & vtrū volens vti iure offerendi præstare debeat augmentum tertiæ partis vide eundem Costam in tract. de port. rata qu. 65. nu. 4. & 5. Verum vtrum sufficiat oblatio bonorum imobilium, an vero requiratur etiam mobilium, & pecuniarum, Gozad. dicto cons. 32. nu. 8. tenet expresse adhoc teneri nec aliter gaudere posse beneficio illius auth. hoc nisi, quæ disposuit duo requiri, nempe, quod debitor non habeat pecuniam, vt soluat, secundo quod

non

non habeat bona mobilia. *per gloss. in auth. de fide instrumen. §. quod autem &c. col. 1. in verbo, mobilis in fine.* vbi expresse cauetur, habere locum, vbi nulla mobilis substantia adesset, ideo requiritur, quod etiam pecuniam non habeat debitor. *Gez. d. nu. 8. circa fin. per Alex. cons. 119. primo volumine, col. penult. ante principium,* sed melius. *per Roman. cons. 163. num. 4.* post principium, vbi expresse tenet, ad hoc, vt Constitutio de bonis dandis insolutum, locum habeat, requiri primo debitorem in pecunia, vel alia re mobili soluendo non fore, & hoc esse probandum à debitore, ad fuae intentionis fundamentum. *per tex. in l. si creditores ad fin. ff. de separat. & l. si vero. §. proferri. ff. qui satisd. cogant,* nam si deducetur, hæc negatiua, non habere mobilia nec pecunias, & non esse soluendo, *esset, quod non ens. l. actor. C. de probatio.* Verum stante dispositione huius nostræ Constitutionis, Hoc dubium ex eo resoluitur, quia cum Constitutio nostra facultatem præbeat, ea bona insolutū data [dēpta tertia parte veri valoris,] intra duos annos eodē prætio redimere posse, vt ibi colligitur in §. eisq; bona &c. Ideo inferri posset statuētes intellexisse solūde immobilibus, & stabilibus, non autem de mobilibus, cum mobilia spacio biennij consumantur DD. in cap. cum constet de pignoribus, l. quam Tuberonus. ff. de peculio, & sic frustatoria esset illorum redemptio eodem prætio intra biennium, cum etiam alias, creditor, interesse non consequeretur eius crediti; sic igitur tenetur exhibere instrumenta immobilium, adhoc, vt constet de dominio debitoris, vt consuluit. *Roman. dicto cons. 163. num. 5. circa med. vers. quinimo &c. l. apud Iulianum. §. si Titius. ff. de lega. pri. l. si nomen. ff. de hære. vel act. vend. l. instrumenta. C. de fideiussor. vide. Oldrad. in l. 1. C. de condue. lib. 12. col. vlt. per Rom. ibi alleg.* aliter oblatio diceretur illegitima, & nulla declaranda, & vbi dubium esset de dominio, esset etiam præstanda idonea fideiussio creditori de euictione bonorum. *per tex. in d. auth. hoc nisi in verbo præstanda &c. Roman. d. cons. 163. nu. 5. circa fin.* & deinde terræ bonorum debent appreciari à peritis agrimensoribus, prout fecit appretiari Sacrum Consilium Neapolitanum, vt refert. *Afflict. d. decis. 358. num. 6. per Bald. in l. 1. C. si in caus. Iud.* & ità creditor debet sibi illa bona adiudicari facere ad for. dictæ Constitutionis, præcedente dicta extimatione. *Afflict. ibi num. 5. circa fin. per tex. in d. l. 1. C. si in causam Iud.*

239 † Ducentesimo trigesimosexto. Impetrantur etiā litteræ, quatenus Iudex, cōstito de re iudicata, vel quod alias executioni sit locus, illam omnino exequatur. *Rota decis. 61. de rescript. in antiquis, per tex. in cap. pri. vers. nisi, de re iudicat. Innoc. in cap. super litteris, vbi DD. num. 9. & 10. de rescript.* nec non et expensas in causa factas taxet, & moderetur, & pro illis mandatum executiuum decernat, & relaxet &c. & tunc requiritur citatio partis, & alia seruanda. *per tex. in cap. sæpe vbi gloss. & DD. in verbo contingat de re iud. Staphil. de litteris Iustitiæ in cap. citatio per senales &c. num. 4. Rota decis. 15. in antiq. de dolo, & contumat.* & sic dicitur constito de re iudicata, quæ clausula dat conditionalem formam, & vt pars audiatur, & causæ cognitio citata parte adhibeatur, sine quibus, nec recte iudicari, neq; causarum merita pandi possunt, quasi ferro viam aperiat, qui per contraria transit. *cap. grauē. 15. distinct. Lancellott. de attent. post inhibitio. limit. 11. num. 23.*

240 † Ducentesimo trigesimoseptimo. Dantur etiam litteræ patentes per Senatum nostrum, in quibus solet dispensare supplicantem grauatum, posse bona fideicomisso subiecta alienare, vel locare, pro tempore tamen, & vita ipsius grauati, qui restituere tenetur vocatis. *per tex. in l. fin. §. sed quia. C. com. de leg. l. seruo legato. §. 1. vbi Bart. Salicet. Fulgo. & aly. ff. de lega. primo. Castrens. cons. 94. lib. 2. Alex. cons. 95. lib. 1. Guid. Papa decis. 62.* verum solet prius fieri decretum, vt preces intimentur vocatis, & assumantur informationes de alienandi necessitate, nam alias quo ad non citatos non præiudicaret dispensatio alienandi. *Bald. in auth. si omnes vers. ex hoc ego infero &c. C. si ab hæred. abstin. Crau. cons. 225. num. 5. Rolan. à Vall. in tract. de inuentario. §. inuentarium nocet tertio &c.* per totum deinde auditis contradictionibus, & constito de necessitate, solent litteræ expediri è Cancellaria, nam sine causa non conceduntur. *Sarmien. Select. sent. lib. 1. cap. 8. num. 13. & in cap. 10. num. 9. eod. lib.* vbi præsertim non facile conceduntur, quando bona perpetuo fideicomisso subiecit testator, effectus, vt eius familia, & primogeniti decentius conseruentur. *Sarmien. d. cap. 8. num. 22. & 23. cum seq.* & quando concedi solent pro dotibus persoluendis, & alio ære alieno soluendo, vide supra hoc tit. nostro, vbi vero Pater restituisset filio ante mortem, non valeret, sic decisum fuit per Senatum anno 1610. 22. Martij.

241 † Ducentesimo trigesimo octauo. Obtinentur etiā litteræ per primogenitos in aliquo fideicomisso substitutos, & vocatos, quatenus Iudex statuat aliquem breuem terminum vsufructuario bonorū p fideicomittētem relictorum, ad docendum de assertis bonis obligatis, velleq; alienationem fieri eorum bonorum, vt asserenti ea bona non esse oneri restitutionis subiecta, maxime si videt illa dissipari, quo elapso, & nil quod releuet docto, omnino declaret, dicta bona eidem supplicanti spectare, & pertinere eueniente casu substitutionis iux. Form. testamenti. *Couar. libro primo var. resolut. cap. 18. num. 8. cap. conquerente. de off. ordin.* Interest enim sua, ne eueniente casu bona sic litigiosa ex tunc, prout ex tunc conseruentur illæsa. *l. diffamari. C. de ing. & manu. Xuares allegat. 4. maxime si esset pater, qui dissiparet. l. si pater. C. qui bonis. cedere poss. l. si finita. §. eleganter, & ibi glos. ff. de damn. infect. l. si duo patroni, iuncta glos. ff. de iureiurando.*

242 † Ducentesimo trigesimonono. Dantur etiam in hoc casu litteræ patentes, vt possit scilicet grauatus, alienare bona fideicomisso subiecta, subrogatis tamen alijs bonis eorum loco, liberis supplicantis, quibus in specie remaneant obligata, aut relicta portione pecuniarum, ex dicta venditione extrahendarum, & quorum fructus multiplicentur, donec pecunia ex dicta venditione extracta reintegretur. *l. seruo legato. ff. de lega. primo. §. 1. vbi Bald. Castrens. & aly Guid. Papa. decis. 62. Castr. cons. 94. num. lib. secundo,* vide quæ diximus supra hoc titulo.

243 † Ducentesimo quadragesimo. Possunt etiam impetrari litteræ edictales, mandantes Iudici causæ, quatenus citatis in specie personis, de quibus certum est habere ius in bonis controuersis, & respectu eorum, qui incerti sunt, & nescitur, quatenus eis citatis per edictum publicum, in locis consuetis affigendum, in causa ipsa procedat, & sic declaratur Cōstitutio de off. quæst. extraord. §. post factam condēnationē &c. in fine. *per tex. in l. 1. §. penult. ff. de ventr. insp. Romanus elegāter trad. cons. 53. num. 3. Paris. cons. 101. nu. 128. lib. 1. Ofasc. decis. 71. num. 60. per tex. in cap. fin. de elect. in 6. Oldrad. cons. 195. num. 3. & 233. num. 2. Raudens. de analogis. cap. 33. num. 97. 208. & 113. Marches. de commissio. c. 5. par. 1. num. 152. & sequen. nisi in suo repertorio in verbo citatio per edictum &c.* quæ litteræ omnino impetrari debent, nam alias Iudex, per edictum, citare non potest, nisi specialiter sibi demandetur per Principem, vel Senatum. *auth. qua semel, vbi Castrens. num. 9. C. quomodo & quando Iudex & in clem. prima, vbi glos. in verbo specialiter de Iudic.* cum ista citatio per edictum sit exorbitans. *Rota decis. 1. num. 2. de feriis in nouis, vide Felin. latius differentem in cap. quoniam frequenter num. 14. vt lite non contest. &*

test. & post eum *D. Marches. de comissio. appellat. in Rom. Cur. cap. 5. par. 1. num. 137. cum sequen.* in impressione Veneta; verũ quando fit ædictum p Perillustrem Magistratũ Extraordinarium Mediolani, vltra edictum publicum, debent fieri proclamationes, & in loco bonorum, ac etiam in loco habitationis condemnati, vel illius cuius hæreditas vacans esse prætenditur, & ità Mediolani seruari debet, alias, vbi vna esset omissa cridę essent nullæ, vt in specie trad. *Boss. in tit. de proclamato. num. 13. circa med. per Alex. in l. 1. col. penult. ff. de liber. & posthum.* cum etiam seruari soleat, circa citationes, respectu personarum, quibus competit jus adeundi, puta si essent filij defuncti, cum in specie essent citandi, si quidem per memoratum ædictũ Camerale, non est sublata nullitas proclamationis, ac citationum, vt idem. *Boss. in specie not. d. num. 14. in fine Marchesan. de comissio. dicto cap. 5. num. 152. & 146. cum alijs sequentibus. par. 1. Put. decis. 25. & 168. par. 2. Socin. tract. de citatio. art. 23. quæst. 9.* verum aduersus huius temporis lapsum, non solet concedi restitutio in integrum, *vt idem Boss attestatur d. tit. de proclamat. num. 12. circa fin.* & sic tollitur omnis actio, vt ibi num. 16. post principium. *Bursat. cons. 54. num. 25. lib. primo*, & licet terminus 30. dierum statuatur à dicto Tribunali adhoc, vt quis prætendens se hęredẽ compareat dicto termino aliter &c. & hic terminus, in specie nõ reperiatur, & sic non à lege, sed ab homine, tamen erit seruandus. *Mastrill. cons. suo vnico nu. 69.* quod est in volumine decision. inserto, bene verum est, quod istæ cridę non præiudicant nundũ natis, prout adest Senatus Consultũ *Mediolani, dies 19. Octobris, anni 1585.* dicto Perill. Magistratui Extraordinario directum, prout etiam idem trad. *Boss. loco citat. nu. 11. circa med. per Bart. in l. cum qui. ff. de interd. & releg.* & ità etiam inquit fuisse ab illo suppremo Magistratu declaratum, videas eum &c. vide *D. Randens. suo tract. de Analog. d. c. 34. num. 178. cum seq. vbi multa &c.* ideo in istis cridis Fiscalibus sufficit fieri publicatio, saltem in duobus locis, respectu bonorum, & habitationis, & deinde in alijs locis cõsuetis. Potterij tñ debent refferre se legisse, affixisse & affixam reliquisse, in locis consuetis, & vt supra, adeo quod transeuntibus patefieri possint. *Rota decis. 5. de rescript. in nou. Marches. d. cap. 5. num. 141. par. 1. in fine in tit. de comissio. appell. in Rom. Cur. per Cassador. decis. 1. num. 2. & decis. 8. de dol. & cont. Felin. eleganter tract. de hac relatione in cap. grauem num. 3. vers. adde tamen &c. de off. deleg. videas eum, & in d. cap. quoniam frequenter. num. 18. vt lit. non contest.* eam ob causam, vbi non fuisset seruata forma præcisa publicationum, & istarum relationum cridę, & relationes essent nullæ, & iterum essent publicandæ. *Boss. dicto tit. de proclamato. num. 13. Bald. in cap. dilectis. de except. Put. d. decis. 168. par. 2. Marches. qui supra num. 146.*

244 † Ducentesimo quadragesimoprimo. Obtineri ẽt poterunt litterę beneplacio, à Rege nostro, vt Pheudatarius alienare possit feudum, ob æs alienum sanãdum, modo alia bona allodialia non adsint, & sit pro causa vera, & necessaria, *vt per Osasc. decis. 169. num. 18. Afflict. decis. 355. per tot. Mastrill. d. 56. nu. 11. Sen. sola ad Const. antiq. Saband. in tit. de feudis in decret. Tolant. glos. 1. num. 16. per tex. in cap. primo de prohib. feud. alien. per Feder. idem sola ad N. C. in tit. de alienat. bon. feudal. num. 11. Alex. cons. 2. lib. 4. num. 13. Clar. in §. feudum quæst. 42. 32. & 36. vbi Baiard. Rosignol. & alij. Curt. Senior cons. 82. Brun. cons. 80. Bursat. cons. 40. nu. 4. vol. 1. cum seq. Mastrill. decis. 13. num. 15.*, verum, quatuor inter alia, concurrere debent, ad hoc, vt valida sit, & primo si Vassallus existat in necessitate, vacuus pecunijs. secundo, quod prius fuerit facta oblatio agnatis, & recusauerint, aut differant. Tertio, quod nõ adsint bona allodialia. Quarto, quod fiat pro causa vera, & necessaria, præhabito beneplacito, & seu licentia à Principe alienandi, alias non valeret vllo modo, si prius facta fuisset alienatio, & deinde petitum fuerit Principis assensus, vt in terminis trad. *Afflict. d. decis. 355. num. 1. & 2.* & vbi obtenta esset confirmatio, non valeret. *Sola de feudis in decreto Carolus n. 10.* & vbi expressa in precibus, nõ essent vera, cõsensus præstitus a Principe, nullius esset roboris. *Osasc. d. decis. 169. nu. fin. & decis. 165. n. 8. Affl. d. decis. 355. num. 4.* posset etiam alienari vt supra feudum cõcessum ex pacto, & prouidentia, secus vero si Patri, & primogenitis esset concessum. *Sola ad N. C. Saband. d. tit. de alien. bonorum feudal. num. 6. 7. & 8. Mastrill. decis. 56. num. 25.* prout in Ducibus Ferrariæ, nã Ducatus defertur Primogenito. *Dec. cons. 389. nu. 7.* & verum alienata sine consensu agnati possint reuocari ponit. *Clar. d. §. feudum. d. quæst. 42. per tot.* idem dicitur, si ad essent alia bona allodialia, vel etiam debitum, non ascendisset ad summam feudi alienati. *Mastrill. d. decis. 56. num. 33. Osasc. d. decis. 169. nu. 18. Bursat. d. cons. 40. num. 4. vbi num. 5.* dicit venire tãtum in subsidium. *Dec. cons. 160. num. 3.* potest etiam fieri alienatio, pro sanandis debitus. *Mastrill. dicta decis. 56. nu. 11. & seq. Sola d. decr. Tolant. glo. 1. 2. par. nu. 7.* Agnatus tamen post annum, non admittitur ad reuocationem alienationis. *Mastrill. d. decis. 56. n. 32.* ea propter obtinentur litteræ, & Senatus, super expositis, solet se informare, cum super eis requiratur interinatio. *per N. C. de Senatoribus. §. cognoscit etiam Senatus &c.* coram quo sunt probandæ causæ necessitatis, & subesse æs alienum, nec extare alia bona allodialia, & fuisse in casu, vt plenè tract. *Sola. d. decreto Tolant. glo. 1. secunda par. per totum. Mastrill. decis. 253. num. 2. & 3. lib. 2.*, vbi loquitur de litteris deputationis, & de excussione bonorum mobilium, & allodialium, antequam feuda distrahãtur, &c. & an de solutione laudimij. vide. *Sola dicto decreto. Tolant. glos. 2. secunda par. num. primo, cum glosis 3. 4. & glosis sequenter.*

245 † Ducentesimo quadragesimo secundo. Obtineri poterũt, quoq; illæ patẽtes, vt Vassallus possit obligare fructus, & redditus bonorũ feudalium, pro sanando ęre alieno, ac etiã post mortem Vassalli, pro dotis, & augmenti restitutione, in præiuditium successoris in feudo. *Sola ad Cõstit. antiq. Saband. in tit. de feudis. in Decreto Blancha. glos. 3. par. nu. 8. & 9. Gratia. discept. forens. lib. primo cap. 43. num. 14. per Menoch. casu 560. num. 9. cent. 6. per Negusant. suo tract. de pignoribus in 2. memb. secun. par. num. 48. Alex. & Iason. in l. commodis. ff. de re Iudic.* intellligendo, quo ad viuit Vassallus. *Castrens. cons. 217. vol. 2. Rot. decis. prima de feudis in nouis. Brun. cons. 161. vol. secundo. Iason. in auth. res, quæ sub num. 26. C. commun. de lega.* non autem post eius mortem, nisi quatenus feudum esset hæreditarium, aut tale, quod potuisset obligari. *Afflict. decis. 26. Cran. cons. 840.*, qui ità fuisse iudicatum attestatur in fine. *Gratian. dicto cap. 43. num. 15.* prout etiam seruatur in Ducatu Sabaudiæ. *Sola. qui supra num. 9. per Paris. de Puteo. tit. de reintegrat. feudi cap. 254.* quod intellige, quando alia bona non supersint, & aliquo reseruato ipsi Vassallo, quo viuere possit (prout, & miles executionem non patitur, nisi in quantum facere potest deducto ne egeat) *Rip. in l. obligatione num. 46. ff. de pignoribus. Sola. qui supra. num. 10. circa fin. per Freccsam in tit. de feudis quail. 16. Bald. in capitulo contingit de dolo, & contum. l. miles. ff. de re Iud.*, imo dictos fructus bonorum feudi, in causam iudicati, poterunt capi, vt per eundem *Solem. loc. citato. numero 10. Bald. cons. 306. lib. primo. Alex. cons. 13. lib. 5. Brun. cons. 37.*, verum pro dotis

restitu-

restitutione, vxori insolutum dari non potest, etiam si sit proximior masculo, *per Decreta nostra solebant*, & *meminimus, Excellentissimi Ducis, Io. Galeatij Mariæ. Datum Vigleuani die. 14. Nouembris anni. 1490.* & aliud. *decretum sub die 27. Martij. 1490. In quib. prohibetur, feuda transire posse in feminas &c. & prout latius ex eis &c.*

246 † Ducentesimo quadragesimo tertio. Obtinentur etiam litteræ, vt Pheudatarius melioramenta, per eum, & eius præcessores facta, super bonis feudalibus, obligati, & Hyppothecari alijs possint, pro sanandis debitis, ac etiam pro restitutione dotium. *l. domos. ff. de legatis primo. Mastrill. decis. 64. num. 14. lib. 1. Peregr. de fideic. art. 50. num. 5. per Menoch. cons. 662. vol. 7. idem Mastrill. decis. prima, numero. 16. & decis. 98. num. 6. & sequen. Ludouis. decis. 266. num. 8.* licet etiam sint feuda ex pacto, & prouidentia. *Sola in Nou. Constit. Sabaud. in. tit. de alienat. bonorum feudal. nu. 6.*, verum ista melioramenta, sunt liquidanda seruatis seruandis. *Cuman. cons. 103. circa fin. Put. decis. 461. Marzar. de fideicommiss. quæst. 66. in princip. Gallesi. ad for. cam. obliga. par. 4. quæst. 2. num. 14. D. Mastrill. dicta decis. 98. num. 6. & sequen.*, prout decreuit Senatus noster in causa meliorament orum, per præcessores Com. Philiberti, ac etiam per eum factorum, super eius bonis feudalibus; verum cum adsit fideicommissum in dictis bonis, quod primogenito desfertur; declarauit Senatus dicta melioramenta, remanere obligata, sanè re filiorum dicti Comitis, *vt ex litteris patentibus diti 31. Augusti anni 1623.*

Cum regulariter melioramenta, & augmenta, etiam primo genitute, spectent ad liberam meliorantis dispositionem. *Ludouis. decis. 326. num. 20. per Molin. de primogenit. lib. 1. cap. 26.* non autem poterit alienari feudum. *Cardin. Seraphin. decis. 785. numero. 11.* Imo nec census constitui possunt. *Idem Seraphin. decis. 894. numero. 5.* Verum ista melioramenta debent legitimè probati, *vt per Castrens. cons. 270. numero. 4. lib. 2. Ludouis. decis. 475.* vbi datur forma, *& decis. 419. numero. 1. cum sequ* & requiritur probatio, quod ista melioramenta fuerint facta à possidente, vel eorum auctoribus, alias sola possessio non sufficeret, de quibus plene, *per Gratian. discept. Forens. cap. 193. numero. primo. & sequen. lib. primo. parte prima. Bursat. cons. 330. num. 96. lib. 3. Honded. cons. 85. num. 41. lib. 1.*

247 † Ducentesimo quadragesimo quarto. Litteræ etiam emanant, effectus, vt creditor possit dominium bonorum à Principe, per litteras Regias petere, iusto pretio sibi adiudicari, & decerni, vbi debitor procuret, ne emptor bonorum captorum inueniatur, cum creditor in licitatoine rem capiam emere possit, *Rebuff. super Constitu. Regn. tomo. primo in tit. de litteris obligator. art. 12. glos. vnica num. 18. per Bald. in l. ordo. col. 1. C. de executione rei Iud.*, vbi inquirit ita posse declarari, *rubric. C. de iure domin. impetr. idem trad. Apostill. ad Stat. Mediol. 163. vol 1. num. fin.*, siquidem nullo reperto emptore, de bonis pignoratis, prouidere poterit Iudex, quod creditor iusto pretio, emat dicta bona, tanquam alter extraneus, etsi quid superesset vltra debitum, restituatur debitori, vel si quicquam de debito superfit, ius saluum remanaet creditori ad illud cōsequendum. *l. 2. & vlt. C si in causa Iudic. Salgect. in l. ordo, & l. fin. C. de execut. rei Iud. Socin. cons. 37. vol. 4.*

248 † Ducentesimo quadragesimo quinto. Obtinentur etiam in dies à Senatu nostro litteræ, mittendi in possessionem pro creditores, census, vt terminus dictis censuarijs statuatur ad soluendum memoratos census, aliter supplicantem in possessionem bonorum in quibus constitutus fuit census, inducantur, vel illa ad hastā publicè vendantur, vt ex pretio supplicanti pro capitali, & censibus de cursis satisfiat, & reliquum censuarijs tradatur, vt in praxi pluties obseruatum vidi, *Ludouis. decis. 193. per totam Foller. in tract. census. in tit. nil vltra præcipiatur per totum, Gratian. discept. forens. cap. 141. par. 1. Cardin. Seraphin.*, vbi de natura census, *decis. 831. & 242. num. 5. & 1418. num. 15.*, vbi inquit venditorem census morosum in solutione, posse cogi per subhastationem rei ad restitutionem pecuniarum, *per Gabr. cons. 152. lib. 1. Couar. var. resolut. cap. 7. lib. 3. per totum*, & ideo licet istæ impetrans minus fuerit in possessionem bonorum census subiectorum, attamen non efficitur verus dominus, cum regulariter impositio census non contineat totalem translationem iurium, prout continet alienatio. Quinimo per huiusmodi impositionem, solum constituitur ius quoddam, omnino distinctum, & separatū à dominio, & ab ipsa re de qua agitur. *Cardin. Seraphin. decis. 794. num. 7. per Couar. var. resolut. lib. 3 d. cap. 7. nu 6. Gratian. discept. forens. par. 1. cap. 43. nu. 32. circa med. Guid. Pap. decis. 41. & 576. & Crau. cons. 217.*, & ideo iste immissus in possessionem, non facit fructus suos, sed tenetur in sortem, & census iam decursos computare, *Seraphin. decis. 1226. Redoan. de reb. Eccl[esi]æ. non alienandis. quæst. 22.* etiam si esset nullus. *Gratian. discept. forens. cap. 43. nu. 24. par. 1. & cap. 175. nu. 14. eod.* & sic compensare poterit creditor suū interesse cum fructib. *l. 1. C. de sent.* & tamdiu per ipsum possidenda, donec fuerit sibi integre & de censibus, & capitali satisfactum. *l. 1. in fine. ff. de pignor. & in l. fin. C. de distract. pign. Morla de locato. & conducto. qu. 3. tit. 10. Rebuff. de litteris oblig. art. 12 glos. vnica. nu. 11. Gratian. discept. forens. cap. 25. nu. 15. par. 1.*, & fructus singulis annis debent exinaniri deductis impensis. *Rebuff. d. nu. 16.* nam regulariter census Constitutio, de sui natura continet hypothecam super re censuata. *Ludouis. Pont. decis. 195. nu. 9. per Couar. var. resolut. lib. 3. d. cap. 7. post num. 6.*, & sic potest Dominus rei censitæ retinere loco pignoris fructus ex bonis apprehensis recollectos, pro censibus non solutis. *Gratian. discept. forens. d. cap. 25. nu. 14. & 15. part. 1.* tum etiam, quia census quando imponitur non emitur res, sed ius exigendi certam quantitatem fructuum ex illa, vt per eundem, *Ludouis. decis. 388 num. 7. & decis. 281. num. 6. per Rot. Rom. ibi.* per eum allegat. & quando est nec iūs sortis principalis, & fructuum, dicti census ex pretio soluto, vel aliter, nullum poterit peti interesse, cum nullum dicatur damnum pati. *Ludouis. decis. 295. num. 2. & 3.*, verum vbi censuarius cōpareret allegando Iudici debere dicta bona dari in solutum creditori, tunc debet creditor sibi illa adiudicari facere, secundum peritorum æstimationem, quæ ante fieri debet, & deinde pro illo pretio Iudex creditori decernet, *per tex. in l. 1. vbi DD. & glos. notabilis. C. si in caus. iudicat. Rebuff. super Const. Regni. tom. 1. in tit. de litteris obligator. art. 12. glos. vnic. num. 11.* Vbi autē creditor inprimis poni fecisset bona ad hastam pro venditione, tunc debet præferri creditor census, & poterit illa emere sicut alius extraneus. *Rebuff. d. tit. de litteris obligator. art. 12. glos. vnica nu. 17. Ludouis. Pont. decis. 193. num. 1. & 6. & in fine nu 13.*, Propterea iste Iudex cum dicatur merus executor, & sint litteræ de forma, habent vim legis. *Plot. in l. si quando nu. 156. Costa de fact. scient. & c. dist. 100. centur. 2. nu. 13. circa med.*, ideo iure merito non datur appellatio cū sint litteræ dispositiuæ, *Afflict. decis. 261. n. 1.*, nisi in modū excessērit. *l. à Diuo Pio vbi DD. ff. de re Iudic.* Verum quando isti census essent contra for. Bullæ Pap. P ij V. emanatæ, solet Papa nullitates sanare, modo pecuniæ fuerint realiter numeratæ. *Marchesan. de commiss. o. par. 1. in tit. de commissio. appell. à Camer. obligat. nu. 20. 21. & sequ. cap. 16. secundum non.* Impressionem Veneta m, vide supra nu. 110. hoc prælud.

249 † Ducentesimo quadragesimo sexto. Litteræ etiam impetrantur, vt minoris contractus inutilis, per eum factus, rescindatur, & res minoris restituatur, non reddito aliquo prętio, vbi illud fuerit male consumptum. *Rebuff. super Const. Regni tom. 2. in tit. de rescissio. contract. in præfat. num. 9. & 10. per tex. in l. si quis cum sciret. ff. pro emptor. & in l. mater. C. de rei vendic.* nisi quatenus probetur versum in utilitatem minoris, *per tex. in l. fin. C. de vsucap. pro empto. tex. in cap. quod quibusdam de fideiussorib.* & ità fuisse iudicatum in illo *Supremo Senatu, anno 1536. die 13. Martij. testatur idem. Rebuff. qui supra. nu. 10. in fine.*

250 † Ducentesimo quadragesimo septimo. Impetrantur etiam litterę, aduersus contractum per freneticum, vel aliter furiosum celebratum, vti nullum, vel si fuisset læsus, vel deceptus, *per text. in l. in negotijs, & l. furiosis. ff. de reg. iur. Rebuff. dicto tit. de rescission. contract. in præfat. nu. 13. & 18. tom. 2. & l. si cui bonis. de verb. oblig. l. 1. de Curator. furios. cum simil.*, prout etiam idē dicitur in demente, vel mentecapto, vel prodigo, vt latius, *per Rebuff. dicto tit. de rescissio. contract. per totum*, vbi varias edocet formulas litterarum à Rege impetrandarum, prout etiam Senatus noster, in quibuscunq; casibus ad Iustitiam pertinentibus, prouidere solet, *per Cæsar. Const. de Senatorib. §. habeatque idem Sen. & e. in fine*, & de alijs litteris Supremo Principi reseruatis, dicemus (Deo fauente) *in 3. parte huius tract. nostri. de rescriptis.*

De litterarum subdiuisione, & earum effectù.

PRAELVDIVM VIII.
COMPENDIVM.

1 *Litteræ, seu rescripta Principum, subdiuiduntur, vel ex materia, vel ex forma ex qua eduntur, & quomodo.*
2 *Litteræ, quædam, ratione materiæ, dicuntur ad lites, quædam vero ad gratias.*
3 *Litteræ ad lites, subdiuiduntur in delegationes, causarum commissiones, breuia, bullas, & rescripta, & alias similes.*
4 *Litteræ ad gratias, ex parte materiæ, subdiuiduntur in beneficia, & officia Principis, priuilegia, indulgentias, remissiones, & dispensationes cum similibus.*
5 *Litteræ gratiosæ, subdiuiduntur etiam, ratione personæ, ratione bonorum, ratione loci, & ratione temporis, & quomodo, vt hic per Authorem.*
6 *Litteræ contentiosæ, & ad lites, subdiuiduntur, in litteras gratiosas Iustitiæ & è contra, in litteras Iustitiæ gratiosas, seu beneficiales, & quomodo, vide hic exempla.*
7 *Litteræ minoris, & maioris Iustitiæ quæ sint.*
8 *Litteræ maioris gratiæ.*
9 *Litteræ Iustitiæ gratiosæ, quomodo emanent.*
10 *Litteræ ad lites, & ad gratias, desumuntur differentia, à nullitate, & qualitate earum.*
11 *Litteræ ad lites, & ad gratias, se habent, vt excedentia, & excessa.*
12 *Litteræ Principis, materialiter considerata, sunt tantum tituli probatio, & quomodo.*
13 *Subdiuisio litterarum Principis, in publica, & priuata, recensetur.*
14 *Litterę priuatæ, quomodo intelligantur.*
15 *Litterarum priuatarum subdiuisio.*
16 *Litterarum publicarum distinctio.*
17 *Subdiuisio litterarum, in intrinsecas, & extrinsecas, & quomodo.*
18 *Intrinseca forma, ab extrinseca, quomodo differat, & quid de litteris Principis.*
19 *Solleunitas, differt à forma, & à substantia, licet quandoque promiscuè accipiatur.*
20 *Forma diuiditur, in substantialem, & accidentalem.*
21 *Litteræ ratione formæ, aliæ simplices, vel dispositiuæ dicuntur, aliæ sub conditione, aliæ tempore adiecto, & exempla adducuntur.*
22 *Forma litterarum non seruata, rescriptum, & processus corruunt & quomodo intelligatur.*
23 *Forma, & qualitas in litteris, seruanda est, fallit tamen in præiuditium tertij, in eis non nominati.*
24 *Forma subdiuitur, in cōmuni, & specifica, & quomodo.*
25 *Forma communis litterarum ad lites, quid sit, & quid forma specialis, vel specifica.*
26 *Litteræ ad lites, dicūtur in forma communi regulariter, litteræ autem ad gratias, dicuntur in forma specifica, prout in litteris summariis.*
27 *Litteræ in forma specifica propriè dicuntur, quando cum causæ cognitione emanant, secus in litteris ad lites, & primæ tribuunt ius, secus secundę, & quomodo.*
28 *Impetrans prius in forma communi, prefertur secundo in forma speciali.*
29 *Vitium formæ, potentius est, quam materiæ.*
30 *Subdiuisio litterarum, in ob, & subreptitias, falsas, inciuiles, & irrationabiles.*
31 *Litteræ inciuiles, & irrationabiles, quæ dicantur, & exempla adferuntur.*
32 *Subdiuisio litterarum in fauorabiles, odiosas, & praiudiciales.*
33 *Litteræ subdiuiduntur, quandoq; in græcas, hebraicas, & per ziffras, & quæ sint.*
34 *Litteræ quandoque emanant, præter; contra; quædam supra & aliæ secundum legem. & quomodo.*
35 *Litterę ratione concedentis, & petentis, dicuntur, aliæ in genere, aliæ vero in specie.*
36 *Litteræ, aliæ dicuntur subreptitiæ per dolum, alię per simplicitatem, vel ignorantiam, quandoq; nec dolo, nec ex falsitate, & quando dicantur nullæ ipso iure.*
37 *Subreptio dolosa, quandoq; est causa totius, secus vero si non dolosa, & tunc quandoq; neq; totius, neq; partis, & quomodo.*
38 *Litteræ obtentæ ex subreptione, valebunt pro parte, et sic in forma communi.*
39 *Litteræ aliæ dicuntur concessæ personæ, & quandoque rebus, & quandoq; loco, aut tempori, aut causæ, & quomodo intelligatur, & quando litteræ dicantur reales, vel personales.*
40 *Litteræ quandoq; ex sacra forma diuersa dicuntur, & alicubi dicta oracula, & diuinæ iussiones.*
41 *Rescripta omnia, sacra oracula dici posse, si ab ore Principis excerpta, & in scripturam redacta, & sacri pariter dicuntur affatus.*
42 *Rescripta mixta, tripliciter subdiuiduntur, primo ratione potestatis concedentis, secundo ratione gratiæ, & Iustitiæ, tertio ratione expeditionis, & quomodo.*
43 *Litteræ communes, & mixtæ, etiam dicuntur, quæ per Principes scilicet Ecclesiasticos, & seculares, concedi solent, prout sunt rescripta gratiæ, quæ à Papa, & Principe seculari emanant.*

PRÆLVDIVM OCTAVVM.

Qvemadmodum res, diuersimodè describi, & quęlibet descriptio deffendi, ob diuersos respectus absque dubio possint, ità & litteræ Principum, plures, imo diuersas dicuntur habere naturas, & qualitates. Propterea, nouæ hic adferuntur subdiuisiones. &

1 † Primo istę litteræ, seu rescripta Principum, subdiuidi poterunt, vel ex materia, de qua eduntur, vel ex earū forma, per Principem in eis tradita. *P. Greg. Tholosan. in cap. 2. lib. 1. de rescr. n. 1. in fine. Episc. Staphil. suo tract. de litteris gratiæ, & Iustitiæ. in tit. de commissionib. & litteris Iust. Leonell. Bartholin. de subreptione rescriptorum. qu. 3. art. 1. col. 2. circa med.*, nam

2 † Ratione materiæ, quædam litterę dicuntur ad lites, quæ-

quædam vero ad gratias, quæ duę species copiose explicantur à D. Menoch. de arbitr. Iud. cas. 201. & 202. per tot. Staphileus de litteris gratiæ, & Iustitia, sparsim, & per Leoncil. qui supra d. quæst. 3. art. 1. vers. quando considerantur & c. de subreptione rescriptorum col. 2. & propterea istæ.

3 † Litteræ ad lites primo subdiuiduntur in delegationes, causarum commissiones, breuia, bullas, rescripta, & alias similes, de primis duabus loquitur. P. C. reg. dicto cap. 2. num. 38. lib. 1. de rescript. & cap. 34. nu. 1. eod. Staphil. dicto tit. de commission b. & litteris Iustitiæ. num. 1. & 2. materia vero litterarum efficitur ex ea causa, quæ in eis deducitur, siue ciuilis, siue criminalis sit, per tex. in cap. forus. de verborum sign., licet prædicta nomina rescriptorum, commissionum, bullarum, & vt supra, largo modo, sub appellatione rescriptorum comprehendantur, cum illa ius, & Iustitiam concernant, vt per Episcopum Staphil. d. tit. de commissionibus, & litteris Iustitia. num. 1. & 2. per tex. in l. falso. vbi Bart. Bald. Iason. & alij. C. de diuers. rescriptis, ibi ad ius rescribuntur & c. tex. in cap. causam quæ. & ibi Abb. Felin. Bero. & alii. de rescript. P. Grego. d. cap. 34. nu. 1. lib. 1. hoc tit. nostro.

4 † Litteræ vero ad gratias, ex parte materię, adhuc sub diuiduntur in beneficia ecclesiastica, ac officia Principis, priuilegia, & dispensationes, indulgentias, remissiones, & absolutiones, cum similibus. P. Grego. in dicto capitulo. 2. lib. 1. num. 37. huius tit. nostri, dispensationes ver, & in integrum restitutiones, habilitationes ætatis, cum similibus, concedi solent per Senatum nostrum, ampliss. ad form. N. C. in tit. de Senatoribus. §. Habeatque idem Senatus & c. quod etiam trad. Menoch. lib. 2. præsump. 10. nu. 17. sed cer, etica derogationem statutorum, quam Senatus pro sue voluntatis arbitrio facere potest, virtute dictarum N. C. loco citato, modo ex ea derogatione non lædatur Ius tertij, vt ex decreto Senatus diei 15. Ianuarii anno 1580. vers. non fiat dispensationes & c. aliæ vero Indulgentiæ, & absolutiones, circa crimina, & delicta capitalia, ad Principem, & Excellentiss. Gubernatorem nostrum pertinent ex eodem met præscripto. N. C. d. tit. de Senatoribus. § fin. vers Senatus tamen & c. per tex. in l. abolitio. C. de abolition. ac ei ad pristinos honores fit per eum restitutio. l. 1. C. de sent. pass & restit. nec non & restituendo natalibus, & famæ. l. 1. §. de qua ergo. ff. de postulando. Speculator. in tit. de dispensat. lib. 1. par. 1. num. 8. & 9. vers. Princeps & c. Propterea

5 † Istæ litteræ gratiosæ, subdiuiduntur etiam ratione personæ, ratione bonorum, ratione loci, & ratione temporis. Leonell. Bartholin. de subreptione rescriptorum d. quæst. 3. art. 1. circa med. col. 2. vers. rescripta enim & c. per tex. in §. 1. instit. canonica. de Immunit., nam ratione personæ dicuntur personalia, & non possunt cedi, vt per Abb. in cap quia nonnull. n. 3. de rescriptis, ratione vero bonorum, dicuntur realia, vt per Speculator. tit. de rescript. lib. 2. parte 1. §. 6. vers. ratione etiam eius & c. ratione vero loci scilicet, in quo explicantur, & sic aut id contingit in genere, & de eis pertractatur. in tit. de rescriptis lib. 1. decretal. in 6. aut in specie, & sic aut ratione Iudicij, & de eis habetur, in tit. de officio deleg., & ratione temporis, & ideo quædam sunt perpetua, quædam vero temporalia. d. l. falso 2. C. de diuers. rescript. vbi Salycet. Castrens. & alii, & cap. 7. de immunitat. P. Grego. in cap. 58. lib. 1. de rescript. num. 3. vbi dicit quædam rescripta perennia esse, seu perpetua, prout sunt gratiæ generaliter, & priuilegia, personis sine definitione temporis concessa, quæ durare dicuntur, quamdiu personæ vixerint, per Claud. Cæsar. in d. l. 2. C. de diuers. rescript. verum de rescriptis ad lites, illud verbum perennia esse debent & c. intelligitur duraturæ, scilicet vsque ad 30. annos tantum, cum quælibet actio tanto tẽporis cursu præscribatur. l. sicut, & l. omnes C. de præscript. 30. vel 40. annorum, sed ad excipiendum perpetuo durare, per l. pure §. fin. ff. de doli mali exceptione. P. Grego. loc. citate. num. 4. circa fin. lib. 1. hoc tit. nostro & c.

6 † Litteræ istæ igitur contentiosæ, & ad lites, subdiuiduntur in litteras gratiosas Iustitiæ, & e contra, in litteras Iustitiæ gratiosas, per Abbatem in cap. ad audientiã. 2. nu. 10. circa med., vbi Felin. nu. 22. vers. fallit 1. & c. & nu. 17. vers. ampliatur ista regula, & ibi omnes Canonistæ de rescript. nam primo dicuntur illæ, quæ sortiuntur naturam litterarum ad lites, cum sint mixtæ, vt per DD. locis citatis, prout quando quis impetrauit litteras gratiosas, vel beneficiales, & super his litteris impetratis contenditur, & executor litterarum processit causa cognita, tunc istæ litteræ sortiuntur naturam litterarũ ad lites, cum et super pronunciatione non fuerit appellatum. Io. Andr. Compostella. Imola Burr. & DD. in d. cap. ad audientiam. 2. vbi Abbas, & Felin. locis citatis.

7 † Subdiuiduntur etiam istæ litteræ ad lites, quoniam quædam appellantur minoris, & maioris Iustitiæ: maioris, n. Iustitiæ sũt, quãdo derogatur cap. statutũ de rescriptis. in 6. scilicet, vt possit quis vltra vnam dietã conueniri in Diœcesi Superioris, vel Principis. Marian. Socin. de citat. art. 20. nu. 7. minoris vero Iustitiæ dicuntur, quando emanant regulariter secundum dispositionem iuris communis, hoc est ad lites, per tex. in cap. conquestus. de vsuris. Castrens. in l. etsi non cognitio. C. si cõtra ius & c. nu. 2. quæ subdiuisio litterarum adnot. Quintil. Mandos. in suo tract. glosæ facultatum & c. §. volentes vers. minoris, & maioris Iustitia, per totum, vbi nonnulla exempla recenset, quem videre poteris & c. & propterea hoc pacto

8 † Subdiuiduntur etiã litteræ gratiosæ Principis, si quidẽ, n. quædã dicũtur lię maiores gratiæ, dupliciter, & primo dicuntur maiores, quando supremus Princeps pœnas delictorũ criminosis hominibus indulget, per Clar. sua prax. crimin. §. fin. quæst. 59. in princ. & etiam vers. scias autem & c. vbi Baiard. Rosignol. & alij notant. Secundo dicuntur etiam maioris gratiæ, quando Princeps facit gratiam generalem, ex causa prolis, vel adeptionis possessionis Regnorum, vel Ciuitatum, cum similibus, & tunc in hac Prouincia, istæ litteræ gratiosæ, generales appellantur, sub nomine decreti gratiosi, vt Idem Clar. notat. in dicto. §. fin. quæst. 59. dicto. vers. scias autem & c. prout etiam istæ gratię, & Indulgentiæ, seu decreta gratiosa, emanant ob publicam lætitiam, puta inita pace, ac fœderibus, inter Principes, vt fuit factum de anno 1544., dum fuit facta pax, inter inuictissimum Imperatorem Carol. V. & Christianissimum Franciscum I. Galliarum Regem, & iterum anno 1559. Inter Catholicum Regem Philippum Austrium, Regem nostrum Potentissimum, & Christianissimum Henricum Galliæ Regem, quarum meminerunt Arnold. Ferronus. Histor. Gallicæ. lib. 9. & de alijs de quibus trad. Borell. de Regis Cath. præstan. cap. 38. nu. 75. 76. cum sequen. sic igitur minoris gratiæ, tunc dici possunt, quando conceduntur litteræ gratiosæ in causis ciuilibus, prout etiam sunt dispẽsationes, etiam quæ quotidiẽ Senatũ nostro emanant, iuxta dispositionem N. C. in tit. de Senatorib. §. Habeatq; idem Senatus & c. Boss. de remed. ex sola Clem. Prin. nu. 46. cum plurib. sequen. cum etiam dispensatio petita ex legitima causa, dicatur de Iustitia, & non de gratia, Raudens. de Analogis. cap. 15. nu. 94. lib. 1. & sic gratiosæ litteræ dicuntur, & dispensandi, & gratias cõcedendi. iux. l. 1. ff. ad l. Iul. de ambitu. & per tex. in cap. si gratiose. de rescriptis. in 6. cum similibus. & de his pariter latius diximus infra in tit. de litteris mixtis. Præludio vltimo per totum, sicut etiam litteræ gratiosæ Iustitiæ, dici possunt illæ confirmationes Principis, quæ emanant aduersus contractus, nulliter celebratos, ad hoc vt in limbus experiri possit, à dic. confirmationis emanata. de quibus loquitur. Rebuff. sua prax. beneficia.

cia.parte ſecunda, in titulo de reſcripte, perinde valere, numero 1. & 33. per text. in l. adoptio non iure facta. ff. de adopt., nam ex quo relaxatur ius poſitiuum, circa nullitatem remittendam, dicitur gratiam facere. *Rebuff. qui ſupra nu. 1.*, Iuſtitia vero, in eo verſatur, cum actor conſequi poſſit, dicta nullitate non attenta ius ſuum. *l. 2. in fine ff. de reb. eorum.*

9 † Litteræ autem Iuſtitiæ gratioſæ, tunc dicuntur, quando Princeps, vel Senatus, diſpenſationes, & pactorum confirmationes concedit, ad lites tamen ſpectãtes, prout in confirmatione pacti Cameralis, inter contrahentes initi, ad hoc vt in lite, & prætenſione, poſſit procedi, nam cum expediantur in forma patenti, dicuntur litteræ gratioſæ, *per tex. in cap. ſi apoſtolica. de præbendis. in 6.* & dicuntur etiam litteræ Iuſtitiæ gratioſæ, cum per eas non tribuatur ius nouum, *per text. in cap. 1. de confir. vtili.*, nec iſtę litteræ validant, quod alias nullum eſt. *Boſſ. in tit. de Principe, & priuileg. eius nu. 350.*, Ideo obtinentur, vt contra debitores agi poſſit per capturã, vt per *Boſſ. in tit. de fiſco nu. 19.*, propterea litteræ mixtæ dicuntur. *Cnechius ſua inſtitutione canon. tit. 5. de reſcript. nu. 39. & 45. & 46. cum ſeq.*, Idcirco, quoniam datio iuriſdictionis, vnitur cum conceſſione gratiæ, ſortiuntur naturam litterarum gratioſarum, & non ad lites. *Felin. in dicto cap. ad audientiam 2. nu. 19. verſ. ad idem. de reſcr. Oldrad. conſ. 81. Roman. conſ. 330. num. 2. cum ſeq.*, & *latius diximus infra in d. tit. de litteris mixtis nu. 20.* vbi videas,

10 † Litteræ ergo ad lites, & ad gratias, deſumi poteſt earum differentia, à nullitate, & qualitate earum, *vt per Leonell. de ſubreptione reſcriptorum. quæſt. 3. art. 3. col. 2. & per totum*, prout etiam deſumitur à generibus cauſarum, vt per *Leonell. qui ſupra. quæſtione. 11. art. 6.*, nam iſtæ litterę mixtæ, quando gratioſè conceduntur, vnitim cum litteris Iuſtitiæ, ſi ſint ſubreptitiæ, dicuntur nulle ipſo iure, *vt per Rebuff. d. ſua prax. benefic. in tit. de different. gratia, & Iuſtitia n. 11. in fine*, prout dicitur pariter de litteris gratioſis ad redimendũ bona, etiam per annum, de quibus loquitur, *Cæſar de Graſſis deciſ. 58. nu. 2. alias 12.* vbi dicit eſſe nullas per ſubreptionem ipſo iure, quando vero litteræ ſeparatim dantur poſt gratiam, pro ipſius gratiæ tamen executione, tunc non ſunt nulle ipſo iure per ſubreptionem, ſed veniunt annullandæ exceptionis ope. *Abb. in cap. conſtitutus. nu. 5*, *vbi Felin. & alij de reſcript. Roman. d. conſ. 330. nu. 3. Oldrad. d. conſ. 81.*, prout etiam dicitur de legitimatione. *Tiraquell. cauſa ceſſante &c. limitat. 1. num. 12. per Corn. conſ. 245. lib. 1.* nam gratia annullatur, vt per *Abb. in cap. cæterum nu. 6. circa med. de reſcript. Felin. dicto cap. ad audien. 2. num. 22. hoc tit.*

11 † Hinc dici ſolet, litteras ad lites, & ad gratias, ſe habere, vt excedentia, & exceſſa, *vt per Rebuff. d. ſua prax. benef. in tit. de different. reſcript. gratia & Iuſtitia. n. 61. Felin. in cap. capitulum. nu. 5. circa fin. verſ. 2. eſt caſus &c. in fine. de reſcript. vbi Abbas poſt gloſ. col. 3. Baldus in l. præſcript. nu. 26. in fin. C. ſi contra ius*, vbi habetur interdum veritatem, & impetrationis formam, ſe habere vt excedentia, & exceſſa, ſicut etiã dicitur in mixtis poſſeſſorijs, quę non vna natura ſunt, ſed ſe habent tanquam excedentia, & exceſſa, *vt per Contard. ad l. vnicã. limit. 1. §. 8. nu. 1. verſ. ratione mixturę &c.*

12 † Verum iſtę litteræ Principis, materialiter conſideratæ, ſunt tantum tituli probatio, ſicut carta teſtamenti, non eſt teſtamentum, ſed probatio teſtamenti; ſecus vero, ſi litteræ ratione contenti, intellectualiter cõſiderentur, *Afflict. deciſ. 253. nu. 3. per Butrium. in cap. in noſtra. de reſcript.*, declara vt ibi per eum &c. & licet ad effectum gratiæ Principis, non requiratur ſcriptura, cũ gratia dicatur perfecta per verbũ fiat, *vt per Bald. in l. fin. C. de comun. ſer. manumiſſ. & in l. fin. C. de ſent. reſcind. non poſſe. col. 2. Dec. conſ. 75. col. 7. Giurba conſ. 57. nu. 16.* attamẽ ad eius probationem, ſcriptura requiritur. *Afflict. d. deciſ. 253. n. 4. per Bald. in l. humanum C. de leg. l. Laratha. conſ. 2.*, Ideo hæc

13 † Diuiſio pariter, à materia, ſubdiuiditur in publica, & priuata, *vt per P. Greg. cap. 2. n. 2. de reſcrip. lib. 1. per tex. in l. 1. C. de precibus. Imper. offerend. Leonell. de ſubreptione, reſcriptorum, quæſt. 1. art. 1.*, ſicut etiam ius diuiditur, in publicum, & priuatum, *vt in l. 1. §. huius ſtudij. ff. de Iuſt. & iure.*

14 † Propterea, litteræ priuatę dicuntur iſtę, quæ in gratiã ſingularium perſonarum priuatarum conceduntur, *P. Gregor. dicto cap. 2. nu. 3. & cap. 1. nu. 4. lib. 1. hoc tit. & Leonell. d. quæſt. 1. art. 1. col. 1.* Inquit, quod reſcriptũ duplex reperitur, publicum viz. & priuatum. Nam, & proinde, & ſcripię Epiſtolę reſponſorię priuatorum, vt Principum, dici poſſunt reſcripta, *vt per eundem P. Gregor. d. cap. 1. nu. 4. verſ. proinde. lib. 1. de reſcript.*, Verũ de his, quę à priuatis emanarunt, non eſt hic diſputandi locus, atque ſummo digito, ſolùm ſufficiet priuata demonſtraſſe,

15 † Subdiuiduntur autem iſtę litterę priuatarum perſonarum, pro diuerſitate negotiorum, de quibus expediuntur, ſiquidem etiam, ea reſcripta, quæ in gratiam ſingularium, & priuatarum perſonarum conceſſa ſunt, priuata dicuntur, & iſta, ſubdiuiduntur ad lites, indulgẽtias, priuilegia, & ſimilia, vt docet, *titulus. C. de diuerſ. reſcript. in vtroq; iure. ciuili, & Pontificio. C. de precibus Imper. offer. P. Grego. dicto cap. 2. lib. 1. de reſcript. num. 3.*

16 † Litterarum autem publicarum diſtinctio erit, nam quędam erunt generalia, quędam vero ſpecialia, vt & Conſtitutionum, alię generales, alię ſpeciales. *l. 1. §. fin. ff. de conſtitut. Principum*, generalia ſunt, quę communem omnium, vel plurium cauſam reſpiciunt, qualia ſunt, quæ legem conſtituunt, de quibus *Vulpianus in l. 3. §. Diuus. Hadrianus ff. de ſepulchr. viol.*, propterea has litteras generales eſſe, inter cetera docemur, ſi ſint ad Senatum miſſę, vt confirmentur, vel publicentur, ſi edicti nomine vocentur, ſi generales dictæ, ſi in corpore iuris, vel decretorum Senatus redactę, *l. leges vt generales. 3. vbi Bald. & alij. C. de legibus*, prout etiam ſi de negotio publico ad conſultationem, vel poſtulationem Iudicum fiant, legis enim generalis vim haberent. *l. 1. C. de precib. Imper. efferend. P. Grego. d. cap. 2. nu. 2. de reſcr.*

17 † Subdiuiduntur etiam litterę Principis, ratione formę, in intrinſecas ſcilicet, & extriſecas, vt docet. *Leonell. de ſubreptione reſcriptorum. art. 6. quæſt. 3. per totum, & in art. 2. quæſt. eadem. circa med. & Gallarat. de renunciatione. tomo. 2. renunciat. 22. numero. 10. Coſta ſua praxi conuentionali. part. 1. num. 269.* quę à ſtilo Curię deſumẽda eſt, & adeo eſt obſeruanda, vt ob eius inobſeruantiam actus non teneat. *Felin. in cap. cum dilecta. vbi Abbas. Bald. Bero. & alij. hoc tit. noſtro, & per DD. paſſim. in l. ſciend. ff. de verb. obligatione*, & de hac ſollemnitate intrinſeca, & extrinſeca, docet, *Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 132. per totam.*

18 † Intrinſeca autem forma, ab extrinſeca, multum differt, nam intrinſeca appellatur ſubſtantialis, & eſt originalis actus, extrinſeca vero, dicitur accidentalis, quę ſuperadditur ſupra ſubſtantiam. *Bald. in l. in vendentis. numero. 6. & 7. C. de contrahend. empt. & vend. Coſta d. prax. conuentio numero. 269. Gallarat. dicto tomo. ſecundo. de renunc. renunc. 22. numero 10. centur. 1.* Intrinſeca ineſt actui, illumque concomitatur ex natura verborum, & ſic quando actus ponitur, ſollennitas ipſa ſignificatur: extrinſeca vero litterarum eſt illa, quę eſt extra decretum Senatus, & actus ipſe, ſcilicet extrinſeca forma litterarum, ſine decreto Principis in ſe ſtare poteſt, tametſi lex, actum ipſum, vt minus ſollennem, non approbet. *Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 132. numero. 2. & 3. & præſumpt. 23. num. 3. lib. 2. eod. tit.*,

cum

cum etiam hęc follennitas extrinseca,quę in litteris apponitur,dicatur modus,seu qualitas,quæ adhibetur circa rem,seu decretum Senatus. Gallarat de renunc.d.tomo.2.renun. 22. num. 7. post princip. &c. maximè cum inducta fuerit de consuetudine. Butr. in cap.super litteris.de rescript. vbi DD. notant, Hinc est quod litteræ, quando non sunt è Cancellariæ leuatę, dicuntur informes, vt per Mandos. in reg. de non iudicando &c. qu. 3.num.4. vbi Gomes.& aly. Oldradus.cons.324.num.5. prout etiam stylus Curiarum,quandoq; mutatur,& frequêter variatur,quem modo album, modo nigrum appellat. Lapus.allegat. 51. Episcop. Cassador. decis. 7. de rescript. nu. 4.

19 † Verum hæc follennitas differt à forma,& à substantia,vt per Gallarat.de renun.d.tom.2.renun.22. nu.7. licet aliquando promiscuè accipiatur,vt per eundem ibi nu.15.prout etiam forma,& ordo videntur in hac materia capi,vt synonima. Felin. in cap. cum dilecta nu. 6. de rescript., Verum,forma dat substantiam,substantia autem,est ipsa rei essentia, & per quam res ipsa existit, follennitas verò est modus, seu qualitas.quę adhibetur circa rem, vt latius declarat idem. Gallarat. d. renun. 22.nu.7. centur.1.

20 † Forma igitur diuidi potest,in substantialem,& accidentalem, vt per Leonell. de subreptione rescriptorum. quæst.3.art.2.Gallarat de renun.tomo.2. renun.20.nu.2. 4.5.& 15.idem dicitur etiam de follennitate,vt per eũdem. Gallarat.renun.22.nu.13. & per Menoch.de præsumption. lib.3. præsumpt.132.per totam. Glorit. ad cap. super litteris. de rescript., prout etiã forma duplex est, alia enim dicitur constructiua,altera destructiua,vt per Bald.cons.283.lib.4. Gallar. d. renunc.20. nu.3.

21 † Et propterea,litterę ratione formę, aliquando dicuntur simplices, vel dispositiuæ, alię vero sub conditione, alię tempore adiecto,vt per Clemen. prima. de concess.prebẽdis. § per rescriptum. Leonell. de subreptione. d.quæst.3.art.1.circa med. ac etiã in institut.de collat.,de primis litteris dispositiuis, argumentũ desumi poterit, à litteris,quæ in dies per Senatum nostrum emanant in materia census non soluti; quibus mandatur Iudici, vt debitori terminum mensis statuat ad soluendum maturatos census,aliter supplicantem in possessionem bonorum in quibus constitutus est immittat, & inducat &c. prout sepius obtinui,litterę autem, quando sunt conditionales,ante diem,vel conditionem,non acquiritur alla iurisdictio, sed tantum spes habendę, scilicet iurisdictionis. Vant. de nullitate, ex deffectu iurisdictionis delegata.nu.92. per Ancharan.cons.36. num.4. prout si apponitur verbum,si constiterit, vel si repereris&c., nam tales clausulæ important conditionem, & precedere debet citatio, & cognitio super verificatione conditionis, alias processus esset nullus. Alexand cons. 218.lib.2. Felin. cap.si constiterit &c.de accusat. Lapus. allegat.8.& 61. Oldrad. cons.41. num. 1.Vantius d. nu. 92.circa med. per Guid.Papam.decis.70., alię autem dicuntur tempore adiecto,puta quando mãdantur Iudici, vt causam expediat termino mensis,prout fieri de iure potest.vt per Gail.pract. obseruat.lib.1. obseruat.28.nu. 7. quæst.litteras promotoriales appellat. de quibus diximus in præludio.7.nu.117. tit. de litterarum diuisione, vbi videas &c.

22 † Ea propter dici solet, quod forma litterarum non seruata,rescriptum,& seu litterę corruũt.P.Grego.Tholosan.in dicto cap. cum dilecta.n. 15. lib.2.de rescript.vbi Felin.Abb.Barbos.& aly, quod intellige de omissione formę substantialis,non autem accidentalis, cum illa non vitiet.per tex.in l. cum hi.§.si pr ator. de transact. P. Grego. d.cap.22. cum dilecta.num.15. & in cap.7. lib.1. nu.1. circa fin.hoc tit. nostro, puta si Princeps, vel Senatus mãdat,vt procedat Iudex summariè,& simpliciter, & Iudex procedat ordinariè,valet processus,vbi fiet de cõsensu partium,cum hęc forma specialis agendi summariè,dicatur accidentalis, quę ad libitum voluntatis potest adesse,& abesse, præter subiecti corruptionem. Glorit. not. ad cap. super litteris. nu.69.& 70. cum seque. de rescriptis,nam remanet forma communis vide, Felin.in dicto cap. cum dilecta,ante numerum.11.col 11. & in cap si diligent.nu.11.de foro competent. Quapropter

23 † Forma,& qualitas in litteris Principis,seruanda est, maxime quando est substantialis, per tex. in cap. cum adeo,vbi DD. de rescript. cum forma,dat esse rei.l. Iulianus.§. 1. ff. ad exhiben., & sic omissio formæ,vitiat actum.l.cum hi. §.si prætor.ff. de transact. P.Grego. d.cap. 7.nu.1.lib.1.de rescriptis,Fallit tamen etiam,quando essent litterę, in tertij præiuditium emanatę,in litteris nõ comprehensi.per tex.in l.quoties,vbi Iason.num.4.C.de precibus,Imper. offeren.

24 † Forma igitur,subdiuidi potest,in communi, & specifica, siquidem quo ad lites,forma Iuditij,alia dicitur solennis ordinaria,& cõmunis, alia vero summaria, & specifica, quę accidentalis dicitur, de quibus, pertractant DD. in cap. quoniam contra.de probat. & in cap. in causis. de senten. & re. Iud. & in Clemens. dispendiosam.de re Iud. Leonell.de subreptione &c. quæst. 17. articulo 5. Glorit. dicto cap.super litteris.numero 69.cum sequen.de rescript.

25 † Forma namque communis litterarum ad lites,est modus procedendi,secundum iuris follennitates,forma autem specifica est idem modus,sed summarius, vt per Leonell. de subreptione. d.quæst. 17.art.5. colum.prima, & sequen. & in quæst. 3. art. 6. col. 2. per Clemen. sæpe de verbo signifi. in §. penultimo, & fin. Marant. suo speculo part. 4. distinct. 9. Bero. in dicto cap. super litteris. numero. 51. vbi Glorit. & aly,de rescr. instrum. canon. de Iud. Abb. in capitulo postulasti.hoc. tit. nostro, & propterea diximus supra, destructa ista forma speciali agendi summariè, remanet forma iuris communis,modo tamen non sit per malitiam, etiam eo casu neutra remanet,vt per Bald. in dicto capitulo super litteris.nu.16.

26 † Quare litteræ ad lites regulariter, dicuntur in forma communi, vt per Dec. cons.142. num. 6. Gutierez. cons. 11. num. 7., litteræ etiam ad gratias,dicuntur in forma specifica, prout etiam,quando sunt summariæ, Leonell. de subreptione &c. d. quæst. 17. art.5. col.1. per Berouum.d.cap. super litteris. nu.51. vbi Glorit. numero 69. Abb. in dicto cap. postulasti. eod.tit. nostro. Dec. dicto cons.142. num.6. nam respectu ordinis procedendi summariè, Princeps dicitur gratiã facere, vt per DD. omnes in dicto.cap.super litteris. hoc tit.nostro & in specie tradit. Crott. in rubr.de rescriptis.num. 11. in fine. Marta de clausulis.clausula 160. nu.10. circa med. Burgos.in cap.1.nu.94.hoc titulo nostro,declara prout in prima rubr. huius nostri tract.lib.2. n.22.forma autẽ communis est.quando Princeps mandat,vt Iudex Institiam faciat.Maranta.d.suo speculo. par.4. distinct.9. num. 5. circa med. Mastrill. decis. 228. num. 6., verum istæ litteræ summarij iuris,nullum ius tribuunt, cum dicantur litteræ ad lites.Dec.dicto cons.142.num.6.Gutierez. d. cons.11.nu.7. Verum

27 † Litteræ in forma specifica, tunc proprie dicuntur, quando scilicet fuerunt cum causæ cognitione emanatę,vt per Leonell.d.quæst. 17.art.5.col.1. in principio.de subreptione,& Gutierez. d. cons.11. num. 8. circa med. inquit,ad hoc. vt confirmatio actus nulli, sit in forma specifica.requiri necessario causæ cognitionem, & certam scientiam, & eo casu ius tribuere, per Molinam. de primogen. Hispania.cap.7. num. 26., & in secunda parte. libro 3. capitulo 3. numero 12., alias non valeret confirmatio. Alex.cons.125.numero 18 volum. 4. & DD. passim in capitulo primo. vbi Abb. & alij de confirmatione vtili. Ea propter litteræ Iustitiæ, quæ conceduntur, sine causæ cognitione, nihil iuris tribuunt, nec operantur actus nullius confirmationem, vt inquit.

Bu-

Gutierez. d.conſ. 11. num. 5. Dec. dicto conſ. 142. nu. 6. in fine; prout ſunt confirmationes, quæ per Senatum noſtrum emanare ſolent, conualidando alienationes Vniuerſitatum, & locorum, licet nullæ ſint, modo conſenſerint duæ partes ex tribus, vel denuo conſentiant, prout conceduntur de forma Cancellariæ &c. propterea iſtæ confirmationes, intelliguntur, ſi ita eſt, cum ſine cauſæ cognitione emanent. *Rebuff. tract. de decimis. quæſt. 13. num. 91. Gutierez. dicto conſ. 11. nu. ſeptimo*, de quibus litteris loquitur idem *Rebuff. ſua prax. beneficiaria. in tit. de litteris perinde valere &c. vbi vide &c.*

28 † Verùm impetrans priùs in forma communi, præfertur ſecundo impetranti in forma ſpeciali, vt per *Rotam decis. 4. n. 1. de verb. ſignif.* nam regulariter de primis litteris debet fieri mentio in ſecundis, alias ſecũdæ impetratæ non valerent. *Polydor. Ripa. ſingul. obſer. lib primo. obſer. 177. num. primo. cum ſeq. Felin. Abb. Dec. & alij in cap. cæterum de reſcript. Menoch. de arbitr. caſ. 202. num. 64. per N. C.* hoc titulo, cum etiã requiratur derogatio primatum litterarum tacita, vel expreſſa, adhoc, vt per ſecundas litteras, cenſeantur primæ litteræ reuocatæ vt per *Bald. in dicto cap. cæterum. num. 4. vbi Felin. & alij de reſcript. Oter. tract. de diuerſ. quæſt. iuris quæſt. 12. vide in noſtro tit. quando reſcriptum ſecundum tollat.* t. nam alias forma vitioſa litterarum non valeret.

29 † Nam vitium formæ, potentius eſt, quam materiæ, *Oſaſc. decis. 6. nu. 7. Felin. in dicto cap. cum dilecta. col. 15. vbi Abb. Bero. & alij de reſcript. Dec. in l. 1. col. 3. verſ. 2. concluſio &c. C. de errore ca. culi.*

30 † Subdiuiduntur pariter litteræ in obreptitias, ſubreptitias, & falſas *vt per Iaſon. in l. præſcriptione nu. 1. cum ſequen. vbi Salycet. Caſtrenſ. Bald. & alij C. ſi cõtra ius &c. Rebuff. ad Conſtit. Galliæ. tomo 2. in præf. n. 129. de reſcriptis.*

31 † Litteræ vero inciuiles, tunc dicuntur, quando veritas quidem narratur, ſed eſt contra ius, vel contra æquitatem, vel quandoque per importunitatem extortæ. *P. Grego cap. 51. nu. 2. lib. 1. hoc tit. l. fin. C. ſi contra ius l. in ciuile C. de rei vendicat. Rebuff. qui ſupra dicta præfatione num. 130. de reſcriptis l. in ciuilem C. de furtis*, vel ſi contra ius, vel deciſionem iuris, ſine derogatoria ſufficienti, aut ſint contra vtilitatem publicam emanatæ. *l. in ciuile ff. de legibus*, ſicut etiam, ſi exorato Principe, in præiudicium alterius nulla facta de illius mentione extorquentur. *l. 2. §. ſi quis à Principe. ff. ne quid in loco publico P. Grego. cap. 22. lib. 2. nu. 8. hoc tit. noſtro*; litteræ vero irrationabiles, tunc dicuntur, quando contra rationem, & rationi obuium impetrantur. *per tex. in cap. cauſam. 2. in fine. de teſtibus. Rebuff. ad dict. Conſtit. Gallic. in dicta præfatione. tom. 2. nu. 130. Iaſon conſ. 233. col. 7. vol. 2. cum ſimilibus.*

32 † Subdiuiduntur quoque litteræ Principis, in fauorabiles, odioſas, & præiudiciales, & primo fauorabiles dicuntur, quando fauorem continent alterius. *Rebuff. ad Conſtit. Galliæ. tomo 2. in præfat. de reſcriptis. num. 131. Bald. in rubr. huius tit. noſtri. nu. 14.* odioſæ vero dicuntur, quando in odium, & damnum alterius conceduntur, & tunc ſunt reijciendæ, ſi ſine derogatione ſpeciali ſint emanatæ. *l. ex facto ff. de vulga. & pop. ſubſt.*, prout etiam præiudiciales tunc dicuntur, quando continent alterius, vel tertij præiuditium, non enim creditur, Principem ità reſcripſiſſe, *per tex. in cap. 2. de reſcriptis, vbi omnes ſcribentes*, maxime in his litteris ad lites, *Rebuff. in d. præfat. nu. 131. P. Grego. d. cap. 51. nu. 2. lib. 1. hoc tit. noſtro*, prout etiam

33 † Subdiuiduntur litteræ, in græcas, hæbraicas, & quandoq; per ziffras, prout Imperatorum Romanorum reſcripta, quædam non tantum latinè ſcripta, ſed etiã græcè reperta fuere, *vt in pandectis iuris ciuilis, velut. in l. 37. & 48. Diuorum fratrum, reffert & Ioſeph. lib. 14. antiquit. Iudaic. cap. 18. reſcriptum Iulij Cæſaris conſcript. Iuſtin. Martyr. lib. 2. Apolog.* poſſunt enim latinè, græcè, & hæbraicè ſimul conſcribi. *Bald. in l. Iudices nu. 10. C. de ſent. & interloc. omn. Iud. P. Greg. in cap. 11. num 9. & 10. lib. 2.* huius tituli noſtri, prout etiam litteræ per ziffrâs, fieri non prohibentur, de quibus diuerſimode loquitur, *Alex. conſ. 146. num. 24. & 25. cum ſequ. lib. 5. per tex. in l. ſi quis in fundi vocabulo ff. de leg. 1. in verbo vocabula, & tunc etiam ſtandũ eſt interpretationi reſcribentis, per gloſ. in cap. petitio, in gl. fin. de procurator.*

34 † Quandoq; pariter emanant litteræ, præter, contra, ſupra, & ſecundum legem, de quibus loquitur. *Leonell. de ſubreptione reſcriptorum. quæſt. 8. art. 6. col. 2. in fine. & quæſt. 3. art. 7. col. 2. circa fin.* litteræ præter legem emanatæ, dicuntur beneficia, & gratiæ à Principe conceſſę, præter ius, contra vero legem, vocatur priuilegium, quod emanat contra ius, ac etiam quandoq; conceduntur diſpenſationes ſupra legem, litteræ vero ad lites dicuntur emanatę ſecundum ius. *Ripa. in rubr. nu. 24. vbi Burgoſ. Gomeſ. & alij. de reſcriptis*, nam alias reſcriptum Iuſtitiæ, vbi eſſet contra ius emanatum, ad terminos iuris comunis, reducendum eſt. *Odduſ. de fideicomiſſ. par. 2. quæſt. 30. nu. 74. Bertaz. conſ. 478. nu. 21. vol. 2. Mandoſ. in d. rubr. de reſcriptis nu. 18. Maſtrill. deciſ. 228. nu. 4.* & ſic patet reſcriptum Iuſtitię emanare ſecundum ius, priuilegium contra ius, beneficium vero præter, & diſpenſationes quandoque ſupra leges. *Ripa dicto nu. 24. poſt principium. hoc tit. noſtro.*

35 † Alię etiam litterę dicuntur, ratione concedentis, & petentis, alię in genere, alię vero in ſpecie, vt latius *per Leonell. de ſubreptione reſcriptorum, quæſt. 3. art. 1. col. 1. circa fin. & per tit. de reſcript. lib. 1. decretal. in 6.*, & ſic quædam conceduntur motu proprio, & quædam ad petitionem alicuius. *cap. ſi motu proprio. cum ſequ. de præbendis. in 6.*, & quandoque in genere, *vt dicto tit. de reſcriptis lib. 1.* ſi autem in ſpecie, & ſic, aut ratione iudicij, & de eis habetur, *in tit. de off. deleg.*, aut ratione priuilegij, & iſta habentur. *in tit. de priuileg. cum ſimilibus.*

36 † Alię etiam litteræ, dicuntur ſubreptitiæ per dolum, & tunc ſunt nullæ ipſo iure. *per tex. in cap. ſuper litteris vbi Baldus nu. 1. & DD. paſſim. de reſcript. Milian. ibid. nu. 18. Rebuff. ad Conſt. Galliæ nu. 110. in præfatione. huius tit. tomo 2. Caſtrenſ. conſ. 430. nu. 3. lib. 1. in noua impreſſione. Leonell. de ſubreptione &c. quæſt. 3. art. 1. & qu. 10. art. 9. col. 1. in fine. Glorit. dicto cap. ſuper litteris nu. 28. & 154.*, litterę autem per ſimplicitatem, vel ignorantiam impetratæ, vbi ſint cauſa inductiua conceſſionis, tunc vitiantur. *Glorit. qui ſupra num. 82. & 83. vbi Abb. in 2. membro &c.* & procedit etiam ſi eſſet ruſticus. *Menoch. de arbitrar. Iud. caſu 194. nu. 31. Crauetta conſ. 68. num. 12. in fine*, & quandoque iſtę litteræ non ſunt ſubreptitię, nec ex dolo, nec ex falſitate, vt latius *per Leonell. de ſubreptione &c. quæſt. 10. art. 9. col. 2.* nã ſi ſubreptio eſſet ratione culpe, valebit pro parte, & ſic in forma communi, *per tex. in dicto cap. ſuper litteris*, at ſi ſubreptio prędicta, nec dolo, nec culpa commiſſa fuerit, tunc reſcriptum in totum valebit. *Leonell. qui ſupra. d. col. 2.*

37 † Subreptio autem doloſa, quandoque eſt cauſa totius conceſſionis, & tunc illa vitiat totum reſcriptum. *Gloritius dicto cap. ſuper litteris. nu. 87. in fine. de reſcript.* quod etiam amplia, vitiate ſcilicet omnia contenta in reſcripto, licet illud contineat plura capita ſeparata, & ſubreptio fuerit cauſa vnius capitis tantum, *Felin. in cap. in noſtra. col. octaua de reſcript. Glorit. d. cap. ſuper litteris num. 27. & 28. Leonell. Bartolin. de ſubreptione &c. quæſt. 10. art. 9.* ſecus vero ſi non eſt doloſa, vel non eſt cauſa, neque totius, neque partis, puta aliquod fuit expreſſum, vel tantum, quo tacito, vel expreſſo reſcriptum ad luce emanaret, nihil ſubreptio nihil operatur,

ranir, *per tex. in d. cap. super litteris. vbi Glorit. nu. 74. & ibi Abb. Felin. & aly. de rescriptis. Leonell. loco citato*, nam talis debet esse subreptio, ad hoc vt vincet, quod Princeps nullo modo rescriptum emanaret, vt de communi attestatur, *Pereira. de Castro. decis. Portugal. 60.* ☞ *per Reg. Ordin. lib. 2. tit. 43. ibi, a qual verdade se Señao calara, ou nos fora exprimida a falsidade, não era verosimel antimos de conceder a tal prouissão. Valasc. cons. 158. nu. 13. Gamma. decis. 278. num. 19. Cassan. cons. 24. propterea.*

38 † Litteræ obtētæ ex subreptione culpæ, valebunt pro parte, & sic in forma communi, *per d. cap. super litteris vbi Mādos. Gomes. Burgos. & aly. hoc tit. nostro. Leonel. de subreptione d. qu. 10. art. 9. col. 2. per Felin. & DD. in d. cap. cum dilecta. de rescript.*

39 † Quædam vero litteræ conceduntur personę, & quādoq; rebus, aut loco, aut tempori, aut causæ, & primo, quando persona est mixta, veluti vniuersitas, vel Collegiū, tunc litteræ dicuntur reales, quia transeūt ad successores in illa Vniuersitate, idem est dicendum, si sūt concessæ alicui, sub nomine dignitatis, *argumento tex. in cap. quoniam Abbas. vbi Barbos. Felin. & aly. de off. deleg. Leonell. de subreptione &c. quæst. 3. art. 9. col. 1. si vero sub nomine proprio, tunc dicerētur personales. l. 1. ff. de constitut. & in cap. priuileg. vbi Dyn. & aly. ff. de reg. iur.*, si autem sint concessæ ratione bonorum, & sic super rebus, semper erūt reales, idē est si loco, vel tempori, concessum sit rescriptum. *Leonell. loco citato. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 103. per totam. Bald. & aly in in d. cap. quoniam Abbas. de off. deleg.*

40 † Litteræ istæ, quandoq; etiam dicuntur, ex sacra forma diuersa, & alicubi dicta oracula, & diuinæ iussiones, Epistolæ, & orationes. *P. Grego. in d. cap. 2. num. 4. lib. 1. de rescriptis*, oracula inquit Cicero in topicis, ex eo ipso appellata sunt, in quantum inest in eis, Deorum oratio. *l. Vniuersa. C. de diuers. rescript. & prag. sanctionibus. lib. 2.*

41 † Prout etiam rescripta omnia, sacra oracula dici possūt, secundum eundem P. Gregor potissimum si ab ore Principis excerpta, & in scripturam fuerint redacta, eadem q; ratione, & sacri dicuntur affatus. *l. sacri affatus. & l. fin. C. de diuers. rescript. id. P. Grego. dicto cap. 2. nu. 5. lib. 1. hoc tit. nostro. per text. in l. 2. C. de petit. bon. sublator lib. 10.*

42 † Subdiuiduntur autem rescripta mixta, tripliciter, primo ratione potestatis concedentis. *P. Grego. cap. 38. nu. 1. lib. 1. hoc tit.*, cum ex hac parte, aliquando sint nulla, *vt per Leonell. de subreptione &c. quæst. 4. art. 5. col. 2. per auth. hoc ius porrectum. C. de sacrosant. Ecclesiis. secundo ratione gratiæ & Iustitiæ.* prout sunt litterę mixtæ, continentes gratiam scilicet, & Iustitiam, prout declarauimus, suo proprio titulo de litteris mixtis, *in Proludio vlt. per totum*, & quædam de istis litteris mixtis, adnotantur, *per P. Greg. cap. 38. lib. 1. de rescr.* tertio. ratione expeditionis dicuntur mixtæ, scilicet quando in causis litium expediuntur litteræ in forma patenti, prout in litteris confirmationis pacti Cameralis, quæ in dies per Senatum nostrum concedi solent, cum similibus, tunc dicuntur continere gratiam, scilicet, & Iustitiam, *Felin. in rubr. de rescript. col. 2. num. 4. vers. & vbi Princeps &c. vbi DD. notant*; nam cum dictæ litteræ patentes, sigillentur cum sigillo magno, ideo videtur, Principem voluisse infringere legem, vt idem Felin. not. in quantum vero emanant dictæ litteræ, vt quisq; ius suū consequatur, dicuntur litteræ Iustitiæ, & ad lites. *P. Grego. d. cap. 38. nu. 3. in fine hoc tit. nostro. lib. 1.*

43 † Litteræ quoq; communes esse possunt Principi Ecclesiastico, scilicet, & seculari, prout sunt litteræ legitimationis, restitutionis natalium, & rehabilitationis, de quibus loquitur. *Idem P. Grego. dicto cap. 38. num 1. hoc tit. nostro lib. 1. & cap. 2. nu. 34. eod. lib. Rebuff. ad constit. Gallia. tomo 2. in præfat. nu. 114. de rescriptis*, vbi inquit litteras esse huiusmodi, vtriusq; fori communes, cum vtraq; potestas Pontificia, scilicet, & secularis illas emanare soleat. *Rebuff. sua praxi beneficiaria. in tit. de rescripto legitimationis mixto*, vbi quod Papa, ad spiritualia legitimat: Princeps vero ad temporalia. *Idem Rebuff. qui supra. in tit. de rescriptis mixtis, ac etiam in tit. de rescripto rehabilitationis, & nobilitatis mixtis &c.*

De differentijs litterarum gratiæ, & Iustitię, vltra illas, quas adnotauit Rebuff. in sua beneficiaria praxi.

PRÆLVDIVM IX.

DIVISIO PRIMA.

COMPENDIVM.

1 *Differentia litterarum gratia, & Iustitia, quas descripsit Rebuffus, hic breui methodo recensentur, & vltra illas, alia 130. differentia, per Auctorem adferuntur.*

2 *Prima differentia, desumitur à nullitate processus, nam processus litterarum ad lites subreptitiarum, valet mero iure, si non opponatur de surreptione, & non appellatur à reiectione: secus vero in litteris gratiosis, quia etiam si non opponatur, remanet processus nullus ipso iure.*

3 *Secunda differentia, desumitur à qualitate litterarum, in litteris enim ad lites, inest forma, & substantia, secundum aliquos, in litteris vero gratiosis, inest tantum substantia, non autem forma, intellige vt per Auctorem hic.*

4 *Tertia differentia, desumitur à transitu in iudicatum, in litteris enim ad lites, si pars a reiectione non appellet, transit in iudicatum, secus vero in litteris gratiosis, & quando.*

5 *Quinta differentia, desumitur ab exceptione, nam si non excipiatur a parte de subreptione, poterit Iudex cognoscere de negotio principali, secus vero in litteris gratiosis, & quomodo.*

6 *Quinta differentia, desumitur à negligentia vtendi, nam rescriptum secundum ad lites subreptitium, ob eaciteminitatem primi, sortitur effectum, si impetrans primum, fuit negligens per annum ad illud presentandū, in litteris vero gratiosis, aliter est dicendum, & quid in hac Prouincia seruari soleat.*

7 *Sexta differentia, desumi potest à tempore præsentandi, littera namq; ad lites intra sex dies iuridicos presentari debent, littera vero gratiosa, quæ per Principem nostrum conceduntur, intra annum Senatui presentari debent, pro earum interinatione.*

8 *Septima differentia, desumitur à dilatione, siquidem in litteris ad lites non conceditur dilatio, ad illas presentandum, in litteris autem nostris gratiosis, secus est dicendum, & cur?*

9 *Octaua differentia, desumitur à præscriptione, quandoquidem in litteris ad lites, post secutam sententiam, non valerent littera, si non fuissent antea præsentate, secus vero in litteris nostris gratiosis, & cur?*

10 *Nona differentia, desumi poterit à cognitione surreptionis, siquidē in litteris ad lites, potest cognoscere Iudex de surreptione, secus vero in litteris gratiosis, per Senatum emanatis, & quando.*

11 *Decima differentia, oritur à cognitione, in litteris enim ad lites, cognoscit Iudex, num sint cōtra ius impetrata, secus est dicendum in litteris gratiosis.*

12 Vn-

12 Vndecima differentia, desumitur à subsignatione, littera namque, quæ à Cancellaria Senatus emanant, subsignantur ab Eggregio Secretario; littera autem gratiosa, ab Excellentissimo Gubernatore nostro.

13 Duodecima differentia, desumi poterit à sigillo Cancellariæ, littera enim ad lites sigillo paruo; gratiosa vero magno sigillo imprimuntur.

14 Decima tertia differentia, oritur à consensu in Iudicem, nam in litteris ad lites, partes possunt in Iudicem consentire, litteris ipsis non opponendo; secus tamen dicitur in litteris gratiosis.

15 Decimaquarta differentia, desumitur à falsitate, nam in litteris ad lites, falsitas non præsumitur, cum de facili emanent, secus vero in gratiosis.

16 Decima quinta differentia, oritur a nullitate in totum, siquidem in istis litteris ad lites, si falsum exprimitur in aliqua parte, littera non vitiantur in totum, in litteris autem gratiosis, secus est, & quando.

17 Decima sexta differentia, desumitur ratione mendacij, siquidem in litteris ad lites, mendax precator non caret pœnitus impetratis, in litteris vero gratiosis aliter est tenendum.

18 Decimaseptima differentia, oritur ab expressione iuris, nam in litteris ad lites, non est opus, vt fiat mentio de principali iure aduersarij, nec de priuilegio, secus vero in litteris gratiosis, & quando.

19 Decima octaua differentia, desumi poterit à Iurisdictione, littera namq; ad lites tribuunt iurisdictionem etiā si sint subreptitia, in litteris vero gratiosis hoc locum non habet, & quomodo.

20 Decima nona differentia, desumitur ab interpretatione, littera siquidem ad lites strictè sunt interpretanda, in litteris autem gratiosis secus est, intellige prout hic.

21 Vigesima differentia, oritur ab extinctione iurisdictionis, per litteras enim ad lites euocatorias, detrahitur ordinaria iurisdictioni, & circa illam causam extinguitur, secus vero per litteras gratiosas.

22 Vigesimaprima differentia, oritur ab effectu præsentationis, nam in his litteris ad lites semper inesse censetur clausula, si littera præsententur, in litteris vero gratiosis secus est.

23 Vigesima secunda differentia, oritur à causa finali, in littoris enim ad lites causa finalis Principis, non fundatur in expressione narratorum, sed quia adest lis inter partes, aliter vero est dicendum in illis gratiosis litteris.

24 Vigesima tertia differentia, desumitur à tempore de præsenti, littera namq; ad lites subreptitia, valent de præsenti, secus in litteris gratiosis, & cur?

25 Vigesima quarta differentia, oritur a clausula si ità est, cum subintelligatur, siquidem, hæc clausula in litteris ad lites, non inducit conditionem, in litteris vero gratiosis secus est, & quid de conditione resolutiua.

26 Vigesima quinta differentia, oritur à clausula vocatis vocandis, nam in eis litteris Iustitia, semper hæc clausula intelligitur, secus ad gratias.

27 Vigesima sexta differentia desumitur ratione præiuditij, in litteris enim Iustitiæ, minus quis grauari potest, quam in gratiosis.

28 Vigesimaseptima differentia, oritur à vocatione partis, littera namq; ad lites non exequi possunt nisi parte vocata, aliter vero in gratiosis est dicendum, & quando.

29 Vigesima octaua differentia, oritur à diuersa forma cognoscēdi, siquidem littera Iustitia recipiunt diuersam formam cognoscēdi, cum illa sit aliquando communis, aliquando specifica, at secus contingit de litteris ad gratiam.

30 Vigesima nona differentia, desumitur ab expeditione litterarum, litteræ enim Iustitia ante illarum expeditionem, non suffragantur, at secus in litteris ad gratias, intellige, vt hic, & num. 52.

31 Trigesima differentia, oritur ab acquisitione, nam per litteras Iustitia acquiritur possessio, licet littera sint nulla, secus vero per litteras nullas gratiosas.

32 Trigesima prima differentia, desumitur a qualitate nullitatis, littera namq; Iustitia, & ad lites subreptitia, non sunt nulla naturaliter, secus vero moraliter, at secus est dicendum in litteris gratiosis, cum nec naturaliter nec moraliter sint non ens.

33 Trigesima secunda differentia, oritur ex parte materia, prout quando littera Iustitia, respectu meritorum conceduntur, tunc dicitur neminem lædere, at secus inconcedendo litteras gratiosas, & quomodo.

34 Trigesima tertia differentia, oritur à Iustitia, cum littera ad lites fundentur super iustitia inter partes fiēda, secus vero in gratiosis.

35 Trigesima quarta differentia, oritur à renunciatione, siquidem in litteris Iustitia, poterunt partes renunciare formæ in eis traditæ, secus in litteris gratia vti odiosis, intellige, vt hic per Authorem.

36 Trigesima quinta differētia, desumitur à citatione, nam in litteris Iustitia quando agitur de magno præiuditio partis, vel tertij, pars est omnino vocanda, per intimetur partis, secus vero in litteris gratiosis, & quomodo intelligatur.

37 Trigesima sexta differentia, oritur ratione iuris, littera enim ad lites, dant solum Iudicem, littera vero ad gratiam tribuunt ius, vltra Iudicem, intellige vt hic.

38 Trigesima septima differentia, desumitur ab æquiparatis, nam littera Iustitia æquiparantur contractibus stricti iuris; littera vero ad gratias æquiparantur tantum contractibus bonæ fidei.

39 Trigesima octaua differentia, oritur à pœna falsi, littera namq; Iustitia, quando falsificantur, mitius punitur falsarius, secus in gratiosis, cum pœna mortis puniri debeat, intellige, vt hic, & ibi declaratur Constitutio Mediol. de pœnit. §. 1.

40 Trigesima nona differentia, desumitur ab obseruatione, nam littera de Iustitia per Principem emanata, & eius edicta, per eius successorem seruari debent, secus vero in gratiosis, intellige, & declara, vt hic in fine.

41 Quadragesima differētia, desumitur a iurisdictione inchoata; per litteras enim ad lites, licet subreptitias, iurisdictio delegati dicitur nasci, & incohari a die præsentationis, cum primo citum sit verum, secus vero in litteris gratiosis, & quomodo.

42 Quadragesima, prima differētia, desumitur ab effectu iuris, siquidem littera contentiosa ad lites emanant secundum ius, littera vero ad gratias contra ius, & quomodo.

43 Quadragesima 2. differentia, oritur à facilitate concedendi, nam littera Iustitia de facili conceduntur, in litteris autem ad gratias dicitur secus esse.

44 Quadragesima tertia differētia, desumitur à subreptione; subreptio enim in litteris Iustitia procedit solum dilatoria; in gratiosis autem dilatorie, & peremptorie.

45 Quadragesima quarta differentia, desumitur circa rasuram litterarum, nam multum differt, siquidem in litteris Iustitia hæc rasura iudicatur, sicut de rasura instrumenti, in litteris vero gratiosis dicitur esse pœna mortis, intellige prout hic, vbi declaratur Constitutio de pœnis cap. 1. vide infra nu. 50. & 51.

46 Quadragesima quinta differentia, oritur ab argumento, in litteris enim ad lites non procedit argumentum à contrario sensu, scilicet, & vbi preces vere non sint non est delegatus, secus vero ad gratias, & cur? & nu. 54.

47 Quadragesima sexta differentia, oritur ab oppositione, quandoquidem exceptio peremptoria in litteris ad lites, opponi nequit per viam subreptionis, secus vero in gratiosis, & vide supra nu. 18.

48 Quadragesima septima differentia, oritur a iure accrescendi.

scendi.

scendi, in litteris enim Iustitia, ius accrescendi locum non habet, secus in gratiosis & beneficijs Principum.

49 *Quadragesima octaua differentia, desumitur a substantia, nam in litteris ad lites, subreptio opponitur forma, & substantia: in gratiosis vero subreptio est tantum in ancillina substantia, non autem forma. & quomodo, vt hic per Authorem. & nu. 3. & 35.*

50 *Quadragesima nona differentia, desumitur à fabricatione falsi, nam in litteris Iustitia, illas falso fabricans non punitur si illis vsus non fuerit, at in gratiosis secus est, & ibi declaratur Const. de pœnis. cap. 1.*

51 *Quinquagesima differẽtia, desumitur ab vsu falsi rescripti, siquidem vtens falsis litteris Iustitia ignoranter, non punitur, secus autem in litteris gratiosis, vel apostolicis, ubi etiam declaratur hec Cõst. Med. de pœnis.*

52 *Quinquagesima prima differentia, desumitur ab actu, cum littera delegatorię ad lites, à die earum data habeant iurisdictionẽ habitu, sed nõ actu, secus in litteris gratiosis, cum etiam in illo instanti sit partibus quasitum. & quomodo, & nu. 30.*

53 *Quinquagesima secunda differentia, oritur à fundatione litterarum, quia in litteris ad lites illas fundare sufficit in aliqua causa, qua sit vera, in litteris vero ad gratias quelibet subreptio vitiat, & quomodo.*

54 *Quinquagesima tertia differentia, oritur a cessante causa, cum in istis litteris ad lites cessante causa rescripti delegatoria, non cesset effectus, secus vero in litteris gratiosis, cum eo casu nullam tribuant iurisdictio-*

55 *Quinquagesima quarta differentia, oritur ex causa impulsiua, etenim littera iustitia, non vitiantur ex falsa causa impulsiua, sed littera gratiosa bene vitiantur, & sunt nulla.*

56 *Quinquagesima quinta differẽtia est, quia in litteris gratiosis, non fit extensio de casu ad casum, secus ad lites, & quando.*

57 *Quinquagesima sexta differentia est, quoniam rescriptũ gratiosum subreptitium, neq; per consensum conualidatur, secus ad lites.*

58 *Quinquagesima septima est differentia, quoniam in litteris sumarij iuris, & beneficialibus, rescriptum habetur loco libelli, secus vero in alijs.*

59 *Quinquagesima octaua differentia erit, quia in litteris gratiosis subreptitus, vitium respicit iurisdictionis originem, secus ad lites.*

60 *Quinquagesima nona oritur differẽtia, nam in litteris de Iustitia. Principalis est Iudex, secus ad gratias.*

61 *Sexagesima est differentia, siquidem in litteris gratiosis, Princeps monetur ex mera gratia, in litteris ad lites secus.*

62 *Sexagesima prima, per litteras gratiosas sanatur nullitas, quod non seruatur in contentiosis.*

63 *Sexagesima secunda est differentia, per litteras Iustitia non dicitur derogare statutis: secus in gratiosis.*

64 *Sexagesima tertia est differentia, per litteras Iustitia nõ conceditur, quod simul de spolio, & proprietate cognoscatur, secus per litteras gratia.*

65 *Sexagesima quarta quoniam in litteris Iustitia, non datur signatura ex defectu iurisdictionis, secus in gratiosis litteris, & quomodo.*

66 *Sexagesima quinta oritur differentia, quia per litteras gratiosas dantur littera, vt post conclusum in causa procedatur: secus ad lites.*

PRAELVDIVM. IX. DIVISIO. I.

QVoniam omnia Principum mandata, omniaq; eius rescripta, ad duas præcipuè species reducuntur, gratiæ scilicet, & Iustitiæ, ideirco, vltra eas, quas nos docuit Rebuff. in sua praxi beneficiaria huius tituli, nõnullas alias subnectemus differẽtias: verùm antequã ad eas progrediamur, præmittendum esse censeo

1 † Differentias litterarum, quas inibi adnotauit Rebuff. in tit. de different. rescript. gratiæ, & Iustitiæ fuisse ad num. 23. redactas, quas breui methodo, ante omnia hic recensemus, & quarum compendium sequitur viz. Prima differentia desumitur à nullitate, quia litterę subreptitiæ ad gratiam sunt nullæ ipso iure, secus vero litterę ad lites. Secunda est desumpta, à consensu partis, quoniam litterę ad gratiam non valent etiam de cõsensu partiũ, secus ad lites. Tertia desumitur à mẽtione facienda, quia priuilegium valet, quamuis in eo non fiat mentio de alio priuilegio iuris communis, secus in litteris gratiosis. Quarta desumitur à modo signandi, quia gratia solet signari per fiat, Iustitiæ vero per placet. Quinta desumitur ab impetrãte, cum gratia possit impetrari à non habente mandatũ, secus vero Iustitiæ, verum, & istæ litteræ impetrantur, absq; mandato, de stilo Curiæ. Sexta desumitur, quod gratia non tenet, si in ea non sit mentio facta de priuilegijs, at secus in litteris Iustitiæ. Septima; gratia solet concedi filo sericeo, litteræ vero Iustitiæ cum filo canapis. Octaua; litterę ad gratiam difficilius impetrãtur, quam litteræ ad lites. Nona quia gratia conceditur, sine contradictione, secus litterę ad lites, verum hoc in praxi non seruatur. Decima litteræ Iustitiæ diriguntur in dignitate constitutis, secus in in gratiosis. Vndecima, in litteris pauperum, quæ Iustitiæ appellantur, debet fieri mentio de patrimonio, at secus in gratiosis, verum etiam in contrarium seruatur. Duodecima, litterę ad gratias sunt ambitiosę; nõ autẽ litterę Iustitię. Decimatertia, litteræ ad gratias dicũtur perpetuę, secus litteræ ad Iustitiam, 14. laicus nõ impetrat litteras ad benefitia, secus vero ad lites, 15. in litteris gratiosis apponitur clausula non obstantibus, secus in litteris Iustitiæ, 16. litteræ ad lites durant per annum, secus ad gratiam, 17. litteræ gratiosę tribuunt ius, secus vero Iustitię, 18. collatio beneficij confirmatur per litteras gratiosas, & non Iustitiæ, 19. litteræ Iustitię non solent registrari, secus litterę ad gratiam, 20. exceptio taciturnitatis, non opponitur contra litteras contentiosas, secus ad gratias, imo ẽt opponitur, 21. difficilius expirãt litteræ ad gratias, secus ad lites, 22. in litteris ad lites inspicitur tempus præsentationis; in gratiosis vero agitur à tempore datæ, 23. litterę ad lites non valent sine clausula si preces veritate nitãtur, secus ad gratiam; verùm hoc intellige de iure ciuili, secus vero de iure canonico. *Hæc est sũma doctrina. Rebuff. in d. tit. de differ. rescript. gratia & Iustitia, quam etiam ad notauit. Leonill. Bartholin. de subrept. rescriptorum. quæst. 3. art. 3.* vltra igitur has differentias. D. Rebuffi, & nos, (Deo fauente) alias 130. differentias, vt infra adnotabimus.

2 † Prima igitur differentia, desumi poterit, à nullitate processus, siquidem processus litterarum ad lites subreptitiarum, valet mero iure, si non opponatur de subreptione. *Abb. in cap. ad audien. secundo. n. 5. & 8. & ibi. Butr. nu. 14. ibi Felin. Bald. & alr. de rescriptis. Butr. in cap. super litteris nu. 38. eod. tit. Vant. in tit. qualiter sentent. & process. quando dican. nulli. reputr. post nu. 58. & 59. & in tit. de nullit. ex defect. iurisd. deleg. nu. 60. Put. decis. 240. num. 9. par. 2. Pace conf. 11. nu. 29. &* 42. secus vero in litteris ad gratias, quia etiam si non opponatur; attamen processus erit nullus ipso iure. *Cran. conf. 68. nu. 2. Abb. conf. 34. lib. 2. nu. 5. Idem Abb. & Felin. in d. cap. ad audien. 2. vbi omnes scribentes, hoc tit. nostro. Gurba. conf. 57. nu. 22. circa fin.* propterea requiritur oppositio partis, in litteris ad lites. *Mar. Antonin var. resolut. lib. 1. resolut. 8. num. 3.* ne pars tacendo videatur consentire. *Vant. de nullit. d. tit. qualiter sent. & c. n. 61. vbi, n. seq.* inquit, esse regulare, vt quis excipiat & si non admittatur, à non admissione, seu processu appellare debeat. *Vestr. sua prax. ciuil. lib. 3. capit. 9. n. 15. Onded. conf. 17. lib. 1. n. 49. cum seq. Cran. cõs. 103. n. 17. Cucchus. sua instit. can. in tit. 5. de rescript. Lessed. cõs. 4. Mangrel. in addit. ad Bart. in princ. tom. add. præscript. C. si in & c. Marches. de commissio cap. 1. part. 2. nn. 25. Campanil. suo tract. iuris canon. rubr. 11. cap. 13.*

nu. 183. in tantum, quod in istis litteris Iustitiæ, simplex protestatio, ad reddendũ processum nullum sufficeret. Vant. d. tit. qualiter sententia &c. nu. 62. circa fin. per Roman. cons. 384. n. 4. & sic opus est appellare p supradicta, nam licet rescriptum subreptitium parte opponente, dicatur nullum, vt per Mar. Antonin. d. tit. var. resolut. lib. 1. resolut. 8. nu. 3., attamen assumit vigorem, si Iudex pronunciauit validum, & ab hac pronũciatione non fuit appellatum, vt per Abb. in cap. ex parte decani. nu. 11. de rescript. Vant. qui supra in dicto tit. qualiter sententia &c. nu. 62.

3 † Secunda differentia est, quod in litteris ad lites, inest forma, & substantia; in litteris vero gratiosis inest tantum substantia, non autem forma, per tex. vbi DD omnes in d. cap. super litteris, & ibi. Abb. n. 5. circa med. Gloris. nu. 164. circa fin. Leonell. de subrept. rescriptor qu. 11. art. 6. col. 3., siquidem in litteris de Iustitia, datur forma cognoscendi, & procedendi, & tribuitur etiam substantia, quę est iurisdictio, & sic subreptio nõ dolosa, quæ est causa formæ, non vitiat substantiam, & propterea, cum in litteris gratiosis, non detur nisi substantia, iure merito data subreptione corruit substantia, & sic non est mirũ, si litterę corruant in totum. Gloris. d. cap. super litteris. d. nu. 164. in fine. Verùm intellige, quod etiam in istis litteris gratiosis, potest adesse forma, & substantia, nam hæc forma dicitur modus, vel conditio. Molfes. cons. 36 tomo. 2 nu. 5. & 6., quæ idem sunt. Plot. cons. 97. num. 2. circa med., vbi inquit formam litterarum, seu dispensationem, vel conditiones, quæ in eis adduntur, idem importare, sicut forma. Lanar. cons. 15. nu. 13. per glos. in l. 1. C. de his, qui sub modo, prout si in dispensatione diceretur, bonis tamen transeuntibus cum onere suo, & absq; fori declinatione, hoc censeretur esse de forma, qua non seruata actus esset nullus. Felin. in cap. cum dilecta. col. 6. vers. secundum signum &c. de rescript. & col. 8. vers. 7. signum &c., siquidem illa dictio tamen, operatur, ac si dictum fuisset, quod aliter fieri non possit, cũ sit restrictiua, & de forma substantiali. Plot. d. cons. 97. nu. 8. & 9. circa med. vers. maxime quia &c. lib. 1. sicuti etiam extat. Senatus consultum dies 13. Nouembris. anni 1626. quod scilicet non possint Communitates facere census aliquos, in quibus adsit pactum, quod emptor ipse non teneatur ad onera, vel quod demarítur ab extimo. nam si aliter facti essent contractus, essent ipso iure nulli. l. cum hi §. si prætor. ff. de transact. l. nemo potest. ff. de lega. 1., maxime cum decretum illud procedat annullando, secus vero si traheret modum annullandi, tunc contractus nõ censeretur ipso iure nullus, sed debet peti, quod annulletur. Vant. de nullit. in tit. quot, & quibus mod. nullitas &c. nu. 55. circa fin., propterea erit distinguendum, vtrum litteræ Principis, vel dispensatio, requirat formam tempore contractus, vel alterius actus, tunc non seruata forma actus, vel ipsæ contractus non subsistit, per tex. in auth. hoc ius porrectum. C. de sacrosan. Ecclesijs. ibi scilicet. aliter enim &c. l. hac consultissima. C. de testam., an vero litteræ formam, vel modum requirunt post contractum, vel alium actum iam perfectum, eo enim casu, talis actus non est nullus, nec litteræ emanatę sunt nullæ, sed effectum non habent, nisi forma adimpleta. Bald. in .l. vniuersa. C. de precib. Imper. offerend., vbi num. 2. circa med. ponit exemplum, quod si statutum disponat, quod intra certum tempus, donatio insinuetur, (vel registretur), aliter non valeat; attamen licet hoc non fiat, valebit tamen donatio, sed obstabit exceptio ista, ideo debet per sententiam annullari. Vantius. dicto. tit. quot. & quibus modis &c. dicto. num. 55. circa fin. Gail. pract. obseruation. lib. 1. obser. 124. nu. 4. circa fin.; conclude igitur distinguendo, aut scilicet hec forma, seu modus requiritur ad esse rei, aut ad confirmationem ipsius rei in esse productæ, aut ad effectũ, seu vtilitatem consequendam, primo casu, si omittitur hæc forma, non valet ipso iure, cum sit forma substantialis. l. qui Romæ §. flauius. ff. de verb. oblig. secundo autem, & tertio casu, valet ipso iure, cum talis forma sit accidentalis, & adueniat rei existenti in actu, secus uero in forma substantiali, quę aduenit rei existenti in potentia. Bald. in d. l. vniuersa. num. 2. circa finem. C. de precib. Imper. offerend. & post eum. Gail. dicta obser. 124. lib. 1. num. 4. Vant. dicto. tit. quot, & quibus modis &c. nu. 55. exempla, vide in parte secunda, in rubrica 3. de rescript. num. 2. in fine.

4 † Tertia differentia est, quia in litteris Iustitiæ, & ad lites, si pars à reiectione exceptionis oppositæ alias subreptionis. nõ appellet, transiret sentẽtia in iudicatũ. Abb. in cap. ceterum nu. 9. circa med. Burgos. ibi. nu. 116. de rescript. Felin. in d. cap. super litteris. n. 30. circa med. vers. limita. secundo &c. vbi Gloritius n. 437. & 440. Roman. cons. 384. num. fin. in fine. Gail. pract. obseru. lib. 1. obseru. 35. numero. 5. secus vero in litteris gratiosis, quia sunt nullæ ipso iure, per subreptionem, etiam si non opponatur, vt per Cranet. cons. 68. num. 2. Giurba. cons. 57. num. 22. in fine. Ideo numquam transeunt in iudicatum. Rota. Roman. decis. 229. num. 1. part. 3. lib. 2. in nouiss. Marius. Antonin. variarum resolut. lib. 1. resolut. 109. num. 3. & 4. Alciat. cons. 15. lib. 5. num. 23. tomo. 2. Pan. decis. 374. & 389. num. 3. part. 2. Contard. in .l. vnica. limitat. 9. numero. 42. C. si de moment. possess. Magon. in Rota. Lucensi. decis. 62. numero. 15. & decis. 98. num. 5. Surdus. cons. 61. num. 53. Turretc. cons. 44. num. 45. vol. 1. tunc enim cum litteræ gratiosæ sint subreptitiæ, non dant Iudici aliqua iurisdictio. Abb. in dicto cap. ad audien. 2. vbi Baldus. num. 7. & num. 11. Butr. numero. 18. vbi quod fallit, quo ad Iudicem. Felin. & alij. de rescript. idem Abb. cons. 34. lib. 2. nu. 5. circa fin. quod intellige, quando in litteris gratiosis conceditur gratia, & imprimitur iurisdictio, tunc enim, cum ipsa iurisdictio sit accessoria ad gratiam, sicut per subreptionem ipsa gratia efficitur nulla ipso iure, ità & iurisdictio, tamquam accessoria. Roman. cons. 331. num. 3. cum sequ. cap. si super gratia. de off. deleg. lib. 6., & ità intelliguntur memorati scribentes, & ideo ex deffectu iurisdictionis, non transit in iudicatum &c.

5 † Quarta differentia est, quoniam Iudex in litteris ad lites subreptitijs, si à parte non opponatur de subreptione, poterit cognoscere etiam circa merita causæ, vt per Gloris. dicto cap. super litteris. num. 155. in fine, vbi Baldus. num. 13. modo tamen sequatur veritatem, secundum acta, & probata, vt per Bald. ibi. vel prout de iure, per d. l. præscriptione, vbi omnes notant. C. si contra ius &c. vbi præsertim. Placent. & Raphael., secus vero in litteris ad gratias, nam etiam (vt dictum est) si à parte non opponatur, erunt nullę ipso iure. Giurba. cons. 57. num. 22 circa med. lib. 1., & ideo nullam tribuunt iurisdictionẽ, nec circa merita, nec accessoria. Bald. in d. cap. ad audientiam. 2. num. 7. & 11. vbi Abb. Felin. nu. 22. circa med. & alij. de rescript. declara etiam, vt per Abb. dicto cons. 34. part. 2. nu. 5. scilicet quando litteræ accessorie dantur ad gratiam. Burgos. in d. cap. ceterum. num. 100. & 109. de rescript.

6 † Quinta differentia erit, quia rescriptum secundum ad lites subreptitium, ob taciturnitatem primi, sortitur eius effectum, si impetrans illud primum rescriptum, fuerit negligens per annum, ad illud præsentandum, & aduersarius aliud non impetrauerit, per text. in cap. plerumque. & cap. si autem. de rescript. vbi Abb. Felin. & alij. P. Grego. ibi. dicit, annum esse vtilem. D. Menoch. de arbitrar. cap. 204. num. 1. cum sequen. Felin. cap. ceterum. nu. 16. de rescriptis. Vant. in tit. de nullitat. ex deffectu iurisd. deleg. num. 101. Gloris. ad cap. super litteris. numero. 155. circa fin. hoc titulo nostro, vbi addit, quod datur intelligi, hoc rescriptum secundum sic impetratum, valere mero iure, quia si esset nullum per lapsum anni, non reconualesceret, reffragante lege, quod ab initio nullum est.

tractu

tractu temporis non reconualescit, vt in l. quod initio. ff. de reg. iur. vbi Dec. n. 9. & 13. & Din. n. 3. & alii, quod non procedit in litteris gratiosis, quia cum ipsę sint nullę ipso iure, tractu temporis non reconualescunt, vt per Oldrad. cons. 216. nu. 3. Dec. in cap. ceterum. num. 5. circa med. vbi Abb. Felin. & alii hoc. tit., quis autem dicatur negligens in non praesentando rescriptum; hoc Iudicis arbitrio esse relinquendum tradit. Menoch. qui supra de arbitr. d. casu. 204. nu. 4. cent. 3., In hac vero Prouincia, & ex praescripto huius nostrae Constitut. Caesareae de rescript. §. quicunq; de litteris, quę non fuerunt in actis presentatae, & seu in iuditio exhibitae, non est opus de eis facere mentionem, vt ibi, & in iuditio exhibitas &c. scilicet, si illud rescriptum intra mensem non fuerit pręsentatum, vt in dictis Constitutionib. §. Rescripta impetrantes &c. Oldrad. cons. 308 n. 4. per decretum autē Senatus Excell. hoc tempus praesentandi litteras, est redactum ad dies sex iuridicos, vt ex ordinibus anni. 1580. diei 15. Ianuarii, & diei. 2. Augusti. anni. 1616.

7 † Sexta differentia, igitur ea esse potest, quia litterae ad lites intra sex dies iuridicos Iudici causę, parte citata pręsentari debent, alias nullius sunt momenti, sic disponentia memorata Senatus nostri decreta diei 15. Ianuarii anni. 1580. §. impetrantes rescripta &c., vbi additur, à Iudicibus similes litteras non obseruari debere; litterę vero gratiosę, quae per Regem nostrum rescribuntur, vel ēr priuilegia, & gratiae, quae p Excellentiss. Gubernatorem nostrum emanant, intra annum Senatui nostro praesentari debēt, pro earum interinatione, aliter nulla sunt, vt ex Caesar. Constit. in tit. de Senatorib. §. cognoscet ōt Sen. &c. & in tit. de iure, & priuileg. Fisci. cap. littera donorū &c. Sen. Bellon. suo tract. de his quae sunt incōt. lib. 2. cap. 109. n. 3. vbi addit in hoc casu, requiri causę cognitionē, nū preces veritate nitantur, an è re Principis publica sit, & tunc priuilegia, & litterae approbari debere. Rol. cōs. 61. lib. 3. Costa. dist. 7 de re integr. Gasp. Thesaur. qu. forens. lib. 1. qu. 4., Verū de hac interinatione, latius dicemus. suo ppro tit. par. 2. cap. 12. §. 2. de interin. gratiarū.

8 † Septima differentia est, quod in istis litteris ad lites, non conceditur dilatio ad illas presentandum. Bald. in l. in pecuniarius n. 15. ff. de feriis, & dilatio. Cauagnol. ad cens. Menochii. lib. 1. in verbo rescriptū &c. ratio ea est, quia rescriptum debet omnino Iudici praesētari, ad hoc vt sit Iudex deleg., aliter nō posset dicto offitio fungi in dāda dilatione, vel ad aliū actum, per tex. ī cap. is qui. de procurator. lib 6 Bald. in d. l. in pecuniariis. d. nu. 15. post princip. Propterea diligens esse debet in citādo partem ad illas litteras p̄sētandū &c., secus vero in litteris gratię, quę per Excell. Gubernatorem nostrū concedūtur, nam licet fuerit annus elapsus, attamē solet Sen. noster dilationem concedere, ad illas presentandum, & interinationem obtinendum, vt ex ritib. Cancell. einsdem amplis. ordinis pag. mihi. 67.; siquidem .n. cum agatur in gratiosis, decet beneficium Principis esse mansurū, ità vt neq; morte Principis concedentis reuocari possit. Molin. de Hisp. Primog. lib. 2. cap. 7. nu. 62. Boss. de Princip. & priuil. eius. n. 293. Laratba. cons. 2. n. 2. 43. & 46. Mastrell de Magist. lib. 3. cap. 7. n. 58. distinguè tamen, vt p D. Bellon. d. tit. de his. quę incōt. lib. 2. cap. 109. n. 2. in fin.

9 † Octaua differentia oritur, quia in litteris ad lites post secutam sententiam, non valerent litterae, si non fuissēt antea praesentatę, scilicet in termino dierum sex iuridicorū, ad for. decreti Sen. nostri anni 1580. diei 15. Ianuarii, & ann. 1616 diei. 11. Augusti, secus vero in litteris gratię, quę per Excellen. Proregem nostrum emanant, nam licet fuissent pręsentatae post secutam condemnationem, attamē impetrans gaudere, & vti posset dicta gratia, ac si, secuta condemnatio non fuisset, vt ex Senatus nostri consulto. diei 9. Martii. 1595. in lucem edito, & promulgato.

10 † Nona differētia est, quia in litteris Iustitię, potest cognoscere Iudex de subreptione, vt per DD. passim in cap. super litteris, vbi Abb. Felin. & alii, de rescrip. Mar. Antonin. var. resol. lib. 1. resolut. 8. nu. 2. & ante num prim. secus vero in litteris gratiosis à Principe nostro emanatis, & per Senatum deinde interinatis. Boss. in tit. de remediis ex sola Clemen. Principis. nu. 36. per tex. in l. 1. §. si quis vltro ff. de quaest. limita tamen, vt ibi circa fin.

11 † Decima differentia oritur, quia in litteris Iustitiae cognoscit Iudex, vtrum sint litterae contra ius impetratę. P. Grego. in cap. 37. nu. 1. de rescript. lib. 1. & in cap. 5. & 18. nu. 11. lib. 2. eod. tit. vbi addit rescripta contra ius emanata, à Iudice reijcienda esse. Dec. cons 603. num. 2. & 602. n. 17. & 606. nu. 5. secus vero in litteris gratiosis, cum ex mera Principis liberalitate emanent. l. 3. de crimin. Sacrileg. lib. 9. cum ad instar sacrilegii esset. l. sacrilegii instar. vbi DD. C. de diuers. rescriptis lib. 1., nam eo casu non est discutiendum, num fuerint contra ius impetratae, cum adsit clausula non obstantibus &c. l. rescripta vbi Cinus. & alii. C. de precib. imp. afferend. & quae clausula derogare dicitur omnibus his, quae dispositioni obstare possent. Farinac. decis. Rota Rom. 506. nu 5. tomo. 1. part. 1. Mar. Antonin. var. resolut. lib. 1. resol. 46. nu. 7. & 11. Barbosa. de clausulis. clausula. 43. nu. 2. verùm haec clausula, subreptionem non tollit. Alex. Trentacinq; var. resolut. lib. 1. resolut. 5. in tit. de rescript. n. 38. Barbosa. dicta clausula. 43. n. 3.

12 † Vndecima est differentia, quia litterae, quae è Cancell. Senatus nostri emanant; ab Eggregio tantum Secretario subsignantur, vt per Padill. in l. vniuersa. num. 5. vbi Castrens. Salycet. & alii. C. de diuers. rescriptis, secus vero, in litteris gratiosis, quae per Excellentiss. Gubernatorem nostrum emanant, nam eius propria subsignantur manù l. sacri affatus. 6. vbi DD. omnes, & ibi Padill. C. de diuers. rescript. cum etiam subsignentur rescripta ab Imperatoribus, vt plerumque. P. Grego. in cap. 42. nu. 3 lib. 1 de rescriptis.

13 † Duodecima differentia erit, quia litterae ad lites, sigillo paruo muniuntur, & clausę emanant è Cancell. P. Grego. in cap. 2. nu. 13. in fine hoc tit. nostro. secus vero in litteris patentibus gratiosis, quae sigillo magno, & apertę emanant, per tex. in cap. 1. de temp. ordin. in. 6. P. Gregor. loco citato.

14 † Decima tertia differentia est, quoniam in litteris ad lites, partes ipsę possunt in Iudicem cōsentire non suum, litteris non opponendo. l. 2. ff de Iudic. P. Greg. in cap. 31. lib. 2. nu. 7. de rescript. Gratian. discept. forens. cap. 170. n. 23. l. est receptum. 14. ff. de iurisd. omn. iud., secus vero in litteris gratiosis, cum in hoc casu non possit dari titulus ei, qui non habet, neq; ex consensu partium, vt latius, per d. P. Greg. dicto. cap. 31. nu. 7. circa fin. de rescr. Glorit. ad. c. super litteris. nu. 161.

15 † Decima quarta differentia oritur, quia in litteris ad lites, falsitas non praesumitur, cum de facili emanent. P. Greg. in cap. super litteris. nu. 9. in fine, vbi Bald. & DD. de rescript. per. cap. accedens. de crimin. falsi. Farinac. var. quaest. part. 5. quaest. 151. nu. 19. & in tit. de falsitate. qu. 150. nu. 155. & sequentibus, dicit secus in gratiosis, cū in illis potius falsitas p̄sumatur. Leonell. Bartholin. de subrept. qu. 11. art. 6. col. fin. Glorit. d. cap. super litteris. nu. 157. de rescr. Felin. cap. ad audien. 1. nu. 3. eod. tit. nostro.

16 † Decima quinta est differentia, quoniam in huiusmodi litteris Iustitiae, si falsum exprimitur in aliqua parte, litterae non vitiantur in totum. DD. omnes in rubr. huius tit. vbi Barbat. in repetit. col. 13. Glor. in d. cap super litteris. nu 30. in fine, vbi Bald. Abb. Fel. & aly. hoc. tit. nostro. Mascar. de probat. concl. 742. nu. 12. Gramm. cons. 58. n. 19. secus vero in litteris gratiosis. Angel. à Gambilionib. cons. 107 n. 7. cum sint ipso iure nulla. Giurba. cons. 57. n. 22. circa fin. P. Greg. in cap. 50. lib. 1. n. 3. circa. fin. de rescriptis, quod intelligo, quando fuissent per dolum impetratę. Glorit. d. cap. super litteris. nu. 28.

17 † Decima sexta erit differētia, qa in litteris ad lites mēdax pręcator, nō caret poenitus impetrans. P. Grego. d.

cap.50.nn. fin.circa med.lib.1. hoc tit. nostro. Bald. Castrens. & alij in l. præscriptione, & l. & si legibus. C. si contra ius, secus vero in gratiosis. Castrens. in l.2. nu.4. C. si contra ius. per tex. in cap. susceptum. de rescript. in 6. Leonell. de subrept. qu. 4. art.15. P. Grego. dicto cap.50. num.3. post princip. Glorit. in cap. super litteris. nu.232. de rescript.

18 † Decima septima differentia erit, siquidem in litteris istis de Iustitia, non est necesse mentionem facere de principali iure, nec de priuilegio aduersarij, cum per huiusmodi litteras, illud ius partis non lędatur, vt per Innocent. Pont. in cap. cum ordinem. nu. 3. de rescript. vbi Bald. nu.15. Butr. num.6. Abb. Felin. Io. Andr. & alij, secus vero in litteris gratiosis, cum partem lædant. Leonell. de subreptione rescriptorum. quæst.11. art. 6. col. fin. Innocent. loco citato. Verum quando esset causa inductiua concessionis, vel magis moueret Principem ad concedendum, exprimi deberet in illa causa. Glorit. ad cap. super litteris. nu.92. vbi Abb. Felin. & DD. hoc titulo nostro, & in cap. ad aures. eod. tit., declara etiam, vt per Bald. d. cap. cum ordinem. nu. 13. & per Glorit. qui supra. nu.78. & 92.360. vide infra. nu.47.

19 † Decima octaua est differentia, nam litteræ ad lites tribuunt iurisdictionem, etiam si sint subreptitiæ, vt per DD. in d. l. prescriptione. vbi Castrens. Bald. Salyc. & alij. C. si contra ius. Card. Put. decis.240. nu.9 lib.2. Seraphin. decis.513. nu.7. Leonell. qui supra de subreptione. qu. 14. art.9. col.4. in fine Lancellott. de attent. cap. 20. limita.12. nu.13. par.2. cum naturaliter non sint nullæ, vt per eum, in qu. 17. art. 1. col. vlt., cum etiam in dubio, non præsumantur subreptitiæ. Giurba. cons.24. nu. fin. lib.1., secus vero in gratiosis, cum sint nullæ ipso iure. Bald. in cap. ad audien. 2. vbi Abb. Felin. & alij de rescriptum, & in cap. super litteris. eod. tit. Giurba. cons. 57. nu.22. circa fin., etiam si non opponatur. Crau. cons. 68. nu. 2. Giurba. loco. citato, cum nec naturaliter, nec moraliter sint non ens. Leonell. d. qu. 17. art. 1. circa fin. vide. Bald. in d. cap. ad audien. nu. 7., vbi quando accessorie dantur ad gratiam. Burgos. cap. ceterum num.100. de rescript.

20 † Decima nona differentia existit, quoniam litteræ Iustitiæ stricte sunt interpretandæ. cap. significante, vbi glosa, & DD. de rescript. Bero. in dicto. cap. super litteris, in repetitione. nu.7. hoc tit. vbi Glorit. nu.230. in fine, secus vero in litteris gratiosis, quia latissime sunt interpretandæ. Bald. in l. fin. ff. de constit. Princip. Farinac. cons.85. num. 130. Leonell. de subreptione. art. 7. quest. 3. & hoc respectu virtutis extensiuæ, secus vero respectu cōprehensiuæ, quo ad vim verbi, Felin. in rubr. de rescript. nu.7. circa med. vers. ad rationem. Fran. Marc. quæst.68. nu.2. quod intellige, quando in litteris gratiosis, tangitur ius concedentis, tunc enim fit latissima interpretatio, secus si ius aliorum tangeret; nam eo casu strictè fit interpretatio. Bald. loc. citato l.2. §. merito. ff. ne quid in loco publ. Butr. cap. ad audientiam.2. nu.16. de rescript. verum quandoq; istæ litteræ ad lites, sunt latissime interpretandæ, vbi eorum verba hoc patiantur. Felin. d. rubr. nu.7. in fine. Vant. de null. tit. qualiter sentent. qua dicun. null. &c. nu. 65. & latius dicemus infra preludio.11.

21 † Vigesima differentia erit, quoniam per litteras euocatorias ad lites, detrahitur iurisdictioni ordinarię, secus vero per litteras gratiosas. Gomes. in rubr. de rescr. nu.16. circa med. vers. sed huiusmodi sunt rescripta &c. iubeas eum, per glos. in cap.1. & cap. dispendia. eod. tit., quod intelligo, quando per rescriptum delegatorium, causa auocatur; tunc enim dicitur odiosum, & fit iniuria primo Iudici, l. litigatores. ff. de arbitr. Innocen. in cap. ex litteris. de off. deleg. Dec. cons.460. nu. 14. Glorit. in d. cap. super litteris. nu.89. circa med. vbi DD. hoc tit. nostro. de rescript.

22 † Vigesima prima differentia est, siquidem in istis litteris ad lites, semper inesse censetur clausula, si litteræ præsententur. Marc. Anto. Cucch. in instit. iuris Canonic. in tit. de rescript. nu.28. per Felin in dicto. cap. super litteris. num. 7. & in cap. ad audien. hoc tit. Crau. cons. 68. in fine, secus vero in litteris gratiosis. Costa cons.19. nu.24. circa med. vers. Postremo &c., maxime quando huiusmodi Litterę gratiosæ essent generales. Borell. de Reg. Cath. prestant. cap.38. nu.48. secus etiam, si essent particulares, vt ibi per eum, prout sunt litteræ patentes, quæ secundum rei contingentiam præsentari debent. Costa de facti scientia, & ignorant. distinct. 36. cent.2. nu. 21. vbi inquit intimationem litterarum patentium, infra mensem à die impetrationis, fieri debere, vt per Galliam. cons.73. nu. 94.

23 † Vigesima secunda est differentia, siquidem in litteris ad lites, causa finalis Principis, non fundatur in expressione narratorum, sed in lite, quæ est, vel esse speratur. Castrens. & Bald. in l. & si legibus, vbi Barto. Salycet. & alij. C. si cōtra ius, vel. vtil. publ. Glorit. ad cap. super litteris, vbi Bald. Felin. Butr. nu.23. & alij hoc. tit. nostro. quia hoc rescriptum est secūdum ius, gratiosum vero cōtra ius, ideo subreptio respicit formam, in gratiosis vero substantiam, vt per Butr. d. nu.23. de rescript. Secus vero in gratiosis, cum fundetur causa finalis super expressis in precibus. Bald. in l. præscript. num.11. vbi Castrens. & in dicta. l. etsi legibus. C. si contra ius &c. Seraph. decis.775. nu.3. in fine.

24 † Vigesima tertia differentia, oritur ex eo, quia litteræ contentiosæ subreptitiæ, valent de præsenti, cum primordium sit verum. Bald. in cap. ad audien.2. num.7.11. & 12. vbi Felin. & alij de rescriptis. Cardin. Seraphin. dicta decis. 775. num.5., nam rescriptum ad lites, valet mero iure, si non opponatur, licet sit subreptitium. Glorit. d. cap. super litteris. nu.155. Card. Put. decis.240. nu. 9. lib.2., secus vero in litteris gratiosis, nam quando sūt subreptitiæ, cum primordium sit falsum, ergo nullam tribuunt iurisdictionem. Bald. in d. cap. ad audien.2. nu. 7.11. & 12. hoc tit., quia non entis nullæ sunt partes Iudicis. l. eius qui in Prouincia ff. si cert. petat. l. si chorus. ff. de lega.3. Glorit. d. cap. super litteris. ante numerum.156. hoc tit. nostro, quod intellige, quando litteræ essent vnitę cum concessione gratiæ, secus vero si seorsum emanēt, vt per Roman. cons.330. nu.3. cum seq. Bald. in d. cap. ad audien.2. nu.7. de rescript.

25 † Vigesima quarta erit differētia, etenim, clausula si ità est in litteris ad lites, cum subintelligatur, non facit conditionem. Ripa. in cap.2. de rescript. num. 28. Bald. in d. cap. super litteris, vbi omnes. DD. eod. tit. & Glorit. ibidē. nu.146. Camban. de clausulis, clausula si preces &c. per totam, secus vero in gratiosis. Cardin. Seraphin. decis. 989. nu.1. per Paris. cons.82. nu.6. Afflict. decis.355. nu. 3. Barbosa. de clausulis, clausula.89. nu. 3. Verall. decis. 125. nu.2. par.1. vbi inquit hanc clausulam, si est ità, inducere formam in gratia, & licet conditio esset resolutiua, attamen non impedit rescriptum esse purum, neq; illud suspendit, sed tantum resoluitur, vbi dicta conditio non purificetur. Giurba. cons.81. n.8. Castrens. cōs. 451. lib.1. Paris. cons.92. nu. 22. lib.3., nam aut statim valet, si res ità se habet, aut statim gratia est ipso iure nulla. Cardin. Seraph. decis.775. num. 3. circa fin. Affl. d. decis.355. nu.3. & latius diximus suo proprio titulo, de clausula si preces, cap.32. par.2. Verum suspenditur effectus, donec narrata verificentur. P. Greg. cap.2. nu.9. lib.2. de rescriptis.

26 † Vigesima quinta est differentia, quoniam in his litteris Iustitiæ, semper intelligitur clausula, vocatis, vocandis, secus vero in gratiosis, vt per Leonell. Bartolin. suo tract. de subreptione &c. quæst.11. art.6. col.3. in fine. per tex. in l. de vnoquoq; & ibi. Bart. Bald. Salyc. Fulgos. & alij ff. de re Iud. maximè, cum huiusmodi rescripta ad lites, emanent sine causæ cognitione. & sic vocandi sunt illi, quorum interest. P. Grego. Tholosan. in cap.51. lib.1.

lib.1.de rescriptis. numero secundo.

27 † Vigesima sexta erit differentia, quoniam in his litteris Iustitiæ, minus quis grauari dicitur, cum dicantur esse modici præiuditij, Dec. Bald. & aly.in rubr. huius tit.nostri. Crau.cons.46.nu.12.Glorit.d. cap.super litteris. num. 158. hoc tit. secus vero in gratiosis. Leonell.de subreptione rescriptorum.quæst.11.art.6.col.3. circa fin., vbi addit, per rescripta ad lites, proprium esse, reddere vnicuique, quod suum est. l. Iustitia. ff. de Iust. & iur. & sic vnum facilius corruit quā aliud. Glorit. qui supra. num. 159.

28 † Vigesima septima differentia existit, quia litteræ ad lites, exequi non possunt, nisi parte vocata, tum ex præscripto Cæsae. Constit. Mediol. hoc titulo. §. rescripta impetrantes; tum ex iure communi, per tex. in d. cap. super litteris, vbi Glorit. Abb. Felin. Bero. & aly. hoc tit. nostro. P.Grego d.cap. 51. nu.2. de rescript. lib.1., secus vero in litteris gratiosis. Alciatus. cons.15. lib 5. nu.14. prout quando impetrantur dispensationes, in causis contractuum fiendorum, cum similibus &c.

29 † Vigesima octaua est differentia, siquidem litteræ Iustitiæ, recipiunt diuersam formam cognoscendi, cum illa sit aliquando communis, aliquando specifica, per tex.in dicto.cap. super litteris. vbi Abb. Bero. & aly. hoc titulo, & ibidem Glorit. notat., at secus est in litteris ad gratiam, vt per Leonell.de subreptione &c. qu.11.art.6. col.2.cum sequ.

30 † Vigesima nona oritur differentia, quoniam litteræ Iustitiæ, ante illarum expeditionem, non suffragantur. Bald. in .l. 1. num. 3. C.vt lite.pendente. Mandos. super regul.Cancell. qu.3. vbi Gomes. & alij, sub tit. & regul. de non Iudicando iuxta for. supplicationis, sed litterarum, quia Delegatus commissionem eius, pre manibus habere debet, per tex.in cap. pastoralis. §.fin. de rescript. & illam ostendere debet. Senat. Bellon. suo tract. de his qua incontin. &c.lib.2.cap.110.num.2., at secus in litteris ad gratias, illę etenim, per verbum fiat, dicũtur perfectæ, quia in eis sola voluntas Principis sufficit. P.Greger.cap.44. nu.2. & 11. lib.1. de rescript. Leonell.de subreptione &c.quæst.3. art.13.col.2., quod intellige hoc procedere, quo ad substantiam gratiæ, secus vero quo ad probationem. Leonell. qui supra. d. quæst.3. art. 13. col.2. Cardin. Seraphin.decis.775.nu.2., siquidem probatio iuris impetran, non ex bulla, seu litteris perfectis, sed ex signatura accipi dicitur. Bursgar. cons. 49. P. Grego d.cap.44.nu.8. lib.1.de rescript.

31 † Trigesima differentia est, quia per litteras ad lites, acquiritur possessio, licet litteræ sint nullæ, seu subreptitię. Mastrill. decis.253. nu.12. Ludouis. Pout.decis.194. nu.23. si contra eas non fuit oppositum de subreptione, nec fuit appellatum, tunc enim sententia transiret in iudicatum. Glorit.ad cap.super litteris.nu.146. circa med. vers. & Ideo si fuit &c. de rescriptis, & sic transferretur corporalis possessio in alium, per tex.in .l. possessionē pupillum, & ibi not. DD. ff. de acqu. possess., secus vero per litteras gratiosas, nam per subreptionem, dicuntur ipso iure nulle, & sic per eas nulla acquiritur possessio. P.Grego.in dicto. cap.44.nu 9. circa fin.de rescript. lib.1. cum etiam in beneficialibus, & gratiosis, rescriptũ gratiosum, non causat titulum ad præscribendum. Bald. cons.400. in fine.vol.5. Crauet. cons.68. num.13. vol.1. Glorit.d.cap.super litteris.nu.163.circa med. hoc.tit. nostro. quia non entis nullæ sunt partes. l. eius qui in Prouincia.ff.si cert.petat., & sic non acquirit titulum, cum huiusmodi litteræ sint ipso iure nulle. Gomez. in regul.de triennal. possessione quæst.26. & 42. Glorit. dicto. nu. 163.

32 † Trigesima prima, desumitur differentia, quoniam litterę ad lites subreptitiæ, non sint nullæ naturaliter, secus vero moraliter. Leonell.de subreptione &c. qu. 14. art. 9. col.4. in fine.& quæst.17. circa fin. art. 1., secus vero in litteris gratiosis. cum nec naturaliter, nec moraliter, sint non ens, vt per eundē, Leonell.d.qu.17.art.1. col.fin.circa med.

33 † Trigesima secunda existit differentia, ex eo, quia in litteris Iustitiæ, Princeps illas concedendo, respectu meritorum causæ, neminem dicitur lædere, secus vero in emanando litteras gratiosas. Leonell. de subreptione rescriptorum.quæst.11.art.6.col.fin. per Io. Andream. in cap.super eo.de cohabitat. Clericorum. Bald.in .l. 1. C.de diuers. rescript., & sic debet magis vitiari per subreptionem, rescriptum gratiosum, quam rescriptum Iustitiæ. Glorit.d.cap.super litteris.nu.158.& sequen., vbi nu. 160. addit rescriptum de Iustitia, expirare, re integra, morte concedentis, secus vero in litteris gratiosis, per tex.in cap.si cui. in.1.respons.de prabend. in.6. Feder. de Senis cons. 78. & 197. col. 2., nam rescriptum Iustitiæ, emanat secundum ius, & vt vnicuique tribuatur, quod suum est. Leonell.de subrept. quæst. 11. art. 6. col.3., at secus in gratiosis, cum per eas rellaxetur ius commune, vt plerumque. Bald.in .l. fin., vbi Bart. Castr. & aly.C. sent.rescind.non poss.

34 Trigesima tertia differentia erit, quandoquidem, huiusmodi litteræ ad lites, fundantur, super Iustitia inter partes fienda, per tex. in .l. præscriptione, vbi Castrens. Salycet.& aly.C.si contra ius, & in cap.pastoralis.hoc titulo nostro. Glorit.d. cap.super litteris. nu. 1. de rescript. at secus in litteris gratiosis, quæ non fundantur super Iustitia, vt in specie trad. Abb.in cap.postulasti. nu.3.in fine. vers.sed littera gratia &c.eod.tit. Leonell.de subreptione.d.qu.11.art.6.col.3. in fine.

35 † Trigesima quarta insurgit differentia, cum in litteris Iustitię, possint partes renũciare formę in eis traditę, secus vero in litteris gratiæ, vti odiosis. Gallarat. de renunciat.tomo.2.renunc.10. num. 11. in fine.centur. 1.per Ruin.in .l.nemo potest.ff.delegat.1.nu.8. Episcop. Gomes. in cap.1.de rescript. nu.55.& sequ., verum.nu.59., concludit, vt vbi agitur de consensu tacito, partes non posse renũciare, secus vero, si de expresso, quando scilicet esset inducta forma, fauore renunciantis, vt ibi per eum, putà in rescripto ad lites, quando mandat Princeps, vt sumariè procedatur, tunc huic formæ procedendi sumariè, poterunt partes renũciare, vt per Glorit.ad cap.super litteris.nu.72.& sequen., cum sit accidentalis, & priuato fauore inducta, secus vero, quando ius publicum concerneret. per d. l. nemo potest. ff. de lega.1. Glorit. ibi d. cap.super litteris; nu.73. possunt etiam renunciare præsentationi litterarum. Gratian.discept. forens. cap.170. nu.23.par.1.

36 † Trigesima quinta desumitur differentia, in litteris namq; Iustitiæ, quando agitur de aliquo præiuditio partis, tunc pars omnino erit vocanda, fieri enim solet decretum, vt scilicet (preces intimētur parti) Bald. in rubr.huius tit.nu.8.circa fin. Barbat.cons.33.col.2. & cons. 43.col.23.par.1. Leonell.de subreptione rescriptorum. qu. 6.art.1. col.2.& 3. Verũ, quando in litteris ẽt gratiosis. scilicet in dispensationibus, quando agitur de magno præiuditio, tunc etiam intimãtur preces, prout in derogatione fideicommissi, & similibus, per Rebuff. in tit. de litteris obligat.glos.vnic.art.12.nu.7.tom.1.super Const. Regni.

37 † Trigesima sexta differentia est, quoniam litterę ad lites, dant solum Iudicem, litterę vero ad gratiam, tribuunt ius, vltra Iudicem. Io. Andr.in cap.si is lib.6.nu.3.circa med. de filys Presbyter.in nouell. Cardin. Imola, & aly.in cap.ad audien. vbi Felin.in fine de rescr. Glorit.in d.cap. super litteris.nu.158.post princip.eod tit. nostro. Barth.Socin.cons.269.n.8.lib.2., verùm intellige, rescripta ad lites, non tribuere aliquod ius, scilicet respectu meritorum causæ, secus vero respectu ordinatorij Iuditij, (prout de litteris summarijs,) quæ dilationes minuunt. Leonell. de subreptione &c.quæst.3.art.5.col.3 circa fin. vbi addit rescriptum, aliquando tribuere aliquod ius decisorium, & aliquando ordinatorium, & sic

al:-

aliquando in re, aliquando ad rem, vt per eum. *d. col. vlt. in fine. art. 5. q. 3.*

38 † Trigesima septima erit differentia, siquidem litteræ Iustitiæ æquiparantur contractibus stricti iuris, litteræ vero ad gratias æquiparantur contractibus bonæ fidei, vt in specie trad. *Io. Andr. in dicto. cap. si is nu. 3. lib. 6. de filiis Presbyterorum, & in cap. ex parte. de rescript. idem. not. Camban de clausulis. in clausula si ita tibi constiterit. nu. fin. circa fin. P. Rebuff. ad Const. Regn. Galliæ tomo. 2. hoc. tit. Butr. cap. ad audien. 2. n. 16. de rescriptis. Roman. cons. 348. nu. 5. Bald. cap. inter cæteras. nu. 4. in fine. de rescriptis.*

39 † Trigesima octaua est differentia, quia litteræ Iustitiæ, quando falsificantur, mitius punitur falsarius, & minori pœna; secus in gratiosis, quia pœna mortis punitur. *Farinac. suo tract. var. quæst. par. 5. qu. 151. nu. 17. & 18. l. maiorē, vbi Salyc. C. de falsis. Afflict. decis. 1. n. 1. Clar. sua prax. crim. §. falsum, vbi Baiardus, & alii addentes. vers. sunt, & alii casus &c. Plot. cons. 95. nu. 15. idem Afflict. decis. 404. nu. 18.* inquit in hoc rescripto ad lites & causas, non esse imponenda hæc pœna mortis, cum per illud non inferatur tantum præiuditium, *per Io. Fabr. in §. item lex Iulia, instit. de publ. iud.*; vbi post distinctionē suam inquit, posse dici generaliter, quod hæc pœna sit arbitraria, & imponatur maior, quando maius est delictum, & minor, quando minus. *cap. accedens. de crim. falsi. l. diuus. ff. eod. Plot. cons. 95. numero. 20. lib. 1.* vbi inquit requiri, quod dolo falsificauerit, ea propter vtens tantum falsa scriptura, non debet tantū puniri, sicut fabricās, vel fabricari procurans, & ea vsus fuerit, alias secus. *Afflict. d. decis. 404. num. 18. in fine, & 19.*, Cum etiam rasura in litteris Iustitiæ præsumatur facta ab Officiali Cancellariæ. *Hostiens. in summa de crim falsi. §. porro &c. Afflict. d. decis. 404. nu. 12.*, prout etiam ille, qui vtitur falso rescripto, potest pœnitere intra: 20. dies, *vt per Afflict. dicta. decis. 21. num. 2. circa med. per Hostiensem ibi relatum,* & ità declarari possunt. *N. Constit. huius dominii. lib. 4. tit. de pœnis. cap. 1.*, vbi falsificans litteras Principis, vel Senatus, igne comburatur, ità quod moriatur, quæ Constitutio, cum sit exorbitans à Iure communi, non extenditur ad casū, vbi est maior, vel minor ratio. *auth. quas actiones. C. de sacros. Ecclesiis,* nec potest fieri extensio de casu ad casū. *Afflict. d. decis. 21. num. 7. & 5. & num. 9.*, vbi in fine inquit, ad hoc vt habeat locum pœna huius Constitutionis, requiri, quod delictum sit consumatū; ideo non se extendere, neq; ad casum fictum, *vt ibi num. 10. per Bartol. & alios ibi relatos*, cum etiam hæc pœna sit arbitraria, quando falsitas alicui nocere non potest, vel quod, quid minimum nocere potuit. *D. Menoch. de arbitr. Iud. casu 306. nu. 23. & 30. centur. 4. D. Boss. in tit. de falsis. n. 83., & in tit. de deffensionibus. reorum. nu. 70. vide infra nu. 45. Plot. cons. 95. num. 20. & seq.*, vbi inquit, dolum requiri, in falsificante, aliter quod hæc Mediol. Constitutio non procedit.

40 † Trigesima nona est differentia, quandoquidem litteræ de Iustitia Principis, & eius ædicta, sont obseruanda per successorem, secus vero in gratiosis, & priuilegijs, tunc enim per successorem, possunt reuocari. *Alberic. in l. digna vox. nu. 5. C. de legib. & constit. Costa de re integra. distinct. 7. nu. 1. Alba. cons. 292. num. 28. lib. 2. Paseh. cons. 18. nu. 8. Borell. cons. 1. num. 209.*, verum hoc intelligerem procedere, iusta causa subsistente, vel nisi priuilegium effectum suum esset consecutum, *per tex. in cap. si is cui. de preb. in 6. Alberic. nō dissentit in C. de nouo Cod. confirmando. §. si qua vero &c. Costa de re integra. dist. 8. nu. 5. per Castrens. cōs. 220. lib. 1. col. vlt. Boer. decis. 346. nu. 1. circa med. vide Afflict. decis. 128. per totam.* Quandoq; enim rescripta reuocantur, si ceperint esse in noxam, vel damnum alterius, *per tex. in cap. ex multiplici, & cap. suggestum de decimis. P. Grego. in cap. 2. lib. 1. nu. 25. circa med. de rescr. Marchesan. de commissio. in tit. de commissio. aperitio. oris. nu. 37.* & latius alibi diximus.

41 † Quadragesima erit differentia, quia per litteras ad lites subreptitias, iurisdictio Iudicis delegati dicitur nasci, & incohari à die præsentationis, cum primordium sit verum, secus vero in litteris gratiosis, *vt per Bald. in cap. ad audientiam. 2. num. 11. vbi Abb. Felin. & alij de rescript.*

42 † Quadragesima prima est differentia, litteræ enim contentiosæ ad lites, emanant secundum ius commune. *Burgos. in. cap. 1. de rescript. nu. 94. & 95.*, *vbi Mandos. Gomes. & alij, idem Burgos. in cap. 1. nu. 72. de constitut. tom. 2. in repeten. canonicus. Molian. in rubr. huius. tit. nostri. nu. 27. vbi Mandos. nu. 17. Moneta. de commutat. vlt. volunt. cap. 8. nu. 513. Farinac. cons. 156. nu. 32. lib. 2.* secus vero in litteris gratiosis, cum emanent contra ius, & iuris cōmunis relaxationē. *Bald. in l. fin. ff. de constit. Prin. Mariscott. in cap. licet. nu. 187. de constit. Mandos. in rubr. huius. tit. num. 17. & 18.* nam licet sint contra ios, attamen vocatur rescriptum. *Rebuff. ad Const. Galliæ, tomo. 2. in præfat. de rescript. nu. 13.*, & tunc dicitur gratiosum, *vt per Glorit. ad cap. super litteris. nu. 2. cum seq. eod. tit. nostro,* vbi addit circa med., rescriptum gratiosum, aliquando continere dispensationem, per quam iuris communis fit relaxatio. *vt dicto n. 2. vers. aliquando &c.*

43 † Quadragesima secunda, oritur differentia ex eo, quoniam litteræ Iustitiæ, de facili conceduntur; cum emanent ad iuris communis obseruantiam, *vt per Dec. Ripam. Mandos. Gomes. & alios. in rubr. huius. tit. nostri. Bald. in cap. super litteris. num. 14. & 15. circa med. vbi Glorit. num. 158. & 159. de rescriptis,* secus vero ad gratias, cum ipsæ partem lędant, *vt per Leonell. de subreptione rescriptorum. quęst. 11. art. 6. col. fin.*

44 † Quadragesima tertia est differentia, nam subreptio in litteris Iustitiæ, procedit solum dilatoriè, in gratiosis vero dilatoriè, & perhemptoriè. *Abb. in cap. cōstitutus. nu. 10. circa med. vers. & dic clarius &c. de rescript., vbi Felin. Bero. Gloritius. Barbos.*, & alij, scilicet dilatoriè, quia si litteræ non valent, executor non recipit iurisdictionem, *vt in cap. ad audientiam. 2. hoc. tit.* perhemptoriè scilicet, contra gratiam, vsq; ad sententiam, sicut in alijs perhemptorijs, vt latius per eundem. *Abb. d. n. 10. circa. med. hoc. tit., vbi Butr. Imola. Beroius. & alii. scribentes notant &c. Rebuff. ad Constitut. Galliæ. tom. 2. in prefat. de rescript. num. 138. Staphil. de litteris gratiæ. & Iustitia fol. 150. a tergo,* quod intelligo, quando emanāt litteræ iurisdictionales, vna cum concessione gratiæ, nam eo casu per subreptionem cessante gratia, cessat & Iudicis datio, cum sit accessoria ad gratiam, & ideo non mirum si dupliciter in hoc casu de subreptione opponi possit. *Roman. cons. 330. nu. 4. Felin. Abb. & alii. in dicto. cap. constitutus. & cap. ad audientiam. 2. de rescript*; Et de his litteris diximus latius, in titulo de litteris mixtis. pręlud. vltimo, vbi videas &c.

45 † Quadragesima quarta oritur differentia, nam in litteris Iustitiæ, rasura indicatur, sicut de rasura alicuius instrumenti, in litteris vero gratiosis, dicitur esse pœna mortis. *Afflict. d. decis. 404. nu. 4. & nu. 15. per Innocent. in cap. ex litteris, & ibid. Io. Andr. & alii. de fide Instrumentorum. Plot. cons. 95. num. 15. Salyc. in l. maiorem. C. ad leg. Cor. de falsis,* secus vero in gratiosis, *per cap. accedens. de crimin. falsi,* quod intellige, modo scienter vsus fuerit falso rescripto, & talis rasura admodum nocuit, *vt per eundem Afflict. d. decis. 404. nu. 17. circa med.*, scilicet pœna capitali, posset puniri, quando falsum esset valde graue, & in dispositiuis à Principe, non in narratiua facti, & in re leui, *vt ibi dicto. n. 17. in fine. et nu. 5. Plot. d. cons. 95. nu. 14.* secus vero si non fuit vsus, nec alicui noceret, nam eò casù pęna esset arbitraria, *vt idem Afflict. concludit. dicta decis. 404. nu. 18. in fine, & nu. 19. Menoch. de arbitrar. Iud. casu. 306. nu. 23. & 30.*

ecnt.

cent.4. & in litteris ad lites, rasura non vitiat in loco nõ suspecto, Bald. in cap. ex litteris. de Fid. Instrum nu.2. & 3. & ita interpretari, & adaptari poterũt ad memoratas. Cæsar. Const. de pœnis cap.1. Quicumque &c. nam ibi licet imponatur pęna ignis, attamen erit casus limitandus, iuxta declarationes vt supra allegatas, ac etiam secundum declarationem Plot. d. cons. 95. num. 18. lib. 1. & num. 20. & 21. & ibi etiam declaratur hæc Const. de pęnis cap.1. vide etiam supra num. 39.

46 † Quadragesima quinta desumitur differẽtia, ex eo, quod in litteris ad lites, non procedit argumentum à contrario sensu, scilicet & vbi preces vere non sint, non est Iudex delegatus, vel nullam litteræ tribuunt iurisdictionem. Bald. in l. præscript. num. 8. & num. 5. in fine, C. si contra Ius, vbi Castrens. & alij; secus vero ad gratias, cum argumentum à contrario sensu procedat tantum, ratione causæ finalis. Bald. in l. Conuenticulam. nu. 1. C. de Episcopis, & Clericis. Tiraq. cons. cessante. limit. 1. num. 8. & causa finalis Principis in litteris gratiosis, est expressio narratorum, & sic veris non existentibus narratis, litteræ nullæ ipso iure remanent. Angel. de Aretio. in l. si expressim. num. 18. de appellation. Castrens. in d. l. præscript., vbi Bald. num. 8. & 11. & in l. & si legibus. C. si contra Ius &c. Afflict. decis. 355. num. 3. & seq. nam in his litteris ad lites, causa finalis non est expressio narratorum, sed lis, & controuersia. Castrens. in d. l. & si legib. circa med., vbi DD. omnes notant &c. nam hæc clausula si preces &c. in his litteris gratiosis, & priuilegijs. respicit substantiam litterarum, non autem modum, vel formam procedendi, sed in rescriptis ad lites, non respicit substantiam rescripti, sed effectum eius, Iacob. Butrig. in dict. l. præscript. vbi Baldus num. 11. circa med. vers. ratio differentię &c. C. si contra ius &c. Camban. tract. de clausul. in clausula si preces n. 4. & sequen. vide supra num. 23. & infra num. 54.

47 † Quadragesima sexta, est differentia, nam exceptio perhemptoria in litteris ad lites, opponi non potest per viam subreptionis, secus vero in litteris gratiosis, vt per Cardin. Seraphin. decis. 451. nu. 25. per Cardin. cons. 93. col. 1. Felin in cap. Postulasti. num. 6. vbi Abbas, Baldus, & DD. de rescript. & in cap. cum ordinem. num. 15. & in cap. super litteris, vbi Bero. & Glorit. num. 76. & 77. vbi hoc declarat. & ibi Barbosa, & alij eod. tit. nostro, Ripa in cap. 2. de rescriptis. num. 104. limita vt per Gloritium loco. cit. nu. 78. & 92. & vide infra nu. 18.

48 † Quadragesima septima, est differentia, si quidem in litteris Iustitiæ, ius accrescendi non procedit; secus vero in litteris gratiosis. Episcopus Gomes. in rubr. de rescriptis. num. 9. vbi Mandos. Burgos. Capra, Crott., & alij notãt. Iason. in l. re coniuncti. in 2. col. de lega. 3. cap. cum. de non Sacerdotali. de prabend. in 6.

49 † Quadragesima octaua erit differentia, quia in litteris ad lites, subreptio opponitur formæ, & substantiæ, in gratiosis vero subreptio est tantum inductiua substantiæ, non autem formæ. Zocchus. in dicto cap. super litteris. num. 37. & ibi Butrius. num. 23. & 27. circa med. vbi Bald. Bero. Dec. & alij. de rescriptis; nam hæc substantia, vocatur iurisdictio, quæ datur delegato, vt inquit Abb. in d. cap. super litteris. vbi Zocch. num. 4. Butr. num. 25. in fine. hoc titulo, vbi inquit formam, hoc loco dare Iudicẽ; qui Iustitiã administret, non in gratiosis, Ideo in litteris gratiosis respectu subreptionis, vitiatur iurisdictio Iudicis, secus vero, quando agitur de subreptione in litteris ad lites, cũ ipsæ tribuant iurisdictioné delegato, Cardin. Put. decis. 40. nu. 9. lib. 2. In tantum, quod si Iudex non obstante subreptione opposita pronunciet, valet sententia, & transiret in iudicatum. Abb. in cap. cæterum n. 9. vbi Felin. & alij de rescriptis. Marches. de cõmissio. parte 3. cap. 5. §. 5. nu. 30. tit. de cõmissio. nullit. secus in gratiosis, Gloritius. in d. cap. super litteris, num. 146. circa med., vbi Bald. Felin. & alij. hoc titulo nostro, cum etiam hæc clausula si preces &c. & subreptio in litteris gratiosis respiciat substantiam, non autem formam, secus in litteris ad lites. Bald. in d. l. præscriptione. num. 11. circa med. C. si contra ius &c. vbi Castrens. Salicet. & alij, quod intelligo, quando iurisdictio datur, vna cum concessione gratiæ; nam eo casu quando gratia est subreptitia, tunc & Iudicis datio, est ipso iure nulla, & nullam tribuit iurisdictionẽ, Roman. cons. 430. num. 3. Bald. d. cap. ad audientiam 2. de rescript. num. 7. Abb. in d. cap. cæterum. num. 5. vbi Burgos. numer. 100. & 109. eod. tit. nostro., & hanc limitationem intellige procedere, quotiescumque dicitur per litteras subreptitias, nullam tribui iurisdictionem delegato, de qua re, in hoc tractatu sæpius egimus. Abb. cons. 14. par. 2. num. 5. & in d. cap. ad audientiam 2. vbi Felin. & alij notant &c. Si quidem in litteris Iustitiæ, subreptio non elidit iurisdictionem, quominus Iudex secundum tramitem Iustitiæ procedere possit, sed tantum impedit formam, Bald. d. l. præscript. num. 4. circa finem vers. respondetur, & num. 17. vbi DD. C. si contra ius, secus vero in litteris gratiosis, quia tunc subreptio respicit substantiam, & iurisdictionem, vt idem Bald not. ibidem num. 10. & 11. circa med. & nu. 17., vbi vide exempla &c. ratio ea est, quoniam rescriptum gratiosum emanat contra ius; ideo subreptio respicit substãtiam, ad lites vero est secũdum ius; Ideo firma remanet substantia, & vitiatur forma, Butr. d. c. super litteris n. 23.

50 † Quadragesima nona existit differentia in eo, quoniam litteras Iustitię falso fabricans, non punitur, si illis vsus non fuerit, Boer. decis. 82. nu. 5. secus vero in litteris gratiosis. Farinac. in tract. suo de falsitate, & simulatione. quæst. 150. num. 156. & in tract. var. quæst. par. 5. quæst. 151. num. 18. cum sequen., & sic requiritur quod vsus fuerit, vt per eum d. quæst & quæst. 151. n. 30. & 96. Ideo habita scientia debet desistere, vt ibi n. 20. vtens vero falsis litteris inferioris, non pęna mortis, sed ferro bullatur, in exiliumque mittitur, Farinac. d. tomo 5. var. quæst. d. quæst. 151. nu. 91. & sic mitius punitur, Plot. cons. 95. num. 18. & seq. lib. 1. Ideo Mediol. Const. tit. de pœnis cap. 1. declaratur.

51 † Quinquagesima erit differentia, si quidem vtens falsis litteris Iustitię, ignoranter, non punitur, secus vero in litteris gratiosis, vel etiã apostolicis. Farinac. d. tract. de falsitate d. quæst. 50. num. 83. & num 90. 93. & 96., nam etiam in rescriptis adest dolus, vel malitia ex proposito, & dolus re ipsa, & sic quando ignoranter, tunc dicitur re ipsa, & non ex proposito, vt latius per Mandos. in cap super litteris, num. 18. cum sequen., vbi Beroius. & alij. de rescriptis, & ibi Barbosa, Burgos. Crott. & alij notant. Plot d. cto cons. 95. per totum, & ità etiam declaratur d. Const. Mediol. tit de pęnis §. 1.

52 † Quinquagesima prima est differentia, litterę enim ad lites à die datę, habent iurisdictionem habitũ, sed non actũ, & quod fit ante pręsentationem, nullũ erit, Innocent. in Margarita Bald in verbo Littera. circa med. per tex. in l. cũ furiosus. ff. de iudic. Gratia. discept. forens. cap. 170. num 20. lib. 1. Vant. de nullit. in titulo de nullit. ex deffectu iurisd. delegata. num. 24., secus vero in litteris gratiosis. Bald. in l. sub conditione. num. 13. C. de condict. indebiti, cum in illo actu, etiam per verbũ n fiat; sit ius parti acquisitum, licet litterę non fuerint præsentatæ, Bald. in l. beneficium num. 15. ff. de Constit. Princip. Laratha. cons. 2. & 43. & 46. Menoch. consil. 1193. Mar. Antonin. var. resolut. lib. 1. resol. 74. num. 9. Fachin. controuers. iuris cap 100. Rot Roman. in nouiss. par. 1. decis 47 num. 15. Costa cons. 19. num. 8. & in tract. de re integra. distinctione 7. & sequen. vide supra nu. 30. & infra num. 109.

53 † Quinquagesima secunda est differentia, quoniam in litteris ad lites fundare sufficit in aliqua causa, quæ sit vera, Bald. in l. præscript. num 28. C. si contra ius, Roman. cons. 369. num. 37. Plot. cons. 29. num. 2. Grammatic. cons. 58. num. 19., secus vero in litteris gratiosis. Plot.

d. cons.

d.cons.29 num.1. Lapus. alleg.23.num. 6. vbi Mandos. in apostill. colum. fin. & per Acoramb. decis. 17. de rescr. cum et in litteris gratiosis, quælibet subreptio vitiet, vt per *Costam de facti. scientia, & ignorantia. distinct. 15.num.3.centur.1.*; secus vero ad lites. *idem Costa, qui supra. reg.2.num.9. Ang. à Gambilionib. cons.107.nu.7*; verùm intellige, quando illa subreptio in gratiosis, moueret Principem ad litteras concedendum. *Rota decis. 70.de rescriptis. in antiq. Rum.cons.158.num.26.lib.pri. Bertazol.cons.478.in additione, in littera E. vol.2. circa med.*, & itá intelligo. *Giurbam cons.24. & cons.57.nu. 30.lib.1. declar. vt per Seraph.decis.1174.num.6.*

54 † Quinquagesima tertia oritur differentia, à cessante causa, siquidem in istis litteris ad lites, cessante causa expressorum in precibus, non cessat effectus rescripti, *per tex.in cap.1.& 2.25.quæst.2. Leonell.de subreptione. quæst.16.art.6.in princ.*, nam causa finalis Principis nõ fundatur in expressione narratorum, sed in lite, *Castrens.in l.& si legibus., vbi DD. C.si contra ius.* Cum causa propriè dicatur, quæ finalis est. *Tiraquell. causa. cessante &c. limitatione prima.num.5., vbi num.6.circa med.* addit, causam finalem, substantiam dici, ea propter argumentum à causa finali sumi, non ex impulsiua, *Bald.in l. conuenticulam.num.1.& sequen., vbi Salycet., & aliy. C.de Episcopis. & Clericis*; Secus vero in litteris gratiosis, cum in eis causa finalis, sit expressio narratorum, *vt per Castrens. d.l.& si legibus. & supra num.23.*, & sic cessante causa gratiæ, cessat & ipsa gratia, *Abbas.d.cap. super litteris nu.2.in fine. Paris consil. 169.num.13.& cons.51.num.32.lib.4. Tiraquell. d.tit. causa cessante, prima parte. num.226. vbi in limitatione prima. num.1.* declarat, hoc procedere in causa finali, quam Græci [illegible] *αἰτίαν appellitãt, non etiam impulsiua. l.2.§.vlt.ff.de donationibus. Leonell.de subreptione d.qu.16.art.6.col.2.circa fin. Glorit. d. cap.super litteris nu.145.circa med. vide Henric.Boich.in cap.& si Christus. de iure iurando. Menoch. de arbitr. Iud. casu. 201. nu.22.* fallit tamen quando in litteris ad lites subreptio esset causa inductiua concessionis. *Glorit.loc.citat.n.78.*

55 † Quinquagesima quarta est differentia, quoniam in rescriptis gratiosis, etiam causa impulsiua vitiat litteras, *vt per Costã. de facti scientia. distinctione 15.centur.1.numero.3. circa medium*, quia Princeps, alias sine causa concessisset, sed non itá de leui. *Abbas, Felin. Bald.& aliy.in cap Postulasti. de rescriptis. Tiraquell.d.tract.causa cessante cessat effectus.num. 11.12.& sequen.limitatione prima*; Secus vero in litteris ad lites, cum in illis non vitiet quælibet subreptio, sed tantum quæ fuit causa inductiua, & finalis, rescriptum concedendi. *Glorit.in cap super litteris.n.53.54., vbi Felin. Abb. Berouus, & aly de rescriptis*, scilicet opposita subreptione, & probata, *Gloritius num.8.in fine.* secus autem in gratiosis. *Glorit.qui supra nu.156.in fine. Marta de clausulis. clausula 71.nu.5.& 7.Barbosa eod.tit.clausula 97. num.7.Giurba cons.57. nu.22.& 30.* cùm etiam si non opponatur sit nullum. *Crau. cons.68.nu.2. Giurba dicto num. 22.*

56 † Quinquagesima quinta differentia existit, quoniam in litteris gratiosis non fit extensio de casu ad casum, secus ad lites. *Glorit. d. cap.super litteris. num.226. per tex.in cap susceptum. de rescriptis in 6., & in cap. cut. de prabend.eod.lib.*, cum se extendat ad expensas. *Berg. decis.14.de Ind. vide infra num.71.* prout etiam hæc ad gratias facilius irritantur, quam ad lites, vt per eundem *Glorit.d. num.226. circa med.* sicut etiam in litteris gratiosis, facilius falsitas, & dolus præsumitur, quam ad lites, *vt ibi. nu.228.circa med.*, & licet in gratiosis, non fiat extensio, de casu ad casum; tamen id intelligitur, quando gratia est taxata ad certum casum, cum dispositio taxatiua restringatur ad casum taxatum, & casus alios excludit. *Glorit. qui supra num.229.*

57 † Quinquagesima sexta est differentia, nam in litteris gratiosis, consensus partis non proficit, quando litteræ sunt subreptitiæ, cum rescriptum sit nullum ipso iure: & propterea nnn conualidatur consensu partium, *vt per Glorit.d.cap.super litteris nu.161. Paris. cons.49. num.28.lib.4. Butr. in cap.cum olim., vbi Abb.& DD. de re iudic.*, siquidem, quod nullum est, tractu temporis non conualescit. *l.quod ab initio. ff.de reg.iuris*; secus vero in litteris Iustitiæ, cũ habeãt primordiũ veritatis, & mero iure valeant, licet sint subreptitiæ. *Bald. Castrens. & aliy. in l.præscriptione C. si contra ius. Glorit. d.cap.super litteris. num.161.in fine. Bald.ibi. & in cap. ad audien.2. hoc titulo, vbi Felin. Abb.& aliy. Melis.in suo aureo. Repertorio, in verbo gratia. §.95. post Geminianum &c.*; & licet ista differentia fuerit etiam adnotata *per eundem Rebuffum hoc tit.de differen. rescrip.gratia, & iustitia num. 12.& 13.*, attamen cum sæpius in iudicio, de illa contingat disceptari. *vt per Glorit. d. num.161.& per Gratian.discept.forens.lib.1.cap.170.n. 25.cum sequen.* Ideò, & illam adnotauimus.

58 † Quinquagesima septima erit differentia, quoniam in litteris gtariosis, & beneficialibus, ac summarijs rescriptũ habetur loco libelli. *Bald. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. num.26.ff.de off.pro cons. & per Mandos. in reg.Cancell.quæst.8.num.9 reg.31.Glorit.d. cap.super litteris.num.148.Osasc. decis.1.num.4.* secus vero in rescripto Iustitiæ, *Vant.tit.de nullit. ex deffectu processus. num.19.Glorit.qui supra num.98. cum seq. & præsertim num.107.108.cum sequen. hoc tit. nostro*, videas cum locis citatis, *Conrad. Landens.suo templ.omn.Iud. §.4. cap. 1. vers.6.rescript.concedit. num.8.lib.1. de Imperat.*

59 † Quinquagesima octaua erit differentia, siquidem in litteris gratiosis subreptitijs; vitium respicit principium, & originem iurisdictionis, in litteris vero ad lites respicit tantum vitium accidentis. *Butr. in cap. ad audien.secundo hoc tit.nostro. num.16. circa med.*, quia principale est validum; scilicet ipsæ litteræ, licet accessorium, non sit absque vitio. *Bald. d.cap.ad audiens. 2. num fin. & nu.7.*, vbi declarat hoc procedere in litteris contentiosis, quæ dantur seorsum à litteris gratiæ, nam alias, vbi litteræ emanent, vna cum concessione gratiæ; tunc, cũ principale sit nullum, ergo & potestas ex eo, *Roman.in cons.330.num.3.& seq.Felin. Abb. & aly. d.cap. ad audien., vbi vide &c.*

60 † Quinquagesima nona est differentia, quia in litteris istis de Iustitia, principalis est Iudex: & hic non dicitur esse in dolo, in litteris autem de gratia, principalis est pars ipsa, in qua dolus præsumitur ob subreptionem, *Butr.d.cap.ad audien.2.nu.16.circa med., vbi Felin. Abb.& aliy.de rescrip.& in cap. cũ ordinẽ eod.tit.*

61 † Sexagesima est differentia, quoniam in litteris gratiosis, & benefitialibus, Princeps mouetur ex mera gratia, ideo plus inficit in eis subreptio, cùm sit intentio finalis Principis, in litteris Iustitiæ, mouet rigor iustitię, in quibus tantum non inficit subreptio, cum secũdum ius emanent. *Butr.d.cap.ad audien d.num.16.circa med. vbi Abb. Felin. Imola.& aly.de rescrip.l.& si legibus., vbi Castr. Salycet.& aly. C.si contra ius &c.*

62 † Sexagesima prima oritur differẽtia, nam in litteris gratiosis, & benefitialibus, solet sanari nullitas actus, ante prolatam sententiã, sine refectione expensarũ; secus vero in litteris contentiosis, & profanis, *vt per Episcopũ Staffileũ.suo tract.de litteris gratia, & Iustitia. pag.mihi 147.atergo. vers. Qua ratione. Anton. in cap. constitutus. de religio.donat.*, puta, quando aliquis actus esset nulliter celebratus, ex deffectu ordinis positiui, iuxta *l.prolatã.C.de senten.*, prout solet Senatus noster, sanare contractus celebratos per Vniuersitatem, non obtenta dispensatione, in quibus tamen additur clausula, modò consenserint duę partes ex tribus, vel demùm consentiãt, vt ex for. ritus Cancell., nam ex defectu huius cõsensus, hæ litteræ confirmatoriæ actus nulli, essent nullæ, sicut cõtractus primus nullus, nã diceretur idem error in hac

confir-

confirmatione, sicut in primo actu, cum Senatus nō soleat tunc dispensare. *Staphil. d. loc. cit. per cap. 1. & 2. de confir. vtil. vel inutil.*

63 † Sexag. secunda erit differentia, quia in litteris de iustitia numquam derogantur statutis, secus verò per litteras gratiosas, cū clausula tamen nō obstante dicto statuto &c. *Epis. Staphil. de litteris gratia, et Iust. pag. 149. a ter go. vers. bene est, Gomes super reg. de non tollen. iur. quaest. qu. 6. num. 8. per tex. in cap. causamq; de rescript. & in l. 2. C. de diuers. rescriptis.*

64 † Sexag. tertia est differētia, quòd slz. in istis litteris de Iustitia, non conceditur, quod simul & semel, de spolio, & proprietate cognoscatur, et iudicetur, cum obstet dispositio, *tex. in ca. litteras. de restit. spoliat. vers. prius & c.* secus verò in gratiosis, cū huiusmodi iuri, possit derogari, *Gomes. qui supra. d. qu. 6. n. 9. Staphil. de litteris gratia, & Iust. d. pag. 149. in fine, vbi addit*, quod si tamen spoliatus intentat à principio simul, & semel, possessorium & petitorium, tunc licitum esse aduersario super vtroq; se deffēdere, & petere quod simul de spolio & proprietate cognoscatur, & iudicetur, *per glos. in c. Cum ecclesia. Sutrina. in glos 2. de caus. possess & propriet.*, cum regulariter, vbi in litteris ad lites conceditur aliquid contra ius, tunc mutat nomen rescripti, & dicitur priuilegium, *per glos. in c. 1. vers. noscatur. de constit. in 6. c. Abbate. de verb. sign. & latius diximus in rubr. 1. & 2. huius tract. nostri. lib. 2.*; Verùm in dubio præsumitur, rescriptum Iustitiæ, & non gratiæ. *Io. Andr. in c. si eis. de praebend., vbi Butr. & alij. in 6.*

65 † Sexag. quarta differentia est, quoniam in litteris Iustitiæ, non datur signatura, nec sanātur nullitates ex defectu iurisdictionis, competentię, mandati, ac citationis, *vt per Gomes. super reg. Cancell. in reg. vtrinsq; signatura compend. qu. 16. pag. mihi 162. per Abb. in cap. significasti, in penult. col., vbi Felin. & aly. de for. compet.*, secus verò per litteras gratiosas, cū clausula non obstante &c. *Castrens. in l. fin., vbi Cyn. Salycet. & alij. C. si contra. ius &c.*, siquidem isti tres defectus, iurisdictionis, scilicet, citationis, & mandati; sunt veluti illæ tertiæ infirmitates insanabiles, slz. podagra, cabies, & lepra, *vt idem Gomes. not. loc. citat. iux. illud Ouidy 2. de pont.*

Soluere nodosam nescit medicina podagram:
Nec formidatis auxiliatur aquis.

66 † Sexag. quinta erit differentia, siquidem in litteris gratiosis, & benefitialibus, possunt obtineri litteræ, vt Iudex super bono iure superuento, post conclusionem in causa procedat; secus verò in contentiosis, & profanis, cum eo casu censeantur obuenire post sententiā; & ideò requiritur nouū iudiciū, & noua tela iuditiaria. *Gomes. super reg. Cancell. in reg. vt iusque signatur, qu. 16. pag. mihi 162. a tergo. vers. Sed aduertendū est. &c. per Alex. cons. 39. in 2. col. & cons.: 50. col fin. lib. 5. & cons. 177. lib. eod. colum. fin.*

DIVISIO SECVNDA.

67 *Sexagesima sexta est differentia, nam per litteras gratiosas quis restituitur ad appellandum, quod non procedit in contentiosis.*

68 *Sexag. septima oritur differentia, nam littera iustitia obtinentur pro litibus tempore impetrationis exortę; secus ad gratias, cum etiam ad futuras se extendant.*

69 *Sexag. octaua erit differentia, nam in litteris Iustitia decretum irritans non apponitur; secus ad gratias.*

70 *Sexages. nona, in litteris Iustitia, vbi aliquid contra ius conceditur, illud solet reformari, quod non procedit in gratiosis.*

71 *Septuagesima est differentia quoniam rescriptum gratiosum non extenditur ad expensas; secus in rescripto iustitia.*

72 *Septuag. prima erit differentia, quoniam in litteris gratiosis ponitur verbum, Dei gratia; secus ad lites.*

73 *Septuag. secunda est, quia in litteris de Iustitia, tam exacta expressio qualitatum non requiritur; secus in litteris gratiosis, & benefitialibus.*

74 *Septuag. tertia differentia est, quia in gratiosis ex falsa causa expressa littera non valent; secus ad lites.*

75 *Septuag. quarta, in litteris ad lites, conditio si preces, non conditionat substantiam rescripti, sed eius exercitiū; secus in gratiosis, & quomodo.*

76 *Septuag. quinta oritur differentia, quoniam per littera ad lites, interrumpitur praescriptio, secus vero ad gratias, & quando.*

77 *Septuag. sexta est differentia, nam per signaturam Iustitia, non potest dari clausula appellatione remota, secus vero per litteras gratia.*

78 *Septuag. septima oritur differentia, quoniam in litteris Iustitia, opponens de subreptione, incumbit onus probandi, secus ad gratias, & quando.*

79 *Septuag. octaua, in gratiosis, omnia debent esse vera, secus ad lites, & quando.*

80 *Septuag. nona, littera subreptitia ad lites, tractu temporis reconualescunt, secus ad gratias.*

81 *Octuagesima oritur differentia, in litteris ad lites agens in petitorio, & possessorio, scilicet, vt probet rem ad se pertinere, restituitur, secus ad gratias.*

82 *Octuages. prima, in signatura Iustitia, extensio Cancellary attenditur, secus ad gratias.*

83 *Octuagesima secunda differētia erit, per litteras .n. Iustitia ius partis non tollitur, at secus in gratiosis.*

84 *Octuages. tertia, littera Iustitia introducta dicuntur ad iuris cōis obseruantiam, secus est in litteris gratiosis.*

85 *Octuagesima quarta, in gratiosis simplicitas nō excusat à subreptione, at secus in litteris Iustitia.*

86 *Octuages. quinta, in litteris gratiosis, falsitas causa dicitur inductiua concessionis, secus vero in litteris Iust.*

87 *Octuag. sexta est differētia, quoniā finis rescripti Iustitia est, vt veritas indagetur, secus in gratiosis, et qmodo.*

88 *Octuagesima septima, littera subreptia ad lites, non carent primordio veritatis, cū secundum ius commune emanent, at secus in gratiosis.*

89 *Octuagesima octaua est differentia, littera enim ad gratias potius ambitiosa dicuntur, quàm littera ad lites.*

90 *Octuagesima nona est differentia, quoniam rescriptum ad lites verius concessum praesumitur, quàm gratia.*

91. *Nonages. est differentia, in litteris gratiosis, clausula motus proprij tollit subreptionē, secus ad lites, et quomodo.*

92 *Nonagesima prima, quoniam littera gratiosa restitutionis in integrum non conceduntur, nisi a Principe, at secus per litteras Iustitia, cum clausula prout iuris.*

93. *Nonagesima secunda differentia erit, quoniam littera ad lites, facilius expirant, quā ad gratias, & benefitia.*

94 *Nonagesima tertia, in litteris gratiosis, debet fieri mentio nobilitatis, at secus ad lites.*

95 *Nonages. quarta, quoniam exceptio subreptionis, in litteris ad lites, non opponitur in causa appellationis, at secus in gratiosis, & cur?*

96 *Nonagesima quinta oritur differentia quia littera ad lites, ex dolo impetrata non eleuant iurisdictionem in totum, secus ad gratias.*

97 *Nonagesima sexta est differentia siquidem strictius agitur in litteris ad gratias, quàm ad lites.*

98 *Nonages. septima, in litteris gratiosis non debet fieri mētio de primis ad lites impetratis, secus ad lites, & qn.*

99 *Nonag. octaua erit differentia. quoniam littera ad lites, tolluntur per secundas, absque clausula derogatoria, secus vero in gratiosis.*

100 *Nonag. nona oritur differentia, quoniā littera ad lites non tolluntur per non vsū, secus in priuilegiis, & qn.*

101 *Centesima erit differentia, quia in litteris gratiosis, taciturnitas iuris peremptorij vitiat litteras, secus in cōtētiosis.*

102 *Centesima prima oritur differentia, nam littera ad lites, vbi plures sint super eodem numero &c. non vitiantur, nisi per abusum, fallit in litteris gratiosis.*

103 *Centesima secunda, littera ad lites non praesumuntur vitiosa, secus ad gratias.*

104 *Centes. tertia est differentia, littera cōtentiosa, et Iustitia*

non vitiantur ex deffectu littera, vel sillabæ. at secus in gratiosis.

105 *Centesima quarta, in litteris gratiosis, geminatio rescripti habet vim clausf. motus proprij, secus in contētiosis.*

106 *Centesima quinta est differentia, in litteris ad lites non tenetur impetrans mentionem facere de exceptione rei, ante libelli oblationem, secus ad gratias, & quomodo.*

107 *Centesima sexta, in litteris gratiosis falsa latinitas eas vitiat, at secus in contentiosis.*

108 *Centesima septima est differentia, quoniam gratia anterior præfertur posteriori, secus in litteris cōtentiosis.*

109 *Centesima octaua oritur differentia, in gratiosis acquiritur ius ignoranti ex sola gratiæ cōcessione, secus ad lites.*

110 *Centesima nona, in litteris ad lites, casus omissus non habetur sub expresso, secus ad gratias, & quando.*

111 *Centesima decima, in litteris Iustitiæ, error nominis proprij non vitiat, at secus in litteris gratiæ.*

112 *Centesima vndecima, littera gratiosæ restitutionis in integrum omnia in pristinum restituunt, secus in litteris contentiosis.*

113 *Centesima duodecima, signatura Iustitiæ non sanat nullitates ex tribus, secus signatura gratiæ.*

114 *Centesima decimatertia, in gratiosis narrata succedunt loco causæ, at secus in litteris ad lites, & quomodo.*

115 *Centesima decimaquarta est differentia, in contentiosis subrogatoriis non datur possessio, fallit in gratiosis.*

116 *Centesima decimaquinta, littera Iustitiæ magis prouident in causa criminali, quàm littera gratiosæ.*

117 *Centesima decimasexta, in litteris gratiæ, & contra publicam vtilitatem, maior examinatio requiritur, quod secus est in litteris Iustitiæ.*

118 *Centesima decimaseptima erit, quoniam in litteris gratiosis non fit mentio de gratia per aduersantem obtenta, secus ad lites.*

119 *Centesima decimaoctaua est differentia, in litteris ad lites ex pluribus narratis sufficit alterum probari, secus ad gratias, quando mouisset Principem.*

120 *Cētes. 19. quoniā in gratiosis subreptio vitiat, si Princeps induxisset ad facilius concedendum. & secus ad lites.*

121 *Centesima 20. erit differentia, siquidem in litteris iustitiæ, & ad lites subreptio nō vitiat, quāuis quadā fuerint tacita; vel expressa. at secus in gratiosis, & quomodo.*

122 *Centesima vig. prima, quoniā in litteris iustitiæ habet locū extensio quoad lites consortes, secus vero ad grās.*

123 *Centesima vig. secunda erit differentia, nam in litteris ad lites, vbi Iudex se pronunciat incompetentem assumunt vigorem, si à sententia non fuit appellatum, secus ad gratias, & cur?*

124 *Centesima vig. tertia oritur differentia, quia in istis litteris ad lites, subreptio non procedit, nisi Princeps ex ea, nullas prorsus litteras dedisset. at secus in gratiosis.*

125 *Centesima vig. quarta est differētia, in litteris gratiæ, quando apponitur clausula, amoto illicito detentore; non fit mentio possessionis, secus ad lites.*

126 *Centesima vig. quinta, quoniam rescriptū ratione congruit, differt à rescripto, perinde valere, cum hoc confirmet ꝙ erat inutile. illud vero nullo modo, et qmodo.*

127 *Centesima vig. sexta, vbi aliqua copulatiuè in litteris ad lites deducuntur, sufficit vnum esse verum, secus vero in gratiosis, & quomodo.*

128 *Centesima vig. septima erit differentia, quia in dubio præsumitur Principem litteras ad lites concedere voluisse, quam ad gratias.*

129 *Centesima vig. octaua, quoniā in litteris ad lites clausula. si preces non impedit iurisdictionē. secus ad gratias.*

130 *Centesima vig. nona, subreptio in gratiosis, opponi pōt, vsq; ad sententiam. secus vero ad lites.*

131 *Vltima est differentia, quia in litteris gratiæ signatura attenditur, secus ad lites.*

DIVISIO SECVNDA.

67 † Sexag. sexta erit differentia, quia in litteris gratiosis, conceditur restitutio in integrū p Principē ad appellādū, vel ob lapsum fatalium, cū clausula tū parito iudicato, *per tex. in cap. fin. de rest. spoliat.*, & *sic ex mera gratia Principis. Odd. de restit. in integr. q. 32. n. 29.*, secus verò in profanis, & contentiosis, nam in eis datur restitutio, cum clausula prout de iure. *Staphil. de litteris gratiæ, & Iust. d. tit. 1. de comissio. & litteris Iust. pag. 162. & 163. per Rot. decis. 165. latis. tribus &c. in nouis. Bos. tit. de suppl. aduers. rem Iud. num. 10. & tit. si aduer. rem iud. nu. 3. Egid. conclus. 38. Eccles. prædicta.*

68 † Sexag. septima oritur differentia, nam litteræ Iustitiæ, & ad lites, possunt obtineri tantū pro litibus tēpore impetrationis exortæ, *per tex. in c. fin. de rescr.*, *vbi Fel. Abb. & alij.*, secus ad gratias, quia ex certa scientia Principis possunt ēt delegari causæ Iustitiæ alicui Iudici. *cap. audita de restit. spoliat. Staphil. d. tit. de commiss. iustitia &c. pag. 174. atergo. incip. non datur comissio. &c. & diximus in tit. de dimis. litter. nu. 171.*

69 † Sexag. octaua est differentia, nempè in cōmissionibus Iustitiæ, decretū irritans nō consueuit apponi, secus vero in litteris gratiosis, & dispositiuis. *Epi. Staph. d. tract. de litteris gratiæ, & inst. tit. de comiss. iust. pag. 178. atergo. vers. in comission. Iust. &c. Marches. de comissio. tit. de comiss. aperitio. oris. n. 3. par. 1.* nam quando est appositum in gratia, tunc operatur etiā ante præsentationem litterarū. *Gabr. sius. comm. in tit. de claus. concl. 3. n. 52.*, imò in huiusmodi rescripto, cū clausula decreti, inest conditio, si pars eò vtatur, *vt per eundem loc. cit. nu. 21.*; in tantum quòd si statuta fuerint per Principem confirmata, ū hac clausula decreti, non poterit eis renuntiari, *vt ibi. per eum nu. 20.*, prout etiā ligant ante illorum publicationem, *vt ibi. nu. 45.*

70 † Sexagesima nona erit differentia, quandòquidem in litteris Iustitiæ, quando aliquid fuit emanatum contra ius cōmune, tunc fit reformatio litterarū, & illud exorbitans reducitur ad terminos iuris, *vt per Ruin. cōs. 125. lib. 5. n. 5. Mandos. in rubr. huius tit. n. 18. Oddus de fideicom. par. 2. qu. 30. nu. 74.*, secus verò in litteris gratiosis, quia tunc licet sit rescriptū cōtra ius, tamen eius forma licet dura sit, est obseruanda. *Lancellot. de attent. ca. 20. limit. 11. n. 2.*, *per Dec. cons. 33. viso puncto &c. n. 2. circa med.*, & sic in istis contentiosis, commissiones reformare facilè erit, *In Curia. Lancellot. de atten. cap. 20. ampl. 22. n. 3. par. 2. & limit. 12. n. 9. circa med. d. cap. 20.*

71 † Septuagesima oritur differentia, quia rescriptum gratiosum super re principali, non extenditur ad expensas; secus verò in rescripto Iustitiæ. *Bergn. decis. 14. de Iud. Tepat. var. senten. iuris. tom. 1. tit. 55. de priuileg. c. 2. vers. Rescript. Principis &c.* cum etiam se extēdat ad successores rei, & vitij eius contra quem impetratū est. *Bur. in cap. quia. de Iudic.*

72 † Septuag. prima est differentia, quia in litteris nostris gratiosis ponitur clausula, slz. Rex Dei gratia. *Borell. de Regis Cath. præst. cap. 2. n. 2. Franc. Marc. qu. 163. n. 1. & 2. par. 1.*, in litteris verò Iustitiæ, non ità. *Oddus. de fideicom. par. 1. qu. 30. n. 145. circa med. Conrad. Laudens. suo templo omn. Iud. cap. 1. §. 4. vers. 6. rescripta concedit &c. n. 2. circa med.*, prout etiam in litteris gratiæ, quæ ab Excell. Gubernatore nostro emanant, ipsius Principis nomen præponitur, cū eius dignitate. *Franc. Marc. qui supra qu. 68. in princ.*; secus verò in alijs eius decretis, quę emanant ad lites, cum simplex decretū, & subscriptionem contineant. *Cran. cons. 277. P. Greg. in ca. 2. huius tit. num. 32. lib. 1.*

73 † Septuag. secunda erit differentia, enimverò in litteris Iustitiæ, tàm exacta expressio qualitatum non requiritur; secus verò in litteris gratiosis, & beneficialibus, nā eo casu subreptitia redduntur. *Rebuff. ad Const. Gallie. tom. 1. in tit. de litteris. ciuil. lib. glos. 6. art. vnico n. 11. circa med. per tex. in c. sup. litteris, vbi Bald. Abb. Felin. Bero. & alij de rescriptis. Card. Seraph. decis. 954. n. 1. Idē Rebuff. in Concord. Franc. in form. mandat. in verb. pro expressis habentes &c. Iason. cons. 47. in fine. 3. vol.*

74 † Sep-

74 † Septuagesima tertia est differentia, quoniã priuilegia, & gratiosa rescripta ex falsa causa concessa, non tenent, vt per Paris cons. 51. vol. 4. n. 28. Grãmat. decis. 59. n. 3. & 57. Bellam. cõcl. 723. n. 14. Seraph. dec. 1310. secus vero in litteris Iustitiæ, quia secundũ ius emanant, vnde non concludit subreptio, nisi ex forma, Butr. in c. super litteris. nu. 23., vbi Imola. Io. Andr. & alij de rescript. Bart. in l. demonst. falsa. ff. de cond. & demonstr. n. 11. & l. seq. n. 19.; quod intellige in falsa expressione narratoruni in precibus, cum eo casu non sit finalis, ideo non vitiat, Castrens. in l. & si legibus. vbi Bald. C. si contra ius.

75 † Septuagesima quarta oritur differentia, si quidẽ in litteris ad lites, conditio si preces veritate nitantur, non conditionat rescripti substantiam, sed exercitium tantũ, parte tamen opponente; secus vero in litteris ad gratias. Butr. in c. super litteris. n. 20. in fine. Felin. in c. ex parte. n. 15. de rescript. Bald. in l. præscript. nu. 10. C. si contra ius. Crau. cons. 1. Pro Genero n. 139. & 152. Card. Seraph. decis. 347. n. 8. post princ. Verall. decis. 125. nu. 2. par. 1. & dec. 273. n. 2. ead. par., vbi quod facit conditionẽ in gratia &c. hæc clausula si est ità &c.; & sic dicitur suspensiua exercitij, parte opponente, alias non dicitur, nec suspensiua, nec resolutiua, vt per Burgos. in c. ex parte. 1. n. 93., secus in gratiosis, vt ibi. n. 94. & seq. vbi n. 90. dicit quòd Felin. d. c. ex par. n. 15. non intelligit seipsum, verũ deffendi potest, cum Felin. se remittat ad Butr. in d. c. super litteris. loc. cit., & ideo hoc modo potest sustineri dicta eius opinio, cum relatũ sit in refferẽte, cum oĩbus suis qualitatibus. l. asse toto. ff. de her. Instit. l. certum, vbi moderni. ff. si cert. petatur. Costa. cons. 16. n. 51., in litteris enim ad lites subreptitijs, Iudex habet iurisdictionẽ, sed exceptionis ope elidibilem, & ideo nõ mirum, si ipsam habet habitũ, sed non exercitio, & actũ, si opponatur, Butr. d. cap. super litteris num. 37. post principium.

76 † Septuagesima quinta oritur differentia, quandoquidem per litteras ad lites, & causarum cõmissiones, interrumpitur præscriptio, vt per Card. Seraph. decis. 76. n. 1. Bartol. Bald. Iason. Salycet. & alij. in l. fin. C. de annal. except. & l. 1. C. quando libell. Princ. datum, vbi DD. omnes. vbi maximè procedit, quando interuenit citatio, vt per eos ibi. Card. decis. 316. nu. 4.; secus vero in alijs gratiosis, quæ extraiudicialiter tãtum impetrantur. Gomes. in c. ipso iure. nu. 27. de rescriptis. per tex. in c. ex parte. 2., vbi Felin. Abb. Bald. & alij. de rescrip. Leonel de subrep. quæst. 6. art. 2., Verùm qñ per actum extraiuditialem quis cõstitueretur in mala fide; tunc interumpitur præscriptio. per eos. in ca. fin. de præscript. & c. si diligenti. de foro compet. Balbus. de præscript. tert. par. sex. par. & vlt. princ. qu. 4. n. 20. in fin. & 36. nam aliàs sola libelli oblatio nõ interũpit præscriptionẽ. Balb. loc. cit. n. 24. in fin.

77 † Septuag. sexta existit differentia, enimvero per signaturã Iustitiæ, non põt dari clausula appellatione remota; secus vero per litteras gratiæ. Card. Seraph. decis. 857. n. 2. & 16. & decis. 1276. n. 3., prout etiam qñ esset signata manù Papæ, prout per verbum fiat, nã hoc solo verbo, facit gratiã. Bald. in l. humanũ. in fin. C. de leg. Gomes. in reg. vtriusq; signat. qu. 16. n. 4. verũ quandoq; per istud verbũ fiat, signatura redditur mixta. Ioachim. de Narnia. in cons. incip. pro respons. pag. 277. Gomes. qui supra. d. qu. 16. n. 12. vers. & de istis verbis Papæ &c.

78 † Septuag. septima erit differentia, nãq; in litteris Iustitiæ, opponenti de subreptione, incumbit onus probãdi, vt per Mascard. de probat. concl. 1128. nu. 17. Boerius decis. 344. n. 9. Io. And. in c. 1. de lit. cont. vbi Butrius. Marches. de cõmissio par. 2. c. 8. nu. 70. & 65. tom. 1. secus vero in dispensatione gratiosa. Oldrad. cons. 256 num. 2. circa med. & in gratiosis. Boer. d. n. 9. verũ, si exceptio obreptionis, esset propriè de exceptione partis aduersæ, impetrans non teneretur hoc probare. Card. Seraph. decis. 1484 n. 1. & declara ẽt prout in nostro tit. de subrep. & cui incũbat probatio. cap. 35. par. 2., solũ. n. impetrãs probare debet causam suæ dispensationis, vt idẽ Oldr. tenet cõs. 256. n. 2. & seq., non aũt qñ opponitur contra litteras impetratas, vt ibi. per eũ nu. 1. & 2. Franc. Marq. delphin. 1183. n. 2. par. 1. vt per Seraphin. dec. 332. nu. 2.

79 † Septuag. octaua oritur differẽtia, si quidẽ in gratiosis omnia debent esse vera, alias gratia redditur nulla, vt per Card. Seraph. dec. 1432. n. 3. & dec. 870. nu. 1. intellige, vt decis. 870. & decis. 1007. n. 6. secus vero in litteris ad lites cõtentiosis, nam sufficit quod vna causa sit vera, dũmodo conueniat conclusio litterarũ. Bald. in l. præscrip. n. 28. C. si contra ius, idẽ dr̃ in gratiosis, modo subreptio sit in narratiua, super qua nihil opponatur, nec retrahãt Principẽ ad concedendum. Seraph. d. decis. 1432. n. 9. & decis. 330. nu. 1. & 989. num. 4.

80 † Septuag. nona erit differentia, quoniã litteræ ad lites, licet sint subreptitiæ, attamen tractu tẽporis reconualescunt. Felin. in cap. cæterũ n. 16. de rescript. per tex. in cap. si aũt, & c. plerumq; de rescr., vbi Abb. Bald. Felin. & alij. cùm nõ sint à principio nullæ; secus verò in gratiosis, vt per Paris. cõs. 49. n. 28. lib. 4. Card. Seraph. dec. 398. nu. 15. ea ratione, quia per subreptionẽ, efficiuntur ipso iure nullæ; ideò, quòd est à principio nullũ, non põt confirmari per consensũ partiũ. Vant. de nullit. in tit. quoties & intra. quod tẽpus &c. n. 8., maximè si esset ex defectu intentionis Principis. Seraph. decis. 341. n. 8., verũ nec litteræ ad lites recõualidãtur, post sẽtẽtiã. Serap. dec. 1031.

81 † Octuagesima differentia erit, quod agens in gratiosis & beneficialibus, petitorio simul, & possessorio, si non probat rẽ ad se pertinere, non restituitur in possessorio; secus vero in profanis, & contentiosis. Butr. in c. cum dilectus n. 51. de causa possess., & proprietat. & ibi Imol. et DD. Card. Seraph. decis 575. n. 8. sed ex sententia Abb. in d. c. cum dilect. n. 10. in profanis, datur restitutio, siue actor in petitorio, succubuerit ob deffectũ probationis, siue ex eo, quòd detecta sit inualiditas sui tituli, secus vero est in benefitialibus. Seraph. qui supra. n. 9. per Bald., Calder. & alios in d. cap. cum. dilect. vt sup. relat.

82 † Octuag. prima existit differentia; enimuerò, in rescriptis signaturæ Iustitiæ, extensio Cancellarij, seu Regentis, est attendenda; secus verò in gratiosis, quæ per Papã expediuntur; nam ea firmatio est attendenda, non autẽ extensio, vt in specie trad. Card. Seraph. decis. 922. nu. 4. per Crescent. decis. 47., verũ in hac Curia ẽt in gratiosis, qñ adest decretũ in forma, tunc fit extensio per Cancellariũ Sen., vt ex ritib. Cãcellariæ, & qñ fit decretũ speciale. tunc Cancellarius, non põt illud extendere. Episc. Cassan. dec. 7. n. 1. & 2 de rescr. verũ ibi Regens addiderat clausulã, scilz. iustitiã faciat, & tñ nõ erat apponenda.

83 † Octuag. secunda erit differentia, siquidẽ ius partis nõ potest tolli per rescriptũ Iustitię; secus verò in gratiosis, qñ subest causa rationabilis. glos. & DD. in l. fin. C. si contra ius. Card. Seraph. decis. 922. n. 7. & in cap. quæ in Ecclés. de Cõst. et l. si diuersa, vbi Ias. & scrib. C. de trãsact.

84 † Octuag. tertia erit differẽtia, litteræ. n. Iustitiæ introductę fuerè ad cõseruationẽ iuris cõis. Mandos. in rubr. de rescr. n. 17. Burgos. in c. 1. n. 94. de rescr. & c. canonum statuta. n. 72. et 73. de cõstit. Mãdos. in d. rubr. huius tit. n. 17. & 18., vbi quod rescriptũ Iustitię nil aliud cõtinere debet, quã ius; secus vero in gratiosis, cũ per eas eidẽ iuri derogetur, cũ clausula non obstante. Castrens. in d. l. fin., vbi Cyn. Salyc. & alij. C. si contrarius &c. prout ẽt Romæ seruatur, vbi signatura Iustitiæ, nõ rescribit, nisi prout de iure. Card. Seraph. decis. 1031. nu. 5. aliter secus idem Seraph. d. decis. 922. num. 3.

85 † Octuag. quarta est differẽtia, quandòquidẽ in litteris gratiosis, simplicitas nõ excusat à subreptione; secus vero in litteris Iustitię. Abb. d. c. super litteris. n. 5. post prin. vbi Io. Andr. Butr. Glorit. & alij de rescr. Felin. c. ad audien. 1. col. pen. eod. Paris. cons. 51. vol. 4 n. 33. & seq. verũ vbi cõcurrãt quatuor requisita. per eundẽ Abb. adnotata in eod. c. super litt. d. n. 5. in fin., tunc in istis gratiosis, & benefitialib. dicta simplicitas excusaret à subreptione, videas eum ibi. et Dec. ibi. nu. 3. & 7. Menoch. de arbitr. cas. 201. n. 27. cum seqq. & casu 202. num. 11.

86 † Octuagesimaquinta oritur differentia, in rescriptis. n.

gratiosis, falsitas causæ est inductiua substantiæ litterarum; secus vero in litteris ad lites, *Butrig. in l. præscript. vbi Bald. num. 10. & 17. C. si contra ius. Butr. d. cap. super litteris nu. 23. et 24. circa fin. & nu. 25. in fine. vbi Bald. Felin. Abb. Barbosa. Mendes. & aly. de rescriptis, &* quomodo, *vide Bald. locis citatis.*

87 † Octuagesima sexta oritur differētia, ex eo, quia finis rescripti ad lites est, vt veritas indagetur; secus in litteris ad gratias, & alia decreta, & priuilegia, quorū finis est decidere, nam eo casu falsitas excludit substantiam. *Odoffred. in l. si quis obrepserit. ff. ad l. Cornel. de falsis. vbi DD. Butr. d. cap super litteris. nu. 24. ad fin. & n. 35. vbi Crott. Zocch. & aly. hoc tit. nostro,* sicut dicitur, quod conditio si preces veritate nitantur nō inest in cognoscēdo de veritate precum, sed bene inest in decidendo, *vt per Bald. in l. præscript. nu. 9. C. si contra ius.* ergo rescriptū, quod emanat ad cognoscendum, & indagandum, licet sit subreptitium, tñ non afficit, secus vero, quoad decidendum, *Butr. loco citato. & vide num.* 38.

88 † Octuagesima septima est differentia, quoniā litteræ namq; ad lites subreptitiæ, omninò non carent primordio veritatis, quia Princeps illas concedit secundum ius cōmune; secus vero in gratiosis, quia cum Princeps fundetur super narratis, si veræ non sint, non intendit cōtra ius rescribere; ideò caret omnino primordio veritatis. *DD. omnes in d. cap. super litteris, vbi Butr. n. 23. 25. & seq. de rescript. Bald. in cap. ad audien. 2. nu. 7. & 11. de rescrip., vbi Scribentes notant, Castrens. & aly in l. & si legibus. C. si contra ius &c.*

89 † Octuagesima octaua est differentia, nā litteræ gratiosæ, odiosæ sunt, potius ob vitium ambitionis, quam illa Iustitiæ. *per tex. in cap. quamuis. de præbend. in 6. Dec. in d. cap. super litteris. vbi Glorit. et aly. de rescript. Menoch. de arbitr. Iud. cas. 201. num. 6.*

90 † Octuagesimanona est differentia, rescriptum etenim Iustitiæ verius præsumitur concessum, quàm rescriptum gratiæ, *Gemin. in cap. si cui nulla. de præbend. in 6. col. 1., & cons. 65. col. 6. Gomes. super reg. Canc. in reg. de annali possess. quæst. 10. in fine, Ripa in rubr. huius. tit. n. 17. Menoch. qui supra d. casu. 201. num. 5.*

91 † Nonagesima erit differentia, quia in litteris gratiosis, clausula motu proprio, tollit subreptionem, *Gabr. suis cōmunib. in tit. de clausulis. conclus. 2. nu. 7. Menoch. cons. 1. nu. 429. Rodolphin. de suprema Princip. potest. cap. 5. nu. 15.*; secus vero in litteris ad lites, nam in eis dū litis pendentia non narratur, hæc clausula non tollit subreptionem. *Menoch. de arbitr. cas. 202. nu. 12. Gabr. d. suis cōmunib. tit. de Iud. lib. 2. conclus. 4. n. 20. Barbos. de claus. claus. 37. n. 7. Ruin cōs. 80. in fine. lib. 5. vide infra n. 105.*

92 † Nonagesima prima est differētia, litteræ namq; gratiosæ restitutionis in integrum, nō possunt concedi, nisi à supremo Principe, *vt per Oddum. de restit. in integrū, quæst. 32. n. 29. & 30.*; secus vero in alijs litteris de Iust. & cū clausula prout de iure, cū quilibet inferior possit, *Boss. tit. si ex falsis &c. n. 10. & seqn. l. 1. ff. de quæst. vbi DD. Staphil. de litteris gratiæ. et Iustitiæ. in tit. de cōmissio. institia. pag. 162. Odd. qui supra. quæst. 91. n. 4. & seq. & quæst. 92. n. 4. & seq. Boss. tit. de suppl. aduer. rem. Iud. nu. 10. & 12. & in tit. de remed. contr. bannum. nu. 3.*

93 † Nonagesima secunda erit differentia, quandòquidē litteræ ad lites, facilius expirant, quàm litteræ ad beneficia, & ad gratias. *Felin. in cap. causam quæ. de rescript. nu. 8. vers. quarta declar., vbi Bald. & aly. etiā in litteris gratiosis, per solam impetrationē dicatur ex eis ius quæsitum. Abb. in cap. capitulum. hoc tit. in 3. col. vers. sed dubitatio. &c. & in 4. col. vers. his præmissis &c.*

94 † Nonagesima tertia oritur differentia, ex eò, quia in litteris ad gratias, & ad beneficia, debet fieri mētio nobilitatis; secus vero in litteris ad lites. *Felin. in cap. ad aures. nu. 1. circa med. vbi Abb. & DD. de rescr.*, fallit hæc regula etiā in litteris ad lites, qñ impetrans dicit se ignobilē, & pauperē, licet sit diues & nobilis, p impetrādo, scilicet prouisiones pauperibus concessuras: tūnc nō valerent litteræ, *per tex. in cap. Significantib. de off. deleg. Felin. loc. cit.*, nempè, si quis diceret in precibus, se pauperē, & proinde impetrauit litteras, vt summariè procedatur in causa, si non est pauper, non proderit ei rescriptū, quia callidè mentitus est paupertatis ingenium. *Bald. in cap. super litteris n. 6. post principiū, vbi Beroius. & Barbosa de rescriptis. l. 1. C. de mendic. valid. lib. 11.*

95 † Nonag. quarta erit differentia, enimverò, exceptio subreptionis in litteris ad lites, opponi non potest post litem contestatā, nec in causa appellationis, cum sit declinatoria, *vt per Bald. in cap. ad audien. 2. de rescrip. nu. 8., vbi Abb. Beroius, Barbosa, & Glorit. in cap. super litteris nu. 323. de rescript.*; secus vero in gratiosis, quando per subreptionem iurisdictio nulla funditus datur, nā semper poterit opponi. *Bald. d. cap. ad audien. nu. 11.* declara, vt ibi per eum; *& per Butr. nu. 17. & per Felin. in cap. ad audien. 1. num. 13. & 14. de rescript. vbi quatuor modis limitat, videas eum &c.*

96 † Nonag. quinta oritur differentia, quoniam in rescriptis ad lites, si interueniat dolus ex subreptione, non vitiatur in totū iurisdictio, *Felin in c. cū dilecta. n. 2. circa med. vers. 3. quia. &c. de rescr., & in c. super litteris. nu. 5. vers. limita 5., vbi. Glorit. nu. 8 & seq. eod. tit. nostro.* & ratio ea est; quia in rescripto ad lites non præsumitur dolus, cū emanet secundū ius, & ideò licet sit subreptitiū: tñ firmum remanet, quò ad iurisdictionē, si nō opponatur; secus vero ad gratias. *Glorit. n. 154. de rescript. ad d. cap. super litteris.* cū Princeps fundetur super narratis, & sic efficitur nullū in totum. *Butr. d. cap. super litteris, nu. 23.*, nā eo casu subreptio mentē Principis fallit. *Bald. in l. fin. C. senten. rescind. non posse. n. 7.*: verū vbi esset in causa finali, vitiaretur. & rescriptū ad lites, cum dolus nemini patrocinari debeat, scilicet subreptione opposita, & probata, *Glorit. d. n. 8. in fine. & n. 28. & 78.*

97 † Nonagesima sexta erit differentia, quoniā in litteris ad gratias, strictius agitur, quā in litteris ad lites, & sic facilius irritantur. *Abb. in c. capitulū. n. 6. de rescrip. vbi Butr. & aliy.* & ideò non mirum, si ēt dolus in eis præsumatur, quā in contentiosis. *Butr. in cap. ad audien. 2. n. 16. circa med., vbi Felin. circa fin. Abb. & aly de rescrip. Dec. in cap. causā q; col. 2. circa med. de rescr. & in c. cæterū. vbi Butr. eod. tit. nostro. cap. quāuis. de præbend. in 6. Abb. in cap. ex litteris. nu. 2. de fide instrumentorum.*

98 † Nonag. septima existit differentia, siquidē in litteris gratiosis, nō debet fieri mentio de primis ad lites impetratis, vel de ipsa lite pendente; secus vero in litteris ad lites, *vt per Felin. in c. cæterū. nu. 5. vers. 2. restrictio &c. de rescript. per Io. Andr. in cap. dudum. 1. ad fin. de elect. Cassador. decis. 4. n. 3. de pensionib. Paris. cons. 30. nu. 41. lib. 4.*, quod intelligo, qñ per eas litteras gratiosas, non fieret præiuditium alijs rescriptis ad lites, nec noceret causæ inchoatæ. *Dec. in cap. 1. de rescript. n. 13., vbi Ripa n. 105.*, aliter non valerent. *Afflict. decis. 220 n. 14. et seq. Gabr. suis com. in tit. de iudicijs. cōclus. 4. n. 34. & n. 22*; secus vero in litteris ad lites, nàm eo casu, & de litteris prioribus, & de lite pendente esset mentio faciēda. *Menoch. de arbitr. Iud. casu 202 n. 4. & 62.*: verū, & de prima gratia esset mentio facienda in secundis, vel si augeret gratiā primā. *Roman. cons. 362. n. 4. Gemin. cons. 128. col. 1.* declara ēt primā regulam, scilicet intelligendam, si gratia obtenta esset super alia causa, & omninò diuersa à litteris Iustitiæ, nā eo casu non esset opus facere mentionem de primis ad lites impetratis. *Felin d. c. cæterum nu. 7. vbi Dec. n. 2. Lancell. de attentatis. par. 2. cap. 4. in præfat. n. 757. Menoch. d. casu. 202. n. 79.*, nam tex. dicit eandē causam &c. & loquitur de litteris ad lites, & non ad gratias, vt ibi, scilicet, & eandem causam postmodū obtinuerit cōmitti alijs &c. vt ēt aduertit *Felin. in d. c. cæterum circa princ.*, & ideò procedit etiāsi esset eadem materia, dūmodò non sit eadē causa. *Io. de Dec. quæst. 11. Felin. d. n. 7. Ludouis. Pont. decis. 403. n. 6.* diuersa .n. illa

dicun-

dicuntur, quæ non habent in aliquo impugnare, aut impedire negotium principale. *Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. lim. 2. n. 5.* & latiùs declarat. *Menoch. conf. 123. à num. 20. vsq; ad nu. 26. lib. 2.* & hoc maximè, quando ista gratia, non esset reuocatoria primarum litterarũ, vel litis. *Anchar. conf. 16. col. 1. vers. dicitur enim rescriptum &c.* Imo valeret gratia regulariter, etiam non facta mentione litterarum ad lites, vel de ipsa lite, quando non mouisset Principem hæc taciturnitas, ad eam gratiam denegandum, *per DD. in cap. super litteris, & in cap. ex ten. & in cap. ad audientiam. vbi Dec. Felin. Abb. & alii. de rescript. Oldrad. conf. 299. nu. 1. Lancellot. de attent. d. cap. 4. in præf. illat. 7 nu. 758. per Ferrett. conf. 229. nu. 4. lib. 2.* verùm istę litteræ gratiosæ pendente lite impetratæ, deberent saltem parti aduersæ denunciari. *Gomes. super regul. Cancellaria in reg. vtrins que signat. quæst. 16. vers. gratia nona &c. Staphil. de litteris gratia, & Iustitia. tit. de commissio. Iustitia vers. nona gratia &c.*, prout etiam *Senatus noster solet emanare litteras in forma gratię, & patenti*, pendente lite, scilicet, *vt nulla habeatur ratio rescriptorum, per aduersan. obtinendorum, nisi supplicante monito, aut in specie ipsis litteris fuerit derogatum, vt modo ipsarum litterarum tenor parti aduersæ notitia detur &c., vt ex viribus Cancell. &c.* Propterea quando agitur de præiudicio graui alterius partis, tunc solent ipsæ preces parti intimari per decretum Senat. scilicet intimetur parti. *Staphil. d. tit. de commissio. Iustitia. vers. aut vna pars. & c. l. de vno. ff. de re Iudic.* ea propter, vbi aliæ litteræ impetrentur per aduersarium post huiusmodi litteras patentes, tenetur facere mentionem de illis, cum det formam rescriptis impetrandis, modo quo sup. alias nõ valerent litteræ, *vt per Dec. in cap. 1. nu. 11., vbi Felin. Butr. Abb. & alij. de rescriptis*, & hęc est eggr. interpretatio *ad N. C. de rescript. §. quicumq; hoc. tit.*, ibi, quæ ad causam facere videbuntur &c. nempè litteræ gratiosæ, non facientes mentionem de primis ad lites impetratis in causa diuersa, non esse nullę, etiam si super eadem materia sint, modò sit diuersa. *Felin. d. cap. ceterum. nu. 7. & ibi. Dec. nu. 2. de rescriptis*; intelligendo, prout supra fuit allegatum &c.

99 † Nonagesima octaua est differentia; istæ namq; litterę ad lites, tolluntur per secundas, absque aliqua clausula derogatoria; secus verò in gratiosis, & priuilegijs. *Abb. in cap. 1 nu. 6. & 7., vbi Felin. Bald. Ripa. & alij. hoc tit. nostro. per tex. in. cap. cum ordinem. vbi Innocent. Felin. Butr. & alij. eod. tit. Roman. conf. 436. nu. 21. limita. sex modis, vt per Felin. in d. cap. 1. num. 11. vers. fallit d. reg. & Dec. ibi. nu. 10. cum seqq.*

100 † Nonagesima nona existit differentia, quoniam litteræ ad lites, non tolluntur per non vsum; priuilegia vero sic. *Abb. in cap. pleramque. num. 4., vbi Bald. Felin. & alii. de rescript.* quòd intelligo, quando litteræ fuerunt parte citata præsentatæ, nam eo casu perpetuãtur vsque ad annos. 30., licet etiam iuditium non prosequatur. *Hostiens. in sua. summa. de rescript. num. 15. circ. med. vers. vbi autem vtraq; & c per tex. in. l. 2. C. de constit. Salycet. in. l. 2. C. si contra ius &c.* verùm quandoque efficitur perpetuum, *vt in d. l. falso. C. de diuers. rescript. vbi. DD. notant. Menoch. de arb cas. 202. nu. 77. limita. vt ibi &c.*

101 † Centesima erit differentia, quia in litteris gratiosis, taciturnitas iuris perhemptorij, vitiat litteras; secus verò in contentiosis, cum intentio Iudicis, sit dare [illegible]. *Butrius. in cap. constitutus. n. 30. circa med. vers., quod differentia est inter litteras &c. & in cap. postulasti. nu. 15. de rescript. per Innoc. in cap. cum ordinem, vbi Bald. Io. Andr. & alii, & d. cap. constitutus, & cap ad aures. eod. tit. nostro. Io. Andr. in cap. fin. vbi. Butr. Innocen. & alii. de præsumpt. Gloss. in cap. super litteris. num. 77. hoc tit.*

102 † Centesima prima erit differentia, plures etenim litteræ ad lites, ab eodem, & super eodem negotio impetratę, non vitiantur, nisi propter abusum; at secus in alijs benefitialibus, & gratiosis, cum videantur fraudulenter impetrari, nisi sint ex causa ignorantiæ. *iux. cap. gratia. de rescript. in. 6. Franc. Marc. quæst. Delphin. 495. par. 1. nu. 14. per Abbat. in cap. cum olim. 2. circa fin. de priuileg., vbi Io. Andr. Butr. & alii. notant &c.*

103 † Centesima secunda erit differentia, quoniam litterę ad lites, non præsumuntur vitiosę; imò verę, cum in eis ius non consistat in narratione facti, & etiam quia emanant secundum ius; ideò sufficit quòd sint leges de pręsenti, vel de futuro. *Bald. in cap. ex litteris. nu. 2. & 3., vbi Felin. Abb. & alii. de fide Instrumentorum*, sed fundantur in iure communi, cum istę emanent, secundum ius, & sic sufficit q̃ rescriptũ sit lex de pręsenti, vel de futuro. *Castrens. in l. etsi legibus. C. si contra ius*; secus vero in litteris gratiosis. *Butrius. in cap. super litteris. nu. 23. de rescript. Bald. Castrens. & alij. locis citatis.* vide Milium in verbo rescriptum abrasum. &c.

104 † Centesima tertia erit differentia, quoniam litteræ ad lites, non vitiantur ex defectu litteræ, vel sillabæ, aut dictionis, modò intellectus litterarum compræhendatur. *Butr. in cap. ex parte. nu. fin. in fine. vbi Io. Andreas. & Hostiensis. de fide Instrumentorum*; secus verò in litteris gratiosis, cùm in eis nil debeat esse imminutum, *cap. cum adeo. de rescript. Hostiens. & alij. in cap. ex litteris. & cap. ad audientiam. eod. tit.* quod tempera, modò scilicet ex tali deffectu, surgeret obscuritas, vel ambiguitas, alias secus. *cap. inter dilectos. de fide Instrumentorum. Butr. loc. cit. circa princ.*: verùm vbi manifestè constaret, de aliquo errore, poterit Cancellarius, & seu Datarius, supplicationes emendare. *Lancellott. de attentat. par. 2. cap. 4. limitat. 19. nu. 9. & limit. 29. nu. 3. eod. cap. 4.* Vbi autem constaret de aliqua discordantia inter supplicationem, & litteras; tunc remittendę essent Offitialibus Regijs corrigendæ, secus autem si minus esset in eis, quam in supplicatione. *Cæsar de Grassis. decis. 7. nu. 1. & 2. de Constit.*, dantur etiam corrigendę, vbi sequutus esset error per Cancellarium, circa factum ipsarum litterarum, *Achill. de Grassis. decis. 281. num. 1. & 3. de præbendis.*

105 † Centesima quarta est differentia, in litteris enim gratiosis, & priuilegijs, geminatio rescripti; habet vim clausulæ motus proprij. *Felin. in cap. si quando. num. 14. vers. geminatio rescripti &c. circa med 3. sed contrarium firmat &c. De rescriptis, idem not. Dec. in l. si quis iniquum. nu. 5. in fine. ff. quod quisq; iuris. Gabr. suis. commun. tit. de clausul. conclus. 2. nu. 110. per tex. in cap. si motu proprio. de præbẽd. in 6., ibi mera liberalitate impetrata &c.* sic ponderant. *Io. Andr. in cap. duobus. num. 7. de rescript. in. 6., ac etiam. Castrens. conf. 415. lib. 1 num. 4. circa fin. Staphil. de litteris gratiæ; & Iustitia. in tit. de vi. & effectu. clausularum. vers. clausula. motu proprio &c Menoc. præsumpt. 13. lib 2. nu. 3. in fine*; secus verò in litteris cõtentiosis, sine causæ cognitione emanatis. *per tex. in cap. constitutus, vbi DD. de rescript.*, vbi erat geminatum rescriptum Papæ, & tamen ibi deciditur, quod non valet, ob vitium subreptionis, & ideo in hoc casu geminatio istius rescripti ad lites, non habet vim motus proprij, nec tollit vitium subreptionis, *vbi Bald. Abb. Butr. & alii notant, ex illo textu*, siquidem quando Princeps motu proprio rescribit, vtitur potestatis plenitudine. *Marches. de commissio. tit. de commissio. ano. caus. cap. 4. n. 75. post principium. &c. per Felin. in cap. causamq; 2. nu. 7. de testibus*, vbi circa med. addit, hanc clausulam motus proprij, non firmare gratiam, nisi in his, in quibus Princeps habuit plenam notitiam, & intercessit certa scientia, *vbi etiam. nu. 9. circa med. dicit d. c. si motu proprio*, loqui tãtum in beneficialib. & sic in gratiosis, propterea ista secunda iussio, nõ dat robur litteris nullis, & subreptitijs, vt hic. *Iason. elegãter. not. in l. nec damnosa. nu. 5., post princip. vers. in aduerte &c. C. de precib. Imper.*

per. offerend. nec opinio. Balds. in eadem. l. nec damnosa, repugnat huic sententiæ, cum illa habeat locum in alijs concessionibus, quàm in gratiosis, & beneficialibus, vt in specie trad. Dec. in d. l. si quis iniquum. nu. 5. in fine, & alij. DD. supra relatis, nam propriè clausula motus proprij, tollit vitium subreptionis. Roman. cons. 327. nu. 9. Alexan. Trentacinq. var. resolut. 10. 1. resol. 5. de rescr. n. 30., cum sequ. Barbosa. de clausul. clausula. 37. num. 13. & gratiam confirmat. Bald. in d. 3. nu. 2. C. de crimin. sacrileg; modo, constet de mente, & scientia concedentis. Gigas. de pension. q. 22. nu. 15. Barbosa. qui sup. nu. 18., cum etiam hæc clausula motus proprij arguat Principem velle illum actum facere, & quod ritè omnia præcesserint: Gomes. in cap. 1. n. 197. circa med. de constit. in rescriptis vero ad lites non ità, cum sine causæ cognitione emanent. l. etsi non cognitio, vbi Bald. & DD. & l. prascript. C. si contra ius; in litteris vero gratiosis, geminata concessio, habet vim motus proprij, & dispensationis, quando constat de certa scientia Principis, secundum. glos. in cap. 1. in vers. noscatur. de Constit. in 6. ità etiam not. Ripa. in d. cap. si quando. nu. 17. in fine de rescript; tum etiam quia, sicut per litteras ex certa scientia emanatas, tollitur lex contraria; ità si fuerint motu proprio emanatæ. Gomes. in cap. 1. de constit. num. 198. per litteras autem Iustitiæ non tollitur lex contraria, cum propriè nil aliud continere possint, quàm ius cōmune. Mandos. in rubr. de rescript. nu. 17. & 18. Burgos. in cap. 1. nu. 94. de rescript., videtur ergo concludendum, in huiusmodi litteris ad lites, vbi scilicet fuerint primæ per subreptionem extortæ, licet secunda iussio emanet, attamen non dari robur litteris nullis, & subreptitijs, & sic geminationem rescripti, in hoc casu, non habere vim motus proprij, nec tollere vitium subreptionis. Iason. in d. l. nec damnosa. nu. 6. circa med. C. de precib. Imp. offer. siquidem etiam eadem ratione, qua nō tenetur Iudex parere primis lris subreptitijs, & nullis eadem ratione non tenetur parere secundis, ità scripsit Ripa. in d. cap. si quando num. 17. de rescript., vbi Felin. Bald. & alij. notant &c., cum regulariter rescriptis nullis, vel iniustis, obediendum non sit. Gambа decis. 47. n. 1. & 2. Farinac. qu. 97. num. 3. sua prax. crimin. Borell. cons. 24. nu. 18. Scaccia. de Iudic. cap. 57. num. 9. Aldonin. cons. 14. nu. 57.

106 † Centesima quinta existit differentia, in litteris. n. ad lites, non tenetur impetrans de exceptione rei mentionem facere, ante libelli oblationem. Butr. in cap. 1. delit. contest. in 6. nu. 20. in fine; secus vero in litteris gratiosis, alias essent subreptitiæ. Io. Monachus. & Io. And. in dict. cap. 1. de lit. contest., vbi. Butr. in fine. Host. Io. Andr. & alij. in cap. cum ordinem, & cap. super litteris. de rescript.; vbi Imola. & alij. notant &c.

107 † Centesima sexta est differentia, quoniam in litteris gratiosis, falsa latinitas vitiat eas, per text. in cap. ad audien. 1. de rescript., vbi Abb. Felin. nu. 1. & seq. & alij; Secus vero in litteris ad lites. cap. apostolica. 35. quæst. 9. Bald. in specie. trad. in l. Imperator. nu. 2. & 3. ff. de stat. homin. Marches. de commissio. part. 1. c. 3. num. 59. Verùm non dicitur falsa Latinitas, licet desit verbum, orationem perficiens, quia subauditur. l. verbum volo. C. de fideicom. & Ripa. in cap. de quo vult Deo. nu. 38. de Iud. declara alijs modis, vt per Bald. loco. citato, & nu. 4. & sequ. & limita. 11. mod. vt per Felin. in d. cap. ad audien. 1. à nu. 3. vsq; ad fin. de rescript. vbi nu. 7. dicit quid sit barbarismus, & solœcismus.

108 † Centesima septima est differentia, quia gratia anterior præfertur posteriori, vbi non adsit clausula derogatoria. Cardin. Seraphin. decis. 318. nu. 1. & 6. Abb. in cap. 1. num. 6. & 7. de rescript. Bellamer. decis. 333. secus vero in litteris ad lites, nam per secundum rescriptum censetur primum reuocatum, quando de primo fuit facta mentio. per DD. omnes. in cap. cæterum. de rescript. & ideò posteriores præferuntur primus, quod intellige, quando constat de mente Principis, & tunc debent intimari primo Iudici, ad hoc vt processus per eum fiendus nullus efficiatur. Boer. decis. 347. num. 16. & 17. & latius declarauimus in suo proprio titulo, quando scilicet primum rescriptum censeatur per secundum reuocatum, vt in cap. 28. part. 2. §. 3. vide supra. hoc prælud. nu. 99.

109 † Centesima octaua est differentia, in gratiosis enim litteris, acquiritur ius ignoranti ex sola gratiæ concessione, vt in cap. si tibi absenti. de præbend. in 6. (quod intellige non exercitij, sed tantum beneficij), at secus in litteris ad lites, nam ante earum præsentationem, non est acquisita efficax iurisdictio. Bald. eleganter. in l. beneficium. num. 15. ff. de constit. Principum per Innocen. in cap. ex conquæstione. de restitut. spoliat. Marches. de commissio. par. 1. cap. 3. num. 41. vide supra. nu. 52; secus vero post præsentationem. Verall. decis. 324. par. 1. num. 4. Marches. d. cap. 3. nu. 75.

110 † Centesima nona est differentia, in litteris inquam ad lites delegatorijs, casus omissus non comprehenditur sub expresso, secus verò in gratiosis, vt per Paris. in addit. ad Bart. in l. Gallus. §. & quid si tantum. in littera. E. in verbo ad alium &c. ff. de lib. & posthu. per cap. susceptum. de rescript. in 6; secus verò in litteris delegatorijs, quæ per litteras patentes emanant, nam eo casu, cum sit commissio generalis (prout fit Conseruatorib.) tunc bene se extendit ad lites futuras, licet in precibus non sint expressæ. Io. Andr. in cap. ne aliqui. nu. 1. de hæret. in 6. nam primum rescriptum de Iustitia, est stricti iuris. Verall. decis. 153. par. 1. nu. 2. istud autem est fauorabile. Io. Monach. in cap. fin. de rescript. P. Grego. tradit. in cap. quia nonnulli. de rescript. nu. 6. lib. 2., vbi inquit delegationem Iudicis ad lites, intelligi de existentibus tempore impetrationis, non autem pro futuris, & ideo Conseruatoribus etiam committi futura negotia, & tunc ad tempus datæ refferri, in alijs verò ad tempus præsentationis, per text. in cap. cum te, vbi Felin. Abb. Barbosa, & alij. de rescriptis. Hinc oriuntur delegati, & Conseruatores à sede Apostolica constituti, in diuersis negotijs, per text. in cap. 1. & fin. de off. deleg. in 6. P. Grego. in cap. 10. lib. 1. de rescript. nu. 7. videas cum &c. & cap. audita. de restit. spoliatorum &c. cum similibus, prout quando delegantur causæ alicuius loci Pij, vel Collegij cū similibus. Marches. de commissio. tomo. 1. cap. 3. nu. 12 circa med.

111 † Centesima decima est differentia, in litteris etenim ad lites, & causarum commissiones, error nominis proprij, non vitiat rescriptum, quando de corpore constat, vt per Felin. in cap. significante. nu. 5. & 7. de rescript. puta si esset error in nomine appellatiuo. Marches. de commissio. par. 1. cap. 2. nu. 89; secus verò in litteris beneficialibus, & gratiosis. Felin. d. cap. significante. nu. 2. & 3. Marches. qui supra. cap. 3. num. 17. part. 1. de commissio., limita, & declara, vt per Felin. d. cap. significante. per totum. de rescriptis.

112 † Centesima vndecima est differentia, istæ enim litteræ gratiosæ, quæ per viam restitutionis in integrum, emanant, omnia in pristinum absolutè restituunt, nec ab eis datur appellatio. Cap. Tholos. in addit. decis. 54. ibi, idem quando &c.; in literis vero Iustitiæ, cum emanent prout de iure, ab earum executione datur appellatio. Io. Andr. Abb. & alij. in cap. sciscitata., vbi glosa. de in integrū. rest. Specul. in §. fin. de restit. in integr. Marches. de commissio. par. 2. tit. de restit. in integr. cap. 1. nu. 63., vbi nu. 65. addit, similiter per gratiosam restitutionem, à Principe contra sententiam concessam, omnes actus prius factos, annullatos remanere, & non in alia Iustitiæ, sicut etiam in restitutione ad appellandum non tolluntur gesta in causa, per Bald. in addit. ad Speculator. loc. citato. in verbo. cui restitutio &c. Propterea pēdente dicta restitutione, prout de iure, altera pariter gratiosa, requiri poterit, quæ datur nedum aduersus

sen-

ſententiam; imò etiã aduerſus lapſus fatalium, vel quãdo cauſa inappellabilis eſt. *Marcheſan. loc. cit. num. 61.* & quomodo ſit impetranda, vel quando procurator infirmus extitit, vt ibi nu. 71. 79. & 80. ſecus vero in maiore niſi dolus adſit, vt ibi nu. 92.

113 † Centeſima duodecima differentia eſt, quia ſignatura Iuſtitiæ non ſanat nullitates ex tribus ſententijs in cauſa latis; ſecus vero per litteras gratioſas, *vt per D. Marcheſan de commiſſion. in tit. de commiſſio. ſanat. nullit part. 2. cap. 3. num. 31.*, vbi atteſtatur ità ſeruari in Rom. Cur., & ibi addit, hoc ceſſare in illo ſacro Trib. Iuſtitiæ, vbi ſtrictè Iuſtitia dictante reſcribitur, videas eum &c.

114 † Centeſima decima tertia eſt differentia, quoniam in gratioſis, narrata ſuccedunt loco cauſæ, quia ea falſa exiſtente, nullũ omninò redditur reſcriptũ, *vt p Mohed. decis. 304. Innocent. in cap. ſuper litteris, vbi Felin. Abb. Barboſ. & alij de reſcrip. Accoramb. decis. 17. Marcheſ. de commiſſio. par. 2. tit. de commiſſio. admiſſio ad cap. peruenit &c. cap. 1. nu. 65. 66. & 70.*; ſecus vero in litteris ad lites, quia Princeps non mouetur ſuper narratis, ſed ſuper lite, quæ eſt, vel eſſe ſperatur. *Caſtrenſ. in l. & ſi legibus, vbi. Bart. Bald. Salyc. & alii. C. ſi contra ius &c.* nam tacitè conditionis, ſi ità eſt, in litteris ad gratias, impedir litteras, ne producantur in eſſe; ſecus ad lites, quia præceſſit origo, *vt per Bald. in cap. cum adeo. nu. 9. de reſcript.*, vbi cæteri ſcribentes notant &c.

115 † Centeſima decima quarta eſt differentia, inter litteras gratioſas ſubrogationis, & litteras contentioſas mandantes ſubrogari, quia primæ conceduntur per Principem, ſecundæ vero per Iudicem delegatum. *Mandoſ. de ſign. gratia. tit. de ſubrogationibus. Mohed. decis. 327. fuit reſolut. &c. Lancellott de atten. par. 2. cap. 4. in præfat. nu. 182.*, Cùm etiam in hac contentioſa, & ſeu rigoroſa non eſt danda poſſeſſio, niſi prius diſcuſſo iure authoris, in cuius locum fit ſubrogatio, quinimò executor partes audire debet, & eorum iura. *Rota. decis. 10. alias 411. col. fin. in fin. in nouiſſ. in tit. vt lite pendente. Cardin. conſ. 145. in princ.*; ſecus vero in gratioſa, *Lancellott. d. cap. 4. in præfat. nu. 183. & declara vt ibi. nu. 184. 185. & ſeq. tit. de attent. lite pendente. Mandoſ. loc. citato.* quãdo autem poſſeſſio eſſet capta poſt litem, tunc dicitur intruſa, & attentata. *Gigas. ſuo tract. de intruſio. nu. 2. Felin. in cap. in noſtra. de reſcript.*. Verùm habens gratioſam ſubrogationem, dicitur habere fundatam intentionem, non ſolum ad ius, ſed etiam ad poſſeſſionem, & ad litis proſequutionem. *Seraphin. decis. 596. nu. 2. per Mohedan. d. decis. 327.*, prout etiam hæc ſubrogatio gratioſa, locum habet in benefitio litigioſo. *Seraph. decis. 990. nu. 1.*

116 † Centeſima decima quinta exiſtit differentia, quoniam reſtitutio Iuſtitię, magis prouidet, & pinguior dicitur, quam illa, quæ fit per viam gratiæ, *vt per Iaſon. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum nu. 73. ff. de liber. & poſthum. Peregr. de iur. fiſci lib. 5 tit. 2. num. 4. Barbobus de filiis. famil. qu. 24. nu. 14. Odd. de reſtit. in integrum qu. 91. nu. 24. & 25.*, ſi quidem Mediolani, reſtitutio, quæ fit per gratiam Principis noſtri Bannito in cauſa criminali, non recuperat bona, *vt per Peregr. de iur. fiſci dicto. tit. 2. bannitis nu. 43. Boſſ. tit. de remed. ex ſola clem. Principis nu. 7. Clar ſua prax. § fin. quæſt. 59. verſ. quare numquid &c.* ſecus vero per viã Iuſtitiæ petendi ſe admitti ad nouas deffenſiones *per Cæſar. Conſt. in tit. de accuſat. in fin. idem not. Boſſ. in tit. de litteris. ad nou. deffenſiones. in prin. Clar. §. fin. quæſt. 44. verſ. facta autem &c. & quæſt. 94. ad fin. Odd. de reſt. in integr. d. qu. 91. nu. 26. & 27.*, & diximus etiam in tit. de explicatione litterarum gratioſarum in cauſis homicidij in rixa. parte. 2. cap. 10. nu. 21. & ſeq.

117 † Centeſima decima ſexta oritur differentia, quoniam in litteris gratiæ, & contra publicam vtilitatem, maior examinatio eſt habenda; quam in litteris Iuſtitiæ. *Innocen. in cap. ad falſariorum. de crimine falſi. Epiſcopus Caſſador. decis. 10. num. 4. in fine. de præbendis. per extrauagan. Alex. 6. videas ibi per text. in cap. ſuper litteris, vbi Barboſa. de reſcript.*

118 † Centeſima decima ſeptima oritur differentia, ſi quidem in iſtis litteris gratioſis, non eſt neceſſe facere mentionem de gratia per aduerſarium obtenta, quæ eſſet nulla; ſed tantum de gratijs per ſupplicantem obtentis, *vt per Molinum. in ſuo aureo repertorio, in verbo gratia obtenta per poſſeſſorem, vbi citat. Roman. in ſuis conſilijs. DD. de Rota. decis. 25. alias. 310. de reſcript. in nouis. vide Maſcard. de probat. concluſ. 846. nu. 20.*; ſecus verò in litteris ad lites, nam & de reſcripto per aduerſantem obtento, tenetur impetrans mentionem facere. *Menoch. de arbitrar. Iud. caſu. 202. num. 62. per N. C. de reſcript. §. quicumque &c.*

119 † Centeſima decima octaua erit differentia, quia in iſtis litteris ad lites, ex pluribus narratis, ſufficit alterũ verificare; ſecus verò in litteris gratioſis, quando mouerunt Principem ad concedendum. *Garcias. de beneficiis, par. 6. cap. 2. §. 2. nu. 191. & 193. & ſeq. per Rot. decis. 7. in nouiſſ. de reſcript. Creſcent. decis. 1. de feriis. Lapus. allegat. 23. & 24. Maſcard. de probat. concluſ. 325. nu. 8.*; at ſecus in gratioſis, cum teneatur omnia, verificare. *Garcias. qui ſupra. dicto. cap. 2. nu. 189. & 190. per Egid. decis. 735. & decis. 280. Put. decis. 69. tamen declara, vt per Seraph. decis. 443.*

120 † Centeſima decima nona erit differentia, quia in iſtis gratioſis ſubreptio, nedum vitiat, quando fuit cauſa finalis, & inductiua conceſſionis; verùm etiam ſi eſſet impulſiua, & illum induxiſſet ad facilius cõcedendum, ſecus verò in litteris ad lites, modo ſubreptio non eſſet doloſa. *Garcias. d. tract. de beneficiis. par. 6. §. 2. cap. 2. nu. 200. & 201. per Creſcent. decis. 8. de præbendis &c.*

121 † Centeſima vigeſima exiſtit differentia, quia in iſtis litteris ad lites, ſubreptio non vitiat, quamuis quædam fuiſſent tacita, vel expreſſa, & nihilominus Princeps litteras conceſsiſſet, *per tex. in cap. ſuper litteris, vbi Abb. Felin. Butr. Dec. Beroius, & alii de reſcriptis*, ſecus tamen in gratioſis, quia non ſufficit, quod Princeps litteras nihilominus conceſſiſſet; ſed requiritur, quod facta ſit prouiſio, vt idem. *Dec. d. cap. ſuper litteris declarat num. 6. circa fin. verſ. & ideo verior videtur*, vbi addit, ſecundam regulam tex. cap. ſuper litteris, non procedere in benefitialibus, *per gloſ. in cap. ſi motu proprio. de præbendis in 6. vbi Io. Andr. & alii. idem trad. Garcias. de benefitiis. par. 6. §. 2. cap. 2. nu. 202. per Io. Andr. & Dec. in d. cap. ſuper litteris. nu. 18. videas Ganzam. loco citato.* ſicut dicimus in Teſtatore, quia non ſufficit teſtatorem ita voluiſse, niſi diſponat, *per tex. in l. quidam cum filium vbi Bald. & ff. de hæred. inſtituend. videas Dec. loc. citat.* latiùs declarat.

122 † Centeſima vigeſima prima eſt, quoniam in litteris ad lites, habet locum extenſio, quo ad conſortes; ſecus ad gratias. *Caſtr. in l. 1. nu. 2. C. de diuerſ. reſcriptis. n. 6. P. Greg. cap. 52. num. 4. lib. 1. de reſcript. Cran conſ. 45. nu. 2.*

123 † Centeſima vigeſima ſecunda oritur differentia, quia litteræ ad lites ſubreptitiæ, vbi Iudex pronunciet ſe competentem, aſſumunt vigorem, ſi ab ea ſententia non fuit appellatum, *vt per Abb. in cap. cæterum. nu. 96. circa med.*, *vbi Dec. Felin. & alii de reſcript.*; ſecus verò in litteris gratioſis. *Bald. in cap. cum adeo. nu. 9. de reſcr.*, quia cum nullę ſint à principio, non reconualeſcunt. *Oldrad. conſ. 216. nu. 3. per tex. in cap. dudum. de electione*, & in iſtis gratioſis, dicit tempus datę, eſse inſpiciendum; *per tex. in capitulo eam te. de reſcript.*; ſecus in litteris ad lites &c.

124 † Centeſima vigeſima tertia aderit differentia, quia ſubreptio in litteris ad lites, non procedit, niſi Princeps nullas prorſus litteras dediſset; ſecus in gratioſis. *Dec. in dicto c. ſuper litteris. n. 6 circa med. per illum text. ibi:*

ſi

si vero per huiusmodi de rescr. Seraph. decis. 653. num. 5., cum quælibet subreptio vitiet. *Costa. de facti scient. dist. 15. nu 3. cent. 1.*

125 † Centesima vigesima quarta oritur differentia, quia in litteris gratiæ, vbi apponitur clausula, amoto illicito detentore, tunc non est necessaria mentio possessionis; secus verò si apponitur in litteris merè executorijs. *Gabr. fuis. commun. in tit. de acq., vel amittend. possess. concl. 3. nu. 16. & 17. Butr. in cap. cum in nostras. de concess. preben. col. 3. Felin. in cap. in nostra. v. 32. corrolario. 36. de rescript. vers. 2. nota &c. Rota. decis. 32. eod. tit. in antiqu.*

126 † Centesima vigesima quinta erit, siquidem rescriptum rationi congruit, differt à rescripto perinde valere, cùm hoc confirmet id, quod erat inutile, irritum, & inane; primùm verò nullo modo confirmat, nisi impetrationem ratam, sed non absolutam, & perfectam. *P. Azor. instit. moral part. 2. lib. 7. cap. 31. littera. E. col. 932. Barbosa. de clausul. claus. 72. nu. 4. Mendez. à Castro. in prax. Lusitan. lib. 2. cap. 3. nu. 21.*

127 † Centesima vigesima sexta, quoniam in litteris ad lites, vbi plura copulatiuè narrantur, quorum alterum per se sufficit, tunc valet, secus ad gratias. *Io. Andr. in cap. licet. de probatio. vbi Felin. nu. 40. & seq. Rota. decis. 7. nu. 1. & 2. de rescript. in nouis. Achil. decis. 11. eod. tit.*, nisi illa apposita copulatiuè, venirent qualificatiuè ad aliud; secus in gratiosis, quia vtrùmque probari debet. *Marchesan. de commissio. in titul. de commissio. auocat. caus. cap. 4. num. 97. in fine. vide Verall. decis. 248. parte. 2.*

128 † Centesima vigesima septima est differentia; nam litteras Iustitiæ præsumitur potius Princeps concedere voluisse, quàm gratiæ. *Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 16. nu. 19. Gomes. in rubr. de rescript. n. 16., vbi Ripa. n. 17. & est communis opinio.* vt per Gomes. d. nu. 16. circa med., vbi Crott. Burgos. & alij.*

129 † Centesima vigesima octaua erit differentia, quoniam clausula si præces &c. in litteris ad lites subreptitijs, iurisdictionem delegati non impedit, quòminus cognoscere possit, & iudicare. *Barbosa. de clausulis, clausul. 97. nu. 7. Marta. eod. tit. clausul. 71. nu. 4. & 5.*, in gratiosis verò, non item, quia per subreptionem nulla tribuitur executori iurisdictio. *Bald. in cap. ad audientiā. 2. nu. 7. & 12. Butr. nu. 16. & ibi. Felin. nu. fin. circa fin. de rescript.*, poterit tamen cognoscere, an sua sit iurisdictio. *Calcan. cons. 77. nu. 4. Abb. in cap. ex parte. Decani. n. 4., vbi Butr. & alij de rescrip.*, prout etiam posset inuestigare, (vt ità loquar) de subreptione; *vt per Bald. in cap. de cætero. nu. 1. in fine. per Innocent. ibi. de senten. & re Iud.*

130 † Centesima vigesima nona oritur differentia, quia subreptio in gratiosis opponitur, vsq; ad sententiam, quando perhemptoriè opponitur, secus ad lites. *Robuff. in tit. de rescript. in præf. tomo 2. nu. 138. per Innoc. & alios. in cap. constitutus. in fine. de rescr. limita, vt per Felin. ibi &c.*

131 † Vltima differentia erit, quia in litteris gratiæ signatura attenditur; secus ad lites, *vt per Seraph. decis. 922. nu. 4. Crescent. decis. 47.*

De explicatione litterarum Senatus, in causis positionum &c.

PRAELVDIVM. X.

COMPENDIVM.

1 *Contumax in respondendo positionibus, non aliter admittitur, nisi per litteras Senatus, modò res sit integra, & reffectis impensis contumaciæ, & quomodo.*

2 *Res integra, in respondendo positionibus, dicitur, donec secuta fuerit sententia, vel preceptum executiuum super meritis, quod etiam ex Senatus Consulto Mediol. comprobatur, vt hic in fine.*

3 *Mora purgatio, non aliter admittitur, nisi reffectis impensis contumaciæ, re tamen integra existente.*

4 *Clausula reffectis impensis, importat conditionem; ità vt illa, ante omnia impleri debeat.*

5 *Rescriptum impetrari potest, vt præfigatur terminus aduersario, ad impensas liquidandum, & quando.*

6 *Iudex ad vlteriora procedere non poterat, nisi prius expensis reffectis, & quando vt nu. 10.*

7 *Clausula reffectis impensis in litteris Senatus apposita, importat, vt oblatio verbalis circa impensas soluendas, non sufficiat.*

8 *Declara primam regulam, litteras in causis positionum in facti causa subreptas, nullius esse momenti.*

9 *Declara secundam regulam, in causa scilicet iuramēti pro relato præstiti, rem non dici amplius integram, ex decreto ampliss. Senatus nostri.*

10 *Declara tertiā, vt vbi expensa contumaciales, non sint liquida, nec taxata, tunc sufficit fieri depositum, & quomodo.*

11 *Declara quartam, quod vbi aduersans nollet expensas recipere, eo etiam casu sufficeret fieri oblatio, cum deposito, iuxta praxim fori, & ibi declarātur littera Senatus, & nu. sequ.*

12 *Declara quintam, quod quando agitur non de expensis contumacialibus, sed de alijs in principali causa factis, tunc non procederet dispositio litterarum, nec petitio aduersantis.*

13 *Declara sextam, non posse Iudicem scilicet, taxationem expensarum per eum factā reuocare, cū nō res diceretur amplius integra, limita, vt ibi in fine per Authorem.*

14 *Declara septimam, vt vbi expensa contumaciales non petantur, tunc censentur remissa, etiam his litteris nostris non attentis.*

15 *Res non dicitur amplius integra, vbi quis petat admitti ad respondendum positionibus in causa appellationis, quæ in prima instantia fuerunt in contumaciam pronunciata, quod etiā ex Senatus nostri consulto comprobatur, & ibi exactè declaratur per Authorem, vbi decisio * communem.**

16 *Res non dicitur amplius integra, vbi pignorum distractio, vel debiti solutio, facta sit, & quid de alijs rescriptis per subreptionem extortis, vbi optimo iure per Authorem nonnulla enucleantur.*

17 *Re nō integra, illud nō licet, quod alias, re integra liceret.*

18 *Errans in facto, in respondendo positionibus, re integra, potest errorem corrigere.*

19 *Responsiones subscribi debent à parte, & quomodo.*

20 *Procurator non potest nocere Domino, nisi in his, quæ ad mandatum spectant.*

21 *Positionibus sine præfixione temporis, non est respondendum, & cur?*

22 *Positiones coniunctiuè non copulanda, sed diuisim.*

23 *Mora purgatio, non impeditur, vbi executio sit facta à lege, vel ab homine.*

24 *Res non dicitur integra, post rellaxatum mandatum fideiussori.*

25 *Res non desijt esse integra, respectu caducitatis per Dominum declarata.*

26 *Ius parti, vbi esset effectum deterius, respectu expensarum, poterit mora purgari.*

27 *Res non dicitur integra, etiam respectu tertij, post emanatam executionem.*

28 *Contumax ex causa delicti, admittitur ad purgandum moram, modò intra biennium in carceribus se constituat, & non sit conuictus.*

29 *Littera à Principe possunt obtineri, vt ēt ista contumax, extra carceres audiatur & integra res præsumitur, donec contrarium probetur.*

30 Mora

mora etiam purgatur in causa appellationis, quando agi tur de debito soluendo, vel de adimplemento contractus.

31 *Contumax in respondendo positionibus, licet victoriam reporte in principali, attamen non recuperat expensas per eum solutas.*

32 *Responsio vnius, sufficit in connexis, limita, vbi alij ex eorum facto non fuissent interrogati.*

33 *Opponens de subreptione contra litteras de forma, incumbit onus probandi, & debet ei statui terminus &c. & quando.*

34 *Reus interrogatus, super positionibus, negare nequit summam debitam, licet in positione plus fuerit positum, cum non liceat totam positionem negare, sub pœna falsi* * *ex magis communi.* *

35 *Statutũ, cum disponat debere clarè, & apertè, absque vlla conditione respondere positionibus, intelligitur si positio fuit simplex, & cathegorica; secus si duplex, & qualificata. & quomodo, & ibi declaratur Statut. Mediol. cap. 83. vol. 1.*

36 *Positionibus quomodo respondendum, vbi quis interrogatur super Instrumentis.*

37 *Responsio, quod pecunias nõ recepit, & si apparet recepisse quod soluit, valet, & ibi declaratur Stat. 183. vol. 1.*

38 *Pœna contumaciæ, non transit in hæredem.*

39 *Positiones malè conceptæ, non habentur pro pronunciatis.*

40 *Per exhibitionem cedulæ non adimpletur conditio litterarum Senatus, & quomodo.*

41 *Iudex potest statuere terminum Procuratori ad faciendum comparere principalem.*

PRAELVD. X.



Noleuit ritus in hac Prouincia, vt contumax in respondendo positionibus admittatur, ad eis respondendum per litteras Senatus nostri, modo res sit integra, & solutis contumaciæ impensis. Verùm quia super earum litterarum intelligentia, diuersa in dies à litigatoribus subripiuntur rescripta, ità vt Iudicibus hesitandi locus relinquatur. Ea propter, adhoc, vt superinde rectus sensus habeatur, ad earum interpretationem erit deueniẽdum. In primis igitur sciendum est

1 † Hunc contumacẽ, non aliter esse admittẽdum, ad ipsis respondendum positionibus; nisi obtentis per Senatum litteris, purgataq; sit contumacia, vt in specie trad. *Rebuff. super Constit. Regn. Galliæ in tit. de contumac. art. 10. glos. vn. nu. 15. in fine, & in præfat. eiusdem tit. num. 27. per Bald. cons. 121. lib. 1. nu. 1. & 2.* & sic modo res sit integra, & præcesserit comminatio. *Osasc. decis. 71. nu. 59. Mariscott. var. resol. cap. 115. lib. 2. num. 2.* & reffectis impensis contumaciæ. *Apostillator. ad Mediolani Stat. cap. 76. nu. 91. vol. 1. Rebuff in tract. de expensis. art. 5. glos. vn. nu. 46. Plot. in l. si quando in verbo. decretum de Iudic.*, Et licet ipsæ litteræ clausulam, cõtumacia scilicet non obstante, non contineant; attamen cum ex certa scientia Principis emanent, censetur eam contumaciam Princeps, vel Senatus indulgere, vt in specie trad. *Baldus. dicto cons. 121. lib. 1. num. 2. Dec. cons. 388. nu. 3. Rebuff. d. tit. de contuma. in præfat. num. 27.* & ideò cum constet ex ipsis litteris de certa scientia Principis, non est necessaria dicta clausula non obstante &c. *Felin in cap. nonnulli. nu. 11. circa med. de rescrip. vers. fallit 4. &c. Rota. decis. 52. in nouiss. eod. tit. nostro. per glos. in cap. 1. de constit. in verbo noscatur.*

2 † Res autem dicitur integra in hac positionum hypothesi, donec super meritis secuta fuerit sententia, vel aliquod preceptum executiuum emanatum, intra enim illud tempus contumacia, secuta purgari poterit. *Cynus. in l. 2. §. quod si alter. C. de iuramen. calumn. Cumag. in l. si in insulam. 84. num. 13. & ibi. Alex. num. 29. & Bart. nu. 15. ff. de verb. obligat. Osasc. decis. 71. nu. 56. circa med. Orian. in terminis. suo tract. de probatio. in tit. de responsio. positio. nu. 13. in fine: Ioseph. decis. Lucens. 44. n. 55. & 56. Magon. Rot. Florent. decis. 132. nu. 13. Capyc. decis. 202. & 41. Bart. in l. si. quis. §. si plures. n. 1. ff. Iudicat. solui. & in l. si maior. nu. 3. C. de transactio. Apostill. ad Mediol. Stat. cap. 73. nu. 42. & cap. 76. nu. 93. & cap. 83. nu. 166. vol. 1. Menoch. cas. 7. nu. 11. de arbitrar. Mariscott. var. lib. 2. cap. 125. num. 2. Michalor. de position. cap. 46. nu. 2. & nu. 4.*, & fuit pariter decisum per Senatum nostrum ampliss. anno. 1615. sub die 4. Decembris refferente per Ill. Senatore D. Hieronymo Parauicino, ☞ in causa inter Consortes de Brugnolis, coram illo vertente, ipsoq; Senatù superinde consulto, fuit responsũ, rem non dici amplius integram, post secutam sententiã, & præceptum executiuum emanatum, nec proinde esse partem admittendam ad respondendum narratis positionibus, sed ad vlteriora procedendum &c. *Rebuff. super Const. Regn. in tit. de contumacia. art. 13. glos. vlt. nu. 49.*, vbi inquit, Senatum Galliæ anno. 1537. mense Februario, declarasse, vt vbi etiam contumax admitteretur ad respondẽdum, reffectis expensis, attamẽ id, quod antea erat ordinatum valere, & sic esse exequendum, absq; alia declaratione, hocq; etiam decretũ fuisse pro lege seruandum, vt ibi legitur &c. quòd quidem nedum de æquitate canonica, imò etiam ex iuris ciuilis dispositione obseruandum esse tradit. *Mant. decis. 270. n. 4. & 5. Verall. decis. 230. nu. 3. par. 2. Seraph. decis. 591. nu. 7. &* * *est communis opin. Ludouis. Pont. decis. 559. nu. 10. Raudens. de Anal. cap. 37. Marisc. var. resol. lib. 2. cap. 125. nu. 2. & 31. 17. & 18.* Verùm huiusmodi

3 † Moræ purgatio, non aliter erit admittenda; nisi reffectis impensis contumacialibus, re tamen integra existente. *Rot. decis. 803. par. 4. in nouissim. Paris. cons. 108. nu. 15. vol. 4. Rebuff. super Const. Regn. in tit. de expensis. art. 5. gl. vn. nu. 38. Menoch. de arbit. casu 36. nu. 1. Osasc. d. decis. 71. nu. 57. & 59. Rugin. de appell. §. 6 gl. 8. num. 13. & ante eum. Apostill. ad Mediol. Stat. cap. 10. nu. 103. circa finem. vol. 1. Brederod. de appellatio. tit. 27. part. 2. in vers. cõtumax &c. Ludouis. decis. 559. n. 10. circa med. vers. limitatur. 2. &c. Afflict. decis. 187. nu. 5*, siquidem

4 † Hæc clausula reffectis impensis, importat conditionẽ, ità vt ante omnia impleri debeat, alias nullũ erit quicquid actum est. *Sarnens. in compend. verinsq; signat. in reg. de non. Iudican. iux. form. commissio. vers. sed contra &c. Verall. decis. 150. num 5. par. 1. Marchesan. de commissio. in tit. de commissio. sanat. nullitat. cap. 3. nu. 60. Paris. cons. 108. num. 15. lib. 4.*, ideò, vbi hæc forma litterarum non adimpleatur, actus efficiuntur nulli. *Cardin. Seraphin. decis. 1100. num. 3. Mastrill. decis. 70. num. 12. part. 1. D. Ludouis. decis. 1. num. 1. & 2. decis. 518. nu. 2.* Propterea

5 † Petens procedi ad vlteriora, ipsæ tales expensas liquidare eas faciet, cum etiã impetrare poterit litteras à Senatù, ad hoc vt præfigatur terminus aduersario, ad eas impensas liquidandum; hanc praxim docet. *D. Ludouis. Pont. decis. 503. num. 6. circa med. vbi Beltram. per Martam de claus. par. 1. clausula. 91. n. 5. vers. vade iuxta &c.* Verùm cum agatur de modicitate impẽsarum, vel breuiter taxantur; vel solet fieri depositum apud acta, iuxta etiam notata per eundem. *Beltram. ad eandẽ. decis. 503. nu fin.* & etiam in specie infra dicemus.

6 † Iudex igitur, ad vlteriora procedere nequibit, nisi prius istis expensis reffectis. *Decius. cons. 34. num. 6. per text. in l. sancimus. C. de iudic. Put. decis. 72. num. 23. & decis. 168. num. 4. lib. 2. Felin. in capitulo litteris. vbi scribentes de off. deleg. Ruginell. de appellatio. gl. 8. §. 6. num. 13. & cap. 18. pract. quæst. nu. decimo nono. Mastrill. dicta decis. 70. num. duodecimo*, & ideò isthæc

7 † Clausula reffectis impensis, in litteris Senatus

opposita, importat, vt oblatio verbalis circa has impẽsas non sufficiat. *Cardin. Put. decis. 119. in fine lib. 1. D. Ludouis. decis. 492. num. 9. Marta. de clausul. clausul. 134. part. 1. Gratian. disceptat. Forens. cap. 786. num. 16.*, siquidem hoc ablatiuum absolutum, refectis &c. debet adimpleri in forma specifica, & non per equipollens; *idem Ludouis. d. decis. 492. num. 8. Rugin. pract. quæst. dicto cap. 18. num. 29. Verall. decis. 150. num. 5. par. 1.*

8 † Declara primam regulam, vt vbi litteræ per Senatum emanatæ in causis positionum, essent obreptæ in facti causa, tunc .n. non valerent. *Bald. cons. 121. lib. 1. num. 1. & 2. per text. in cap. super litteris, vbi Berouus. Gloss. Barbosa. & moderni. de rescript.*, prout quando subreptio concerneret ea, quæ sunt facti, de quibus Princeps si sciuisset, litteras vtique non emanasset. *Baldus. in l. præscriptione. num. 20. & sequen.*, *vbi Castrens. Fulgos. & alij. C. si contra ius &c.*, & sic falso impetrans per contumaciam, in non respendendo positionibus, deberet condemnari, *vt idem Bald. concludit in dicto cons. 121. num. fin. circa finem.*

9 † Declara secundam regulam, vt scilicet in materia iuramenti pro relato præstiti, dici non posse rem esse amplius integram, & sic moram purgari non posse, neque prætextù harum litterarum de forma, vt vbi res sit integra &c. *per decreta Senatus nostri ampliss. diei. 19. Ianuarij. anni. 1589. in §. iuramento præstito pro relato &c. Costa de re integra. distinct. 75. num. primo. & octauo. Bursat. cons. 281. num. 8. lib. 3. Mastrill. decis. 259. num. 4. Seraphin. de priuileg. iuramen. priuileg. 48. num. vigesimo secundo. Grat. responso. 93. num. 69. Caball. resolut. crimin. casu. 212. num. vigesimo quarto. & seq.*

10 † Declara tertiam, vt vbi expensæ non sint liquidæ, nec taxatæ, tunc sufficere fieri depositum solidorum quinque cum oblatione soluendi residuum, vbi plus constabit apparere. *Rota. decis. 715. num. 1. part. 1. in recentio. Iason. in l. sancimus. num. 13. & sequ. C. de Iudic. Fanus. de pignoribus part. 5. princip. monit. 3. secund. part. num. 5. Ruginell. de appellatio. §. 2. cap. 3. num. 925. in fin. Rebuff. tract. de expensis. art. 5. glos. vna. nu. 47. D. Ludouis. decis. 503. num. 6. circa med.*, & latius ibi declaratur, limita non procedere in causis attentatorum, & spolij. *Verall. decis. 150. num. 6. par. 1.*

11 † Declara quartam, vt vbi aduersans, nollet expensas recipere, tunc sufficere fieri oblationem, & depositum, iuxta praxim fori. *Rebuff. super Constit. Regni. in tit. de expensis. art. 5. glos. vn. num. 38. Cumia. super ritibus. magnæ. Curiæ. cap. 73. num. 32. & 33. Apostillator. ad Mediol. Statut. cap. 10. num. 141. in fine. vol. 1. per illum text. ibi vel per actorem steterit & c. Ias. in d. l. sancimus. num. 14. C. de Iudic. Dec. d. cons. 34. circa fin. Ità etiam censuit Senatus. Galliæ. anno. 1515. die. 25. Iunij. Rebuff. dicto tit. de expens. art. 1. glos. vnic. num. 57.* Conditio enim habetur pro impleta, si non stet per implere debentem. *Putr. cons. 57. nu. 3*, & sic declarantur istæ litteræ positionum &c.

12. † Declara quintam, vt vbi ageretur, non de expensis contumacialibus, sed de alijs in principali causa factis, tunc non procederent litteræ, nec petitio aduersantis. *Orian. in cap. Quoniam contra. de probatio. in tit. de expensis. num. 28. Cumia. super ritibus magnæ. Curiæ. cap. 93. num. 13. & 14*; nam expensæ ratione victoriæ, & contumaciæ differunt; nam in contumacialibus, redum necessariæ, sed etiam vtiles sunt resarciendæ; secus verò in alijs, quia tantum vtiles veniunt. *Rebuff. tract. de expensis. art. 8. glos. vn. num. 23*; cum etiam contumaciales debeantur statim, si petantur, secus verò in alijs. *Rebuff. qui supra art. 5. glos. vna. num. 46 & 54. Rug. de appell. §. 2. cap. 3. num. 937. & 924. & de expensis retardati processus. idem Rug. pract. cap. 18.*

13 † Declara sextam, Iudicem scilicet non posse taxationem expensarum per eum factam, amplius reuocare, cum res non dicatur amplius integra, imò dicitur functus officio suo. *Rebuff. super Constit. Regni. in dicto tit. de expensis. art. 5. glos. vn. num. 32. Crauet. cons. 216. num. 23. Magon. in decis. Rota. Florent. 61. num. 11.*, cum dicatur integra vsque ad sententiam. *Ioseph. decis. Lucens. 44. num. 55. & 56. Tepat. var. sentent. in tit. de error. calculi 152. cap. 10*; nam per statutum Mediolani. cap. 10. volumine primo, potest Iudex prius expensas taxare, deinde actor iurare super ipsis expensis, iuxta etiam iuris communis dispositionem, *per text. in auth. post iusiurandum. de restitut. spoliatorum. in 6. Calcan. cons. 7. in titul. de re Iud*; in Gallia autem prius actor iurat, deinde Iudex eas liquidat, prout etiam quandoque obseruatum vidi, attenta harum impensarum modicitate. *Rebuff. super Constitut. Regn. tit. de expensis. art. 5. glos. vna. nu. 10.* Limita primam regulam, non procedere, quando taxatio expensarum esset facta non citata parte, cum eo in casu esset nulla; & ideò posset Iudex illam reuocare. *Rebuff. dicto. tit. de expens. art. 5. glos. vn. num. 6*, & sic re integra, & antequam sit missa executioni. *Costa. de re integra. distinct. 38. num. 8. per Alexand. cons. 133. num. 13. vol. 6.*, & Iudex potest taxare, sine vlla probatione in hoc casù. *Rebuff. qui supra. dicto art. 5. num. 25. glos. vni. de expensis. Marches. de commissio. tit. de commissio. sanatio. nullit. cap 3. nu. 25. par. 1.*

14 † Declara septimam, vt vbi istæ expensæ contumaciales, non petantur, tunc censentur remissæ, etiam non attenta illa clausula in litteris apposita, scilicet refectis impensis, quia non petenti Iudicis offitium non impartitur. *Marchesan. de commissio. in tit. de commiss. prorogat. fatalium. cap. 16. num. 35. part. 2. Ripa. in l. 4. §. hoc autem. num. 12. ff. de damn. infect. Purpur. in l. eum qui iubet. colum. 2. in fine. de iuris. omn. Iudic.* quod intellige procedere, quando pars aduersa pateretur ad vlteriora in causa procedi, illas expensas non petendo, cum censeretur consensisse, vt in fine litis referuentur. *Marchesan. loco citato. num. 35. in fin. Gallen. de renunciat. tomo. 1. cap. 16. lib. 5. nu. 8. & 9. Burr. in cap. pastoralis de exceptio.*

15 † Obserua primo, & nota, rem amplius non dici integram, vbi quis petat in causa appellationis admitti ad respondendum positionibus, in prima instantia in contumaciam pronunciatis. *Ossasc. decis. 14. num. 8. 9. & 11 per Iason: in l. si Insulam. §. 4. num. 4. ff. de verbo. obligat.*, *vbi communiter dicit. Bald. in auth. Iubemus. numero septimo. C. de Iudic. Rebuff. super Constitut. Regni. in titul. de appellatio. art. primo. glos. 1. numero. vndecimo. per Aretin. cons. 95. colum. sexta. Roman. singul. 503. Felin. Burr. & alij in capitulo. ad audientiam secundo. de rescriptis*, quod etiam comprobatur, *ex Senatus nostri consulto, anni. 1615. sub die quarto Decembris, & alijs litteris datis sub die. vigesimo sexto. Nouembris anni. 1610*, cum etiam non dicatur res integra, quando executio fuit facta à lege, vel ab homine. *Crauett. cons. 216. numero. 23. Magon. Rot. Florentin. decis. 61. numero. vndecimo. Verall. decis. 234. & 414. part. 2. Ludouis. decisione. 359. numero. decimo. circa med. vers. limitatur secundo &c.* ratio illa esse potest, quoniam appellatio reducit nos ad tempus primæ instantiæ, & ideò sicuti non poterat post sententiam latam super meritis mora purgari, *vt per Bart. in l. si maior. 26. C. de transactio. num. 3. & in l. 3. ff. iudicatum. solui. §. si plures. num. 1*; Ità nec in causa appellationis, a dicta sententia interposita, mora purgari poterit. *Iason. d. l. si Insulam. num. fin. in fine. ff. de verb. oblig.*, *vbi attestatur de communi. DD. per Bart. Angel. Alex. & alios ibi per eum relatos*; & licet. *Marescott. variarum resolut. lib. 2.*

cap.

cap.125.num. 31. in fine. asseueret etiam in secunda instantia, posse moram purgari, vt ibi per Rotam per eum allegatam; attamen contrariã opinionem esse magis communem in materia positionum, *trad. Osasc. dicta.decis.14 num 4.8. & 11.* ea propter sententia Mariscotti. loco citato, posset potius procedere, quando in prima instantia fuerunt productæ positiones, vel articuli, super quibus adhuc nulla fuit facta probatio, nec testes producti, tunc enim poterit in causa appellationis denuo produci, & probari, *trad. Alberic. in .l. per hanc C. de tempor. appellat., vbi glos. fin. Bald. Salycet. & alij .col. 3. vers. concludo ergo &c. Felin. in capitulo ad audientiam. 2. num. 14. de rescript.*, nam eo casu procedit regula non probatum in prima instantia, probabo in causa appellationis. *Osasc. dicta. decis. 14. num. 4. & vltimo*; Secus vero, vbi testes fuissent examinati, vel si positionibus fuerit responsum, vel etiam si incontumaciam fuissent pronunciatæ, *vt dicto num. 8. & 11. in fine,* per quod videtur concludi posse; quod ad hoc, vt nõ probatum in prima instantia, possit probari in causa appellationis, omninò requiratur probationes, scilicet tempore primæ instantiæ defuisse. *Bald. dicta. l. per hanc, vbi glos. & DD. notant. Osasc. loco citato. num. 9. circa fin. Costa. de re integr. distinct. 75. num. fin. in fine*; secus vero si secundæ positiones in primis non includantur. *Cappie decis. 81. num. 6. Guid. Pap. qu. 585. Michalor. de positio. cap. 26. num. 21. Mysing. obser. 41. cent. 1.*; Verùm poterunt obtineri litteræ in causa appellationis ad ponendum noua facta, veteribus tamen non contraria. *Rebuff. de rescr. art. 2. glos. 4. num. 15. in fine,* vbi ita fuisse decisum in illo Senatu attestatur *anno. 1543. die 17. Decembris.*

16 † Obserua secundo, & nota, quòd vbi pignorum translatio, vel distractio, vel solutio debiti facta sit tũc res nõ diceretur amplius integra. *Bald. in dicta. l. si Insulam. §. 4. nu. 4. circa finem. ff. de verb. obligat. per text. in .l. qui ob rem, vbi glos. & DD. de condict. indebit. Bursat. cons. 29. num. 8. volum. primo. Cravet. cons. 216. numero. 23.*, vel quando status negotij est mutatus. *Bellamer. decis. 688. num. 30.* & quando res desijt esse integra, *vt per Alexand. cons. 131. num. 2. lib. 4. Cravet. cons. 246. numero. quinto*, veluti quando renunciasset liti. *Put. decis. 465. Magon. decis. 61. in Rota Florent. numero. vndecimo, vide Afflict. decis. 174. numero. tertio*: Eamobrem, licet quandoque per importunitatem, & subreptionem petentium, emanata fuerint rescripta, mandantia Iudicibus, vt vbi distracta non sint pignora, denuo admittatur Supplicans ad respondendum positionibus: habita ea impensarum ratione, quæ iuris fuerit, *vt ex eis anni 1603. diei. 30. Martij. inter Binagos. & Bossium emanatis, & altero anni. 1610. diei 26. Nouembris*: attamen cum illa fuerint præter voluntatem Senatus extorta, iure merito, iubet idem Senatus, prout in genere fit de alijs similibus rescriptis, esse à Iudicibus reijcienda: *vt ex decreto Senatus diei 15. Ianuarij. 1580. In proemio decretorum &c. ibi, id vti calumniosum reijciendum esse &c., nec à Iudicibus vllo modo seruari debere censuit, per text. in .l. rescripta. C. de precibus Imper. offerend.*, vbi etiam iubet Imperator rescripta contra ius ellicita ab omnibus Iudicibus reijcienda esse. *Peregrin. decis. 98. num. 6. idem consuluit. Dec. cons. 692. num 17. & 603. num. 2. Giurba. decis. 47. num. 2. Menoch. cons. primo. num. 243. Aldouin. cons. 20. num. 58.*, Ideo ex hoc proemio colligitur, causam finalem ipsius Senatus existere, vt iniusta, & subreptitia rescripta, regulariter reijciantur. *Marchisell. de quæstio. Iur. quæst. 115. num. 3. Moneta. de commut. vltim. volunt. cap. 4. quæst. 2. num. 22. Ludouis. decis. 531. num. quinto*, quia non intelligit, nisi iustum facere, & quod est pro communi vtilitate. *Mastrill. decis. 241. num. 19.*; Ità etiam Antiochus. tertius. Asiæ Rex, mandauit non obseruari eius rescripta, si iuri repugnent. *Giurba. dicta decis. 47. num. 3. Farinac. quæ. crim. 37. num. 74. Bolognett. consilio. primo*; sicuti pariter Summus Pontifex Nicolaus, inquit, Romanæ Sedis, non negamus in melius posse commutari, cùm aliqood subreptum fuerit, prout colligitur, *in text. capitul. sententiam. 35. quæst. vltima. Dec. dicto cons. 603. num. secundo circa fin.* Princeps etenim, & Senatus, ac etiam Summus Pontifex, quorum proprium est liberales esse, *vt in capitulo primo. de donatio. vbi DD.* plura concedunt, vel rescribunt, per importunas petentium interpellationes, quæ si in consilium reijciantur, & discutiantur, digna sunt, quæ denegentur, *per text. in .l. 1. C. de bon. sublat. lib. 10. P. Grego. in cap. si quando. num. 3. post principium. lib. 2. de rescriptis.* sic igitur reperiuntur postmodum decisa per eundem Sacrum ordinem, rem scilicet non dici amplius integram, post emanatum præceptum executiuum, vel sententiam in causa principali secutam, *vt ex eis dei. 4. Decembris. 1615. & 6. Aprilis. 1616.*, quæ vti pro Iustitia, in Sacro Consistorio emanata, vim legis obtinent in hac Prouincia. *Bimius. cons. 305. num. 49. & 319. num. decimo tertio. volum. 4. Card. Tusch. conclus. 218. num. septimo. in titul. de rescriptis. Borell. in summa. decis. titul. 23. numero. 129. & diximus in prælud. 4. num. 42. in tit. quando littera Senatus, vim legis habeant.*

17 † Obserua tertio, vt re non integra, illud non liceat, quod alias re integra liceret. *Bald. in .l. si quis filius. num. 2. C. de repudiatio. heredit. per tex. in cap. Quamuis. de rescript. in sexto,* & quando res desijt esse integra, docent. *Alexand. cons. 131. num. secundo. lib. 4. Ioseph. Ludouic. decis. 90. num. 22. Cravet. cons. 246. num. quinto. Afflict. decis. 174. num. 3. Verall. decis. 230. par. 2. Ludouis. decis. 559. num. 10. circa med. Rota. decis. 803. par. 4. in nouissim. Mariscott. var. resolut. cap. 125. lib. 2. nu. 31.*

18 † Obserua quarto, vt vbi quis errasset in facto in respondendo positionibus re integra, quòd poterit errorem suum corrigere, & reuocare, *per text. in l. fin. §. iussus, vbi glos. & DD. de appellatio: Michalor. de positio. capitulo. 63. num. 8. vbi num. 9. reprobat. sentent. Ruginell. pract. quæstion. cap. 16. Tepat. variarum sentent. tit. 152. cap. 20. vers. confessio erronea &c. & in tit. de responsio. 192. cap. 9. num. fin.*, vbi inquit, rem integram dici, vsque ad sententiam diffinitiuam, idem notat, *In tit. de errore calculi. tit. 152. cap. 10. Ioseph decis. Lucens. 44. nu. 55. & 56*; Verùm poterit illam reuocare, modo obtineat litteras à Principe, vel ab eius Senatù, si iusto errore, vel culpa dei eptus fuisset, non autem si dolo actum sit. *per Rebuff. super Constit. Regn. in tit. de responsion. art. 5. glos. vn. num. 3. per Cepoll. cautell. 69. incipien. confessio &c. num. 1. per text. in .l. error C. de iur. & fact. ignor.*

19 † Obserua quinto, omnes responsiones, quæ fiunt, nedum positionibus; verùm etiam iuramentis delatis in causis litium, subscribi debere, manù illius, qui respondet, vel qui iurat; & vbi nesciat scribere: debet id agere alius, eius nomine, vel tutius per Notarium causæ fieri debet, vt in specie tradit. *Rebuff. super Constit. Regn. in titul. de responsion. per cre. vel non. art. 2. glos. vn. nu. 14. per tex. in .l. subsignatum, vbi Rebuff. & alij. ff. de verb. sign.* & legi debet hæc responsio eidem respondenti, & in illa debet apponi, quòd fuit lecta, vbi ille respondens scribere nesciat. *Rebuff. loco citato. idem trad. Ioseph. Ludouic. in Rota. Lucens. decis quadragesima quarta. num. 37.*

20 † Obserua sexto, vt vbi quis responderet per

per Procuratorem constitutum, tunc procurator non poterit Domino nocere; nisi in his, quę ad processum, & mandatum spectarent, *vt per Rebuff. super Constit. Regn. in tit. de contumacia. in præfat. nu. 15. Bart. in l. cũ quis. C. de procurator. l. non cogendum. ff. de procurator*, & vbi procurator fuisset contumax in respondendo, posset Dominus litis releuari, per litteras Senatus, vt ea contumacia nõ attenta iustitia administretur, *vt idem Rebuff. tradit. in d. præfat. tit. de contumacia. num. 27.*: Quinimo, vbi principalis esset absens, & ignoretur, vbi esset, tunc etiam procurator generalis, effectus Dominus litis, & vti de causa instructus, respondere posset positionibus, principali emanatis; prout ità fuisse decisum in Senatu Pedemontano, reffert. *Thesaur. decis. 17. nu. fin. in fine per doctrinam. Bart. in l. 4. & l. 2. §. sin autem ab fuerit. C. de iure. iur. propter. calumn.*

21 † Obserua septimo, vt vbi positiones, sine præfixione temporis, essent confectæ; tunc recusans illi respondere, non poterit haberi pro confesso, cum illis non teneatur respondere. *Franc. Crement. singul. 110. Mysinger. sing. obser. centur. 1. obseru 92. Bald in l. 1. ad fin. C. si plures vna. sent. Michalor. de positio. cap. 20. n. 5.* veluti si me interoges per positiones, quod mihi mutuasti decem, & non exprimes, quo in tempore illa mutuasti; certe si nolo respondere, non possum haberi pro confesso; quia eas positiones fecisti sine tempore, & ità fuisse in Camera decisum; reffert idem. *Mysinger. loco citato. circa fin.* quinimo mensem, diem, & locũ, loci continere debent. *Plot. in l. si quando in verbo decretum &c. sub rubr. de Iudic.*

22 † Obserua octauo, & nota, cautum debere esse actorem, in dandis positionibus: ne illę coniunctiuè copulentur, sed diuisim, cum eo in casu, alias posset aduersás totum negare. *Bart. in suo tract. de ordin. iudiciar. n. 13. Tepat. var. sentent. tit. 191. cap. 16. nu penult. vers. cautus debet esse actor &c.* & sic debent esse distinctæ, & dispositiuę. *Rota. decis. 3. alias 31. de sequest. possess. & fruc. in nouiss.*, nec articuli incerti esse debent. *Franc. Marc. quæst. 721.*, vel si turpitudinem concernerent, non erit eis respondendum. *Magon. super Rot. Lucens. decis. 25. nu. 31. Verall decis. 327. par. 2.*, & generaliter non admittuntur positiones generales, negatiuè, obscuræ, dubię, impossibiles, captiosę, multiplices, & criminales, de quibus in glos. cap. 2. de confess. in 6. in verbo rationabili, *vbi Canonista. Specul. tit. de positio. §. 7. nu 19. 21. & 24.* maxime si sint generales, in genere generalissimo, *vt per. Specul. d. nu. 19. Gail. pract. obseru. lib. 1. obseru. 82. nu. 11. & alia plura. obseru. 80. & 81. eod. lib.*

23 † Obserua nono, vt moræ purgatio impediri non possit, vbi executio sit facta à lege, vel ab homine, cum eo casu res non dicatur amplius integra. *Verall. decis. 234. & 414. par. 2. Roman. cons. 103. nu. 4. Grat. cons. 93. num. 62. lib. 1. Rota decis. 803. par. 4. in nouissim. Franc. Mar. quæst. 1239. num. 2 par. 1. Card. Seraphin. decis. 1150. nu. 4. Ludouis. decis. 559 nu. 10. circa med. vers. limitatur 2. &c.*

24 † Amplia primo, hanc regulam etiam procedere in fideiussore, qui non poterit moram purgare, post relaxatum mandatum executiuum contra ipsum, cum res non diceretur amplius integra. *Ludouis. dicta. decis. 559. nu. 10.*, & ius non fuerit effectum deterius. *Card. Seraph. decis. 591. nu. 7. Verall. decis. 230. nu. 3. & decis. 231. par. 2 nu. 2. Gabr. suis commu. tit. de transactio conclus. 1. num. 14. Rota. decis. 410. nu. 5. par. 4. in nouiss.*

25 † Limita hanc regulam, non procedere; quando Dominus ob Canonem non solutum declarasset, caducitatem, suum sortiri debere effectum, tunc enim res non desineret esse integra; modo celeri satisfactione emphiteuta, moram purget. *Mar tica. de tacitis, & ambig. lib. 22. tit. 27. nu. 35. Ludouis. d. decis. 559. nu. 10. circa med. vers. limitatur 2. &c. in fine, vbi Beltramin. per Gabr. ibi per eum alleg. Magon. sub Rota. Lucensi. decis. 35. num. 11. per Rimin. cons. 421. num. 18. lib. 3.*

26 † Declara præcedentem regulam. num. 23. in fine; vt vbi ius esset parti effectum deterius, respectu expensarum, & interesse; tunc posse admitti morę purgationẽ, & pars morosa esset parata resarcire damnum, & interesse, ob dictam moram; secus verò in aliis, & in casu sententię secutæ vt. *Rota. decis. 128. nu. 4. par. 4. in nouissimis. Marscott. var. resolut. cap. 125. lib. 2. nu. 11. & 12. Ludouis. d. decis. 559. nu. 10. circa med. vers. limitatur 1. &c.*, & sic quando pars fuisset passa damnum. *Ioseph. Ludou. decis. 90. nu. 26. Natt. cons. 338. num. 12. P. de Rauen. sing. 305. Verall. decis. 230. & 231. par. 2.*

27 † Intellige pariter, & nota, tertium neutiquam, esse admittendum ad moram purgandam, post factam, & consumatam executionem; cum res nõ dicatur amplius integra. *Costa. de re integra. dist. 95. num. 9. Magon. sub Rota. Florentin. decis. 104. ad fin. per Alexan. in l. a Diuo Pio. § si super rebus. nu. 9. ff. de re Iud. Rota. Genuen. decis. 204. nu. 3.* & teneretur assumere causam in eo statu, & gradu, in quo reperiretur. *Surdus. decis. 60. nu. 6. Marz. cons. 22. nu. 1. Menoch. de arbitr. casu. 36. nu. 7.*, distingue, *vt per Costam. de re integra. dist. 95. num. 13. & 14.* Verùm iste tertius, vel etiam fideiussor, vbi non fuisset citati, isthæc contumacia, eis non noceret, cum sint sine culpa. *Card. 551. decis. nu. 11.*, quo in casu possent admitti ad opponendum, aduersus hanc contumaciam contra principalem latam, prout ita fuisse decisum in Senatù Pedemontano, refert *Thesaur. qu. forens. lib. 1. qu. 6. nu. 10. per Corn. cons. 211. nu. 5. lib. 3. Rota. decis. 2. de re Iud. in antiquis.*

28 † Nota etiam primo, contumacem posse admitti aduersus fictam confessionem, & sententiam, in contumaciam latam, ad suas faciendum deffensiones, & probandum in contrarium, ac se innocentem ostendẽdũ, modo intra biennium à die condemnationis, sistant in carceribus: in causa capitali intra dies 10. & in causa pecuniaria infra mensem se deffendant, & banniti, conuicti nõ sint, *vt ex decretis Senatus nostri amplissi. anni. 1548. & diei. 26. Octobris, & anni. 1598. diei 14. Nouembris. Senator Belio. suo tract. de potest. eorum. quæ incont. lib. 2. cap. 75. num. 2 et 3. Clar. sua prax. crim. § fin. qu. 94. vbi Bauard. & alii. vers. est etiam alius &c. Costa. de re integr. dist. 48.*, & licet per N. C. huius dominii cautum reperiatur, id fieri debere intra annum, vt in tit. de accusat. cap. fin. circa fin. Thesaur. q. 6. nu. 12., attamen *per ordines Tomarienses anni 1581. diei. 27. Aprilis circa fin.*; id tempus est auctum vsq; ad biennium, ut ex eis legitur. Ideò debent petentes intra hoc tempus, instantiam facere, ut fiat relatio status causæ coram Senatù Excellentissimo, tunc enim ea relatione facta, non currit tempus. *Boss. in tit. de litteris Principis. nu. fin. circa fin. Plot. cons. 52. nu. 43. Bellon dicto cap. 75. num. 3. in fine*, & debet Iudex supersedere, & expectare responsum Senatus *Plot. loco citato nu. 43. in fin.*

29 † Nota secundo, quod licet ex ordinibus Senatus nostri, cautum reperiatur, non aliter hunc bannitum in contumaciam esse admittendum, nisi sistat in carceribus, *vt ex cit. diei. 14. Nouembris. 1598. vt supra diximus &c.*, attamen poterit quis ex speciali rescripto Principis extra carceres audiri. *Card. Seraph. decis. 972. nu. 22.*, vbi attestatur, ità fuisse in Rota decisum. integra etiam res præsumitur, donec contrarium probetur. *Ludouis. decis. 59. 72. & 118. num. 1.*

30 † Nota tertio, & declara, quod vbi ageretur de debito soluendo, vel de adimplemento contractus, tunc licet esset relaxatum mandatum, vbi ab eo esset appellatum, tunc posset mora purgari in causa appellationis, & debitum solueret ità trad. *Seraphin. decis. 1150. num. 3. & 4. Bald. in l. non ignorat. C. de fruct. & lit. expens.* imò, & expensas soluat, *vt per Seraphin. dict. num. 4. per Bald. in l. 1. numero. 6. ff. si ex noxalib. caus*; cum eo casu non dicatur ius partis effectum deterius.

Seraph.

Seraph.loc.cit. & decis.591.num.7. & decis.819.num.7.

31 † Nota quarto, vt vbi contumax postea victoriam reportet in principali causa, non tamen recuperabit expensas contumatiales per eum solutas virtute ipsarum litterarum Senatus, *per tex.in l.Patre,vel Matre, vbi Hyppolit.num.83.& 101 ff.de quaestio.*, qui dicit menti tenendum. *idem trad.Rebuff super Constit. Regn. in tit. de Contumacia.art.13 glos.vn.num.37. & in tit. de expensis.art.2.glos.vn.num.9.& art.5.num.57. per tex.in l.si pignore.ff.de pignorib. vbi Bartol.trad.* Ideo sit cautus ad huiusmodi expensas obtinendum, vt docet *Lafranc. in cap quoniam contra.de probat. in tit. de expensis. vers.notandum est.in fine &c. Rebuff. d.art.2.num.9.de expensis &c.*, nec ab ea taxatione appellari poterit, cùm reus habeatur pro confesso. *Rug. de appellatio. §.2.cap.3.num.915.& 917.*

32 † Nota quinto, quod vbi positiones tutori, alicuius minoris essent intimatae, vna cum ipso minore; tunc si solus tutor illis respondeat, sufficiet, vbi causa sit connexa. *Seraph.decis.415.num.6.per Corn.cons.123.colum. pen lib.1.*, cùm in connexis idem sit iudicium. *Leonell. de subreptione rescriptor.art.7.quaest.18.Veral.decis.191. num.6.par.2.*, limita non procedere in maioribus; cùm responsio vnius, alijs non prosit, vbi super eorum facto non fuissent interrogati. *Rebuff super Const.Regn in tit. de responsio art.6.glos.vn.num.6.per tex.in l.fin ff. de interrog.actio. Mschalor.de positio. cap 62. num.15.*

33 † Nota sexto, vt vbi opponeretur de subreptione cōtra has litteras positionum de forma, in eo, in quo non esset circa facti qualitatem; tunc incumberet probatio aduersanti, & illi deberet statui terminus ad eam subreptionem probandam, & si non probat satis reus fecit suam deffensionem, quia ex certa scientia, Princeps dictam contumaciam aboleuit. *Bald.cons 121.lib.1.num. 1.& 2.per tex.in l.qui accusare.C.de edendo.Imol.in cap. super litteris.num.18.& 19.de rescript. Onded.cons 61. num.33.lib.1.Caccin decis.89.nu.1. Ludouis.decis.108. num.1.*, non enim datur de subreptione ob facilem recursum ad Principem, *Marchesan. de commissio. par.1. in tit.de commiss.o.super attent. cap.29. num.16.in fine. Ludouis decis.435.num.5.*, & *latius diximus in 2.par. cap 35. vbi videas.*

34 † Nota septimo, vt vbi positio contineat, me tibi mutuasse centum, licet non fuerint, nisi octuaginta; tamen non poterit reus totum negare, quia interrogatio de toto intelligitur de qualibet eius parte, *Bart.ità scriptum reliquit in l.1.§ si stipulanti num.2.vbi glos.& DD. ff de verb.oblig. per tex.in l.si quis eum totum ff.de verb. sign Addences ad Bart.d.§.si stipulanti. vbi Iason n.10.* dicunt sententiam Bart.communiter esse receptam, cū in illa parte vera constituatur aduersarius in mora. *Mynsinger.sing obser.centur.2.obser.55.* vbi inquit veriorem, & Christiano Homine digniorem, Camerā, illam sententiam sequutam fuisse, *anno.1554.sub die 27.Octobris;* quinimò sub pena falsi, non liceat negare totum licet positio non sit vera in quantitate summae, *Tepat.variar.sent.cit.191.cap.9.vers. reus tenetur confiteri &c.*& de magis communi, attestatur *Gabr. suis cōmunib.in tit.de expens.conclus.2.num.5.*, Limita tamen si positio contineret aliquid falsum in qualitate; veluti si dico, quod promisisti purè, licet re vera fuerit sub conditione; tota enim positio eo casu poterit negari, cùm alia res sit, quae fuit petita. *Bart.in d.l.1.§ si stipulanti. in fine.* ratio ea est, quia diuersitas in qualitate inducit diuersitatem in substātia obligationis, *vt Bart. ibid.notat. num.1 ff.de verbor.oblig.*; secus verò quo ad expensas, *Ioseph Lud.decis.51.nu 9.* Idcircò

35 † Nota octauo, animaduertendum esse, an positiones emanatae sint cathegoricae, vel hypotheticae. cum regulariter sit in arbitrio partis respondentis, facere responsionem cathegoricam, idest simplicem, vel absolutam, sine aliqua qualitate, aut copulatiuam addendo aliquā scilicet qualitatem, seu exceptionē, veluti si pono, quòd sponté ratificasti, & respondeatur non credo ratificasse, siue dicat cùm qualitate, non credo; scilicet ratificasse sponté, vtròque modo est cathegorica, quia habet partes suas principales. *Osasc.decis.176.num.3.& 5. per Bart.in l.si is qui ducenta. §. vtrum ff.de reb dub. glos.fin. in l.quaesitum ff.de aequ.rer.dom. vide Raudens. de Analogis.cap.19.num.76.& sequ.* Hypothetica verò responsio ea est, quando responsio incipit per dictionē si, & similis, veluti si dicat, si mihi mutuasti decem, illa tibi reddidi, cum contineat duas cathegoricas principales suas, vt in prima ibi, si mihi mutuasti; secunda ibi, illa tibi reddidi, *Bart.in d. § vtrum, in l.si is qui. Osasc.d.decis.176.d.num 3.in fine.& num 4.& 5. Raudens.d.cap.19.num.76.* & quando non valeat, *vide infra nu.37.Oldrad.cons.228. dicens,* inducta ad negandū non posse interpretari affirmatiuè, negans enim sententiam rectè latam, non propterea fatetur latam, quia negans qualitatem facti, non fatetur factum, *Iason. in l.decem.num.47. ff.de verb.oblig. Alex. in Apostill.ad Bart.in l.non vtiq; ff.de excep. & cons.49.nu.10. vol.7.*
* affirmans hanc esse communem decisionem, *Zas.cons. 1.num.70.lib.2.Osasc.loc.cit.num.8.* Ideò statutum intelligitur de responsione simplici, & cathegorica, non autem de qualificata. *Osasc.d.num.4.decis.178.*

36 † Nota nono, & obserua, quòd positionibus non tenetur quis respondere, quando super illa causa haberet intentionem fundatam testibus, vel Instrumentis, cùm nec ad iurandum compelli posset. *Osasc.decis.10.nu.7. per tex.in cap.2. vbi Felin.in 2.notab.de probation. Dec. ibid.in 3.notab Osasc.loco cit.* referens ita fuisse iudicatum. *Costa de re integra. distinct.75.nu.5.*; verùm ex statuti nostri dispositione, *cap.100.volum.1.* requiritur, quòd Instrumentum sit iuratum, ad hoc, vt non possit defferri iuramentum, *vbi Apost.num.109.in fine,* asserens consueuisse Senatum nostrum dispensare, quòd possit defferri iuramentum, etiam contra Instrumentum iuratum, vt ibi &c. Ideò potest fieri responsio, vt ipse interrogatus, se remittit ad dictum Instrumentū; & prout in eo continetur, cùm hoc casu etiam dicatur sufficienter responsum, *Guido Papa.decis.354. vide etiam Menoch.cons.563.num.4. & Ioseph. Ludou.decis. Perus.8. Mysinger.sing.obser.cent.1.obser.86.& cent.6. obser.81.*, nec est dicendum, credo si Instrumentum appareat, cum non dicatur sufficienter responsum, secus si dicat non credo, nisi Instrumentum appareat, *Marhesil.sing.37.*

37 † Nota decimo, vt vbi pars respōdiderit positionibus, scilicet se pecuniam non recepisse, & si appareat eam recepisse, quòd soluit, non rectè respondit, sed debet haberi pro confesso, stante statuto Mediolani, *cap.85. vol.1.*, quod scilicet positionibus est respondendum clarè, & apertè, & sine vlla conditione, & sic simpliciter. *Caball.milloloq.243.Boer.decis.243.num.12.circa med. per Bart.in l.1.§.si quis simpliciter in fine. ff. de verb.oblig. idem Boer.decis.339 num.4 circa med.col.3.,*
* *vers.& hoc verum &c. vbi testatur. de communi DD. sententia per Angel. & Ludouic. in d. §. si quis simpliciter,& per Iason.ibi.col.4.*, quia simpliciter, & apertè intelligitur, sine duplicitate; *per tex.in l.1.ff.de vulg. & pupill.Boer.d.decis.243.num.12.circa med.* Item si dicat non habuisse pecuniam, & vbi apparuerit eā habuisse, quòd expendiderit in negotijs Domini. *Bart.in d.l.1 ff. de vulgar.& d.§.si quis simpliciter. num.4.Boer.decis cit. Mschaler.de positio.cap.38.nu.4.*, licèt in cap.44.nu.5. & 7. teneat contrarium *per Iason. in l. 1. §. si quis. simpliciter, nu.8. ff. de verb. oblig*, vbi confutatis alijs
* opinionibus, attestatur de veriori; cùm etiam responsio simplex, & sine vlla conditione dicatur illa, quae se non refert ad aliquam qualitatem, *Alex.cons.42.nu.3.vol. 5.*, cùm statutum iubeat, vt respondeatur affirmando, vel negando, clarè, & apertè, nam illa responsio, &

vbi

vbi expendiderit &c. facit conditionem, *Barbosa.de dictionib. dictione, vbi. 357. num. 2. Vulpell. tract. de praepositionibus, & aduerb. in d. dictione vbi. vers. & facit &c.* & sic debet simpliciter respondere, credere, vel non credere; & si debeo, vel non debeo. *Spec. in tit. de deposit. §. 10. vers. Quid si debes mihi &c. & ita fuisse iudicatum in Curia anno 1531. sub die 14. February. tradit idem Boer. d. decis. 243. num. fin. & d. decis. 339. ad fin. & ita declaratur stat. Mediolani. cap. 83. & N. C. Mediolani. in tit. de Iudic. cap. positionibus &c. Plot in l. si quando. in uerbo Decretum Mediolani, sub rubr. de Iudic. n. 5. vers. decretum requirens &c.* cùm responderetur cum plica, & suppletione. Verùm *Michalor. d. cap. 44. num. 6. & 7.* tenet dictam responsionem valere, vbi dicit hanc responsionem esse puram, & esse satisfactum statuto, per *Castrens. ibi alleg. idem tradit Felin. in cap. Praeterea. col. 1. de off. deleg.* Ideò; vide ea, quæ diximus supra in prælud. 7. nu. 215. vbi ponitur praxis Mediolani &c.

38 Nota vndecimo, vt vbi ille, qui debuit respondere positionibus fuit contumax, & habeatur pro confesso, si moriatur ante sententiam latam, quòd talis pœna non transit in hæredem. *Orian. in cap. Quoniam contra de probation. in tit. de respons. position. num. 14. Caual. dicta decis. 27. num. 88. part. 2. & in tit. de position. num. 11. in fine. Mars. singul. 625. Bars. in l. eius qui delatorem. ff. de iure. fisci. n. 1. Mathesil. sing. 12. Roman. sing. 306. Hier. de monte tract. fin. reg. vnd. cap. 46. nu. 10.*

39 Nota duodecimo, quòd quando positiones sunt ineptę & malè formatæ; dato etiam, quòd reus fuerit contumax, non tamen potest haberi pro confesso, cum iuditium reddatur nullum. *Orian. in d. tract. de probat. in tit. de responsion. positio. nu. 15. Hyppolit. sing. 625. Bald. in l. 2. §. quod obseruari. C. de Iuram. calum. Thesau. qu. forens. lib. 1. quæst. 6. num. 11.* modò fuerit oppositum: Ideò dicitur minus legitimè facta, & poterit per Iudicem reijci. *Asin. sua praxi Iud. §. 19. cap. 18. nu. 4.*, prout etiam, quando responsio esset minus legitimè facta: tūc haberetur pro nō facta, *Rebuff. d. tit. de respons. per cred. vel non. art. 1. glo vn. num. 9.*, & ità declaratur *Statut. Mediolani de positionibus cap. 83. & N. C. de Iudic. cap. positionibus &c. Gail. obser. 81. lib. 1.*

40 Nota decimotertio, quòd licet citetur pars ad dandū cedulam notariorum, adhoc, vt expensæ contumaciales liquidentur; attamen dispositio litterarum mandantiū, vt refectis impensis audiatur &c. non dicitur adimpleri, nisi ad totalem liquidationem & solutionem deueniat, *Marches. in. de commissio. in tit. de commissio. prorogat. fatalium. cap. 16. num. 34. circa finem. Paris. consil. 106. num. 2. & 3. & cons. 108. num. 15. lib. 4.* nec illæ litteræ tollunt citationem, *Marchesan. in tit. de commissio. sanation. nullitatis. cap. 3. num. 25. Roman. cons. 360. n. 4.* Ideò ad litium anfractus euitandos, curare debet Iudex, vt quàmprimum expensæ liquidentur, & reficiantur, cùm alias esset disputandum super conditione litterarum, non adimpleta, *idem Marches. qui supra, in d. tit. de prorogat. fatalium. cap. 16. num. 34. par. 2. in fine, Papon. in suis consuetud. §. 155. vers. taux, de despens.*, cùm etiam per stat. Mediolani cap. 10. vol. 1. tribuatur facultas Iudici, ad eas expensas taxandas, antequam actor iuramento eas liquidet, *& ibi Apostillator. not. num. 128. per Iason. cons. 4. col. 2. vol. 3.*

41 Nota decimoquarto, Iudicem posse statuere terminum procuratori, ad faciendum comparere suum principalem, quòd veniat ad respondendum positionibus, *vt per Bart. in l. 12. §. hos. de præsentibus, C. de reb. credit. Tepat. var. senten. tit. 191. cap. nono, vers. Iudex pōt &c. Beninten. decis. 24.*, & ipse Procurator poterit bene petere terminum ad denuntiandum principali, vt se instruere possit. *Curt. in l. 2. §. quòd obseruari. C. de Iuram. calum num. 143.*, vbi autem esset principalis vltra mare, vel nesciretur vbi sit; poterit Procurator eius, vti informatus, respondere dictis positionibus, vt refert ità fuisse decisum. *Thesaur. decis. 17. num. fin.*, & postquam fuerit responsum per Procuratorem, non possunt deinde reuocari, nisi probato errore. *Gabr. suis cōmun. in tit. de reg. in conclus. 1. num. 17. & sequen.*, vbi plura adducit in hac hypothesi positionum, quem ad libitum videre poteris &c.

Rescripta, an strictè sint intelligenda, vel latissimè.

PRAELVDIVM XI.

COMPENDIVM.

1 *Rescripta Iustitia, & ad lites, sunt stricti iuris, & strictè interpretanda, secundum communem, declara vt num. 10.*
2 *Amplia primo etiam procedere in litteris delegatorijs.*
3 *Amplia secundo, idē esse in litteris gratiosis Principis.*
4 *Amplia tertio, etiam habere locum in dispensatione per Senatum emanata.*
5 *Amplia quarto, idem esse in priuilegijs Principum.*
6 *Amplia quinto, etiam procedere in alijs offitijs, & benefitijs Principum.*
7 *Amplia sexto, etiam suffragari in litteris impetratis, ad benefitia ecclesiastica.*
8 *Amplia septimo, etiam procedere in mādatis ad agendū.*
9 *Amplia octauo, idem esse in statutis, quæ strictè sunt interpratanda; limita vt nu. 18.*
10 *Limita primam regulam, non procedere, quò ad virtutē comprehensiuam, quia etiam rescripta Iustitia, sunt latissimè interpretanda.*
11 *Limita secundam, non habere locum, quando delegatio parum, aut nihil ius commune offendit; tunc enim latissima fieri debet interpratatio, prout etiam procedit fauore ordinarij Iudicis.*
12 *Limita tertiam, quando Princeps concedit supplicanti aliqua iura ad se spectantia.*
13 *Limita quartam, in dispensationibus generalibus; & fauorabilibus.*
14 *Limita quintam, quando priuilegium, damnum concedentis contineret, & quomodo.*
15 *Limita sextam, quando offitia sine alterius detrimento emanant.*
16 *Limita septimam non procedere in litteris benefitialibus de Iustitia in quibus latior fit interpretatio.*
17 *Limita octauam, in connexis, quia mandatum extenditur ad alias personas.*
18 *Limita nonam, non procedere, quando per Statuti interpretationem, correctio iuris connexis magis euitatur.*
19 *Declara primam regulam, scilicet decretum Principis esse strictè interpretandum.*
20 *Declara secundam, Delegati iurisdictionem etiam se extendere ad non expressa, ratione connexionis.*
21 *Declara tertiam, litteras gratiosas extraiuditiales, latissimè esse interpretandas.*
22 *Declara quartam dispensationes, ità debere interpretari, vt non intelligatur Princeps noluisse iniustè confirmare.*
23 *Declara quintam, priuilegium scilicet continens plura capita, conseruari in totum, si fuerit in exercitium deductum, & quomodo.*
24 *Declara sextam, in offitijs Principum habere locum extensiuam interpretationem.*
25 *Declara septimam, in fauorabilibus, latam interpretationem fieri.*
26 *Declara octauam; mandatum restrictum ad vnum Iudicem, non extendi ad alium.*
27 *Declara nonam, Statuta scilicet recipere interpretationē passiuam,*

passiuam, etiam si intelligantur ad litteram.
28 Rescriptum ad lites, reduci debet ad ius commune, & quando.
29 Rescripta delegatoria, non extendantur ad personas in eis non expressas, & quomodo.
30 Priuilegium, seu gratia, semel vbi sortiatur effectum, licet postea cesset: attamen adhuc valet, & quando.
31 Dispensatio extensionem non admittit, neq. ex identitate rationis.
32 Priuilegium, vbi idem, quod ius commune disponat, est interpretandum. vt aliquid addatur iuri communi.
33 Principum beneplacita perpetua esse debent, & quando.
34 Littera in forma pauperum, strictè interpretari debent.
35 Mandatum, morte mandantis non expirat, quando mãdatarius cepit agere.
36 Derogationes statutorum, quæ specialiter non emanant, non faciunt, vt eis censeatur derogatum.
37 Rescriptum regulariter, debet strictius intelligi, quàm statutum.
38 Littera delegatoria non trahuntur ad futuras causas, & quomodo.
39 Dispensatio, non admittit superfluitatem.
40 Rescripta debent regulari a Iustitia poli, & fori.
41 Interpretatio rescripti, vbi emanet, pars vocari debet; alias sententia non valeret.
42 Omissum in rescriptis, habetur pro omisso.
43 Verba generalia, in priuilegio expressa, non debent tenaciter, & strictè interpretari.
44 Principum priuilegia, debent manu Principis esse firmata.
45 Rescriptum ità intelligi debet, vt repugnantiam non contineat.
46 Priuilegium per non vsum amittitur, vbicumq; constat, casum euenisse, in quo potuerit priuilegium exerceri.
47 Verba litterarum mandantium, vt Iudex procedat prout exigit iustitia, important facultatem decidendi, & ordinem iuris seruandi.
48 Rescriptum à precibus illuminatur, quando est simplex, secus vero, si est determinatum.
49 Priuilegium Principis motu proprio concessum, latè est interpretandum,
50 Statutum recipit interpretationem ab alio statuto.
51 Statutum prohibens rescriptum impetrari, intelligendum est, quando secuta esset sententia diffinitiua.

PRÆLVDIVM XI.

PRincipum rescripta, priuilegia, & eius mandata, regulariter, licet sint strictè interpretanda: attamen cùm diuersas recipiant circũscriptiones, (quas Theorici limitationes appellitant); ideò non inutile erit, vt de eis aliqua discerамus.

1 † Prima igitur erit regula, rescripta scilicet Iustitiæ, & ad lites, esse stricti iuris, & strictè interpretanda, *vt per Verall. decis. 154 num. 4. & decis. 153. num. 2. par. 1. Benedict. Capra. suis communibus conclus. 102 num. 30. lib. 1. vbi attestatur de communi. Magon. decis. Lucens. 52. num. 8. per tex. in cap. causamque, vbi glos. de rescriptis. Rodolphin. de absoluta Princ. potestate quæst. 29. num. 15. lib. 2. Garcias de explicat. priuilegiorum. num. 942. in fine. Marchesan. de commissio. in tit. de commissio. in particulari. cap. 3. num. 7. Gloss. cap. super litteris. num. 150. de rescript. Leonell. de subreptione quæst. 3. art. 7. col. 2. Bart. in l. fin. ff. de constit. vbi Bald. num. 6. & cap. Rodulphus vbi DD de rescript. Cuman cons. 183. Bec. cons. 21. n. 14. Seraph. decis. 1100. num. 4. D. Ludouis. decis. 34. num. 2. Gratian. discept. forens. cap. 938. to. 5.*

2 † Amplia primo, hanc regulam, etiam procedere in litteris delegatorijs, quæ vti odiosæ præiudicant ordinariæ iurisdictioni, & strictè sunt intelligendæ. *Abb. in cap. olim. num. 7. vbi Butr. num. 7. de verb. signific. Felin. in d. cap. causamque num. 8. vers. quarta. declaratio & c. de rescript. Afflict. decis. 366. num. 3. in fine. per tex. in cap. quamuis. de prabend. in 6. Magon. in Rota Florent. decis. 87. num. 4. P. Gregor. in cap. quia nonnulli num. 6. in fine de rescript. Bursat. cons. 73. num. 6. vol. 1. Caual. dec. 21. num. 7 Gratian. d. discept. 938. Seraph. d. decis. 1100. num. 4. Ludouis. d. decis. 34. num. 2. Bened. Capr. suis communib. conclus. 36. num. 9. & 11. lib. 1. Garcias de explic. priuileg. d. num. 942. & sequen. & 985. Iason in l. beneficium. num. 34. vbi Bart. num. 3. ff. de Const. Princip.*

3 † Amplia secundo, etiam suffragari in litteris gratiosis Principis, quæ regulariter strictè sunt intelligendę, ob eorum enim ambitionem dicuntur odiosæ, *Gloss. in d. cap. super litteris. nu. 227. Ruinus cons. 30. vol. 5. n. 8. per tex. in cap. susceptum. de rescript. in 6. & l. fin. ff. de Const. Princip. P. Gregor. in cap. 54. nu fin. circa fin. lib. 1. eod. tit. nostro, & cap. 55. eod. Card. Seraph. decis. 334. nu. 8. decis. 892. num. 2. & decis. 931. nu. 2.*; cùm etiam sint restringendæ, vt minus lædant ius tertij. *l. 2. § merito. ff. ne quid in loco publico, Garcias de explicatione priuileg. nu. 304. & num. 988.*

4 † Amplia tertio, etiam habere locum in dispensationibus, quæ in dies à Senatu nostro amplissimo emanãt, cùm sint strictè interpretandę, cum sint contra ius, & odiosæ. *Io. Andreas in cap. causamque. vbi Butr. nu. 19. & aly. de rescript. Benedict. Capra suis commun. conclus. 102. num. 42. per Nicolaum. in cap. cum dilectis. de donat. Butr. cons. 26. Caputaquen. decis. 8. num. 6. Costa de facti scien. & ignoran. distinct. 15. nu. 4. centur. 1. Seraph. decis. 268 nu. 1. & 334. num. 8. Verall. decis. 100. num. 15. par. 3. & decis. 303. num. 7. par. 2. Ludouis. decis. 87. num 17. Surdus decis. 268. num. 21*, nec comprehendit casum mixtum, imò nec extenditur ex identitate rationis. *Ludouis. d. decis. 87. num. 8. & 17. Garcias. de explicat. priuileg. num. 1113. & 1114. Iason. in l. beneficium num. 37. ff. de Const. Princ. vbi Bald. num. 2. in 2. lectura.*

5 † Amplia quarto, etiam procedere in priuilegijs Principum, cùm sint strictè intelligenda. *Abb. in cap. cum olim. num. 3. & sequen. de verb. signific. Dec. in cap. causamque, num. 6. vbi Felin num. 10. & 13. de rescript. Benedict. Capra suis commun. d. conclus. 102. nu. 15. per Nicolaum, in cap. Rodulphus. de rescript. vbi idem Capr. dicit communem per d. cap causamque. eod. tit. nostro. Garcias de explicatione priuilegiorum num. 53. 46. & 626. & num. 867. Bart. in l. beneficium num. 3. ff. de Const. Princ. Seraph. decis. 605. num 2. & 772. num. 2.*

6 † Amplia quinto, etiam procedere in alijs officijs, & beneficijs Principum; cùm etiam in eis debeat stricta fieri interpretatio, quo ad præiuditium tertij. *Oldrad. cons. 50. num. fin. & cons. 268. nu. 2. Abb. in cap. cum olim num. 7. circa med. vbi Butr. num. 7. in fin. de verb. signif. Benedict. Capra. suis communib. d. conclus. 102 num. 5. Leonell. de subreptione rescriptorum quæst. 3. art. 7. col. 2. Marcel. super Constit. Cathaloniæ. cap. 1. collat. 5. lib. 1. num. 11. Bart. in l. beneficium. num. 1. circa fin. vbi Iason. num. 19 ff. de Constit. Principum. Garcias de explicatione priuilegiorum num. 944. Idem Iason. cons. 127 num. 9. vol. 4. Franc. Marc quæst. 365. num. 9. & quæst. 455. num. 28. par. 1. Molfes. ad Consuet. Neapol. to. 1. par. 4. quæst. 13. num. 4.*

7 † Amplia sexto, etiam habere locum in litteris impetratis ad beneficia Ecclesiastica, vti ambitiosa, *per tex. in cap. quamuis. de prabend. in 6. Franc. Mar. decis. 526. num. 11. par. 1. Felin. in cap. causamqua num. 7. de rescrip. Leonell. de subreptione rescriptorum d. quæst. 3. art. 7. col. 1. circa finem. Abb. in cap. cum olim. nu. 7. vbi Butr. nu. 7. de verbor. signific. Rebuff. sua praxi beneficiaria in tit. de differen. rescript. gratia. & Iustit. nu. 12. Dec. cons. 141.* Odiosæ enim sunt, quia detrahunt ordinario Collatori, maximè si per illas ius alterius læderetur. *Benedict. Capr. suis commun. d. conclus. 102 num. 22. & 23. per Archid. & Compost. in d. cap. causamqua. de rescript. 11.*

8 † Amplia septimo, idem ius nancisci posse in mandatis.

us. quæ in dies fiũt in peragẽdis caufis, & negotiis perfonarum, quæ & ipfa funt ftrictè interpretanda. *Verall. decif.335.num.2 & decif.191.num.3.par.2. Rota. decif. 23.de Procurator.cap.qui ad agendum.lib.6.eodem. titul. Card.Seraph.decif.419.nu.1.*, & eius forma eft omninò à Procuratore feruanda. *Bened.Capra fuis communibus conclus.112.nu.23.Card.Seraph.decif.918.nu.27. etiam in minima qualitate. Butr.in cap.fin.notab.7. de reftitut. fpoliator.*

9 † Amplia octauo, idem effe in Statutis, quæ & ipfa sũt ftrictè interpretanda, *Bald.in l.ius ciuile, num.15. ff.de Iuft.& Iure. Alberic.tract.de Statut.prim par. quaft.2. Abb.in cap.caufamqua.num.6.circa med vbi Dec. col.2. circa fin.de refcript. verf.fubfequenter &c.Alex.conf.40. lib.2.per Bart.in l.omnes populi.ff.de Iuft.& Iure.verfic. quaro vtrum ftatutum &c.Maftrill.decif.281. num.16. maximè ftante ftatuto noftro Mediolani cap.174. vol 2.* quo cauetur, Verba Statutorum Mediolani, feruanda effe, prout iacet littera, *Cott.fuis memorabilibus in verb. Statuto cautum eft &c.Card. Seraph.decif.811.num.3.*, nec in eis poteft fieri extenfio, de cafu ad cafum, etiam contra ius commune, ex ftatuti ratione, *Seraph. decif. 240.num.1.*, nec ftatutum difponens in cafu verò, procedit in cafu ficto, *Bart.in l.3.§.hac verba. ff. de negot. geftis.*

10 † Limita primam regulam non procedere, quòad Interpretationem, & virtutem compræhenfiuam litterarum; cùm eo cafu refcripta fint latiffimè interpretanda; fecus vero quò ad vim extenfiuam. *Franc.Mar. quaft.Delphin.decif.68.num.2.par.1. Felin.in rubr. de refcriptis.num.7.circa med. vbi Abb. & aly not. & cap. caufamqua.num.9.eod.tit.noftro.per Innocen.in cap.Epifcopi.vbi Abb.num.3.de rebus Ecclef.non alienand. vbi Barbat.num.4.& Berous num.10.Leonell.de fubreptione refcriptorum quaft 3.art.7.col.2. per Beronum in d.rubr. de refcript.num.8.Garcias de explicatione priuilegiorum num.868. vbi teftatur de communi Doctorum fententia, per Felin.loco citato,* & latè diximus in præludio 5. nu. 57. vbi vide &c.

11 † Limita fecundam regulam, non fuffragari, quando refcripta delegatoria parum, aut nihil ius commune offenderent, & iuris rationi, non repugnent, tunc .n. latiffimè interpretari debent, quantum, slz. patitur proprietas verborum, iuris neceffitas, & mandantis intentio. *Innocen.in cap.fuper litteris.2.colum.*, *vbi Butr. Imola.& aly.de refcript.Felin.in cap.caufamqua. num.9. circa med. verf.fexta declaratio &c.eod.tit Vant.de nullit.in tit.qualiter fenten.qu.dic.null.&c.num.65.Milius in fuo aureo Repertorio in verbo refcripta funt ftricti iuris &c. Abb.in cap.cum olim. de verb.fignif.*; Et fic extenduntur etiam ex lato fignificatù verborum, *Roman. conf.343.Verall.decif.191.num.7.par.2.per Felin.in cap. 1.de off delegat.col.2.verf.limita &c.* prout etiam procedit fauore Iudicis ordinarij. *Archid.in cap.difpendia. num.6.de refcript. in 6.*, *& cum delegata fit debilior ordinaria. Magon.Rot.Flor.dec.87.nu.3.*

12 † Limita tertiam, non procedere in litteris gratiofis, quæ emanant à Principe cõcedendo fupplicanti aliqua iura ad fe fpectantia; quia eo cafu latiffimè funt interpretanda, cùm præiudicent tantum concedenti, & non in alterius præiuditium. *Abb.in cap.olim.num.7. circa med. de verb.fignific. Butr.in cap.caufamqua. num.18. vbi Felin.num.10.poft principium, de refcriptis, Ruinus. conf.30.num.8.vol.5.per Bald. in l. nec auus.C.de emancip. liber.Oldrad.conf.50.ad finem.* nam fi Princeps donet Ciuitatem, cenfetur donare diftrictum, & Comitatum. *Bald.in l.benefitium.col.2.num 6.& l.fin. num.6. vbi Iafon nu.8.ff. de Conftit.Princip.Felin.in d. cap.caufamqua.num.12.& 13.Card.Seraph. decif.896. num.3.* vbi inquit, quòd conceffo Caftro per Principem alicui in feudum, comprehendi debere etiam molendina, *per Iafon, & Ripam ibi per eum alleg.*, admittitur enim extenfio, quando eft conformis intentioni concedentis. *Parif.conf.66.num.66.lib.3.Seraphin.decif.996.num.7. Franc.Marc.quaft.365.num.30.par.1.*

13 † Limita quartam, non fibi locum vendicare in difpenfationibus generalibus, & fauorabilibus; fed folum in difpenfationibus particularibus, & odiofis. *Barbofa. in l.1.num.19.& 20.par.1.ff.folut.matrim Sanchez de Matrim.difputat.2.lib.8.num.33.& 36.Ludouif.Pont. decif.87.num.17.in fine.* & quando funt folita concedi, prout in his litteris, quæ funt de forma. *Iafon in l. benef. num.32.verf.4.limita &c.ff.de Conft.Princ.*, tunc enim debet fieri latiffima interpretatio. *vt per DD.loc.citat.*

14 Limita quintam, non procedere, quando priuilegium contineret damnum concedentis, nam eo cafu latiffima fieri debet interpretatio; Secus verò fi in præiuditium tertij, ità explicat *Oldrad.conf.268.num.2. & conf.50. num.fin.Butr.cap.quia.num.3.de priuileg. Innocen.in ca. cum dilectus.vbi glof.& Doctores.de donat. Abb.in cap. olim. num.7.circa medium.de verb. fignif. Molfefius.ad Confuetud.Neapolit.tomo 1 quaft.33.num.4. par.4.*, & fic in fauorabilibus priuilegijs, *Seraphin.decif.728.nu. 2.& 605.num.2.& 827. num.3. per Dec. in capit.cum ordinem,de refcriptis*, maximè, fi non detrahitur iuris communis difpofitioni. *Seraph.d.decif.728. num.2. Iafon. in l.benefitium. num.20.ff.de Conftitut.Princ.Caput. allegat.139.num.8. Garcias. de explicatione priuilegiorum. num.943. in fine. cum fequen. & num.934.*

15 † Limita fextam, non habere locum, quando fimul beneficia, & officia Principum, ex certa fcientia, & fine alterius detrimento, fuerunt emanata: cùm eo cafu quampleniffimè fint interpretanda. *per tex.in l.benefitium, vbi Bald.num 6.& Iafon num.31.ff. de Conftit. Principum. P.Gregor.in cap.55. lib.1.de refcript. Franc. Marc.quaft.365.num.29.& quaft.455.num.28.parte 1. per tex.in cap.cum dilectus. de donation. Mierez. fuper Conftit.Cathalon.cap.17 lib.1.collat.3. num.11. Leonell. de fubreptione refcriptorum quaft.3.art.7.colum.2. Garcias de explicatione priuilegior.num.944. Seraph.decifio. 728.num.2.*

16 † Limita feptimam, non procedere in litteris beneficialibus de Iuftitia, in quibus laxior fit interpretatio. *Io.Andr.in cap. quamuis. de prabendis. in 6. vbi glof. in verbo includi &c. Nicolaus in d.cap. Rodulphus. de refcript. Benedictus Capra. fuis conclus.communib. conclus. 102.num.32. ad mentem Tancredi.in cap. accepimus. de etat.*, *& qualit.*

17 † Limita octauam, non fuffragari in connexis, quia in eo cafu mandatum extenditur ad alias perfonas. *Iafon.in l.prima 2.colum. C.de tranfactionib. Felinus in cap. translato.colum.3.de Conftitut. verfic.adde notabile &c.Verall. decifio.191.part.2.num.6.*, *vbi num.quinto inquit,* extendi etiam ad præcedentia, & fequentia. *Leonell.de fubrept. quaft.18. art.7.*

18 † Limita nonam, non opitulari, quando per ftatuti interpretationem, correctio iuris communis magis euitatur, quia tunc ftatutum latiffimè erit interpretandum. *Dec.in cap caufamqua. num.5.in fine columna 3. de refcript. verfic. & pradicta locum habent &c. per Abbat ibi, & per tex.in cap.cùm dilectus. vbi Scribentes de confuetud.*, vel vbi præiudicet iuri priuato, deberet intelligi ftrictè; & tunc debet reduci ad ius commune, fecus verò fi tantum iuri communi, vt latius per eundem *Abb dicto cap.caufamqua.num.6.circa mediũ. de refcript.*

19 † Declara primam regulam, & amplia, quod etiam decretum Principis eft. ftricti iuris, & ftrictè interpretandum, & eius verba debent ad vnguem, & fpecificè obferuari. *Ofasc.decif.164.num.3. Simoncell. de decretis. lib 1. infpect.4. tit.1 num.93.cum fequen. Magon.decif.Lucenf.33.nu.19. Garcias. fuo tract. de priuileg. num.984.& 985.* nec capit in illo, non nominatos. *Cardin.Seraphin.decifio.1100.num.4. Ludouif. decifio. 34.nu.2.*

secus verò si in precibus de illis mentio facta sit; per tex. in l. 1. vbi Iason. & Scribentes, C. de diuers. rescript., vel si haberet rem communem cum impetrante, quia ratione connexionis tali rescripto vti poterit, Garcias de explicatione priuilegiorum quæst. 212 num. 1139. cum sequen., tum etiam si rescriptum esset reale, quia extenderetur ad hæredes, & successores, Garcias, qui supra num. 934. Butr. dicto cap. significauit, vbi glos. & DD. de rescriptis., & tunc extenderetur etiam ad fideiussores. Hyppolit. suo tractatu de fideiussoribus. numer. 275. idem Garcias num. 731.

20 † Declara secundam regulam, Delegati iurisdictionem se extendere ad personas non nominatas in litteris, & commissione, ratione connexitatis. Verall. decisio. 191. numero 7 parte 2. per Felin. in cap. primo, vbi glos. de offitio delegati, vers. limita &c. & in verbo impediens &c. Garcias de explicatione priuilegiorum, numero 1139. & 1140. Leonell. de subreptione rescriptorum art. 7. quæst. 18. columna 2., secus verò in litteris personalibus, & ratione personæ emanatis, quia strictè interpretantur, nec transirent ad prorogatum Iudicem, per tex. in cap Quoniam Abbas, vbi Felin & Doctores de officio deleg. Garcias qui supra. num. 341., nam extinguitur cum persona, vt ibi per eum num. 135., Abb. dicto vers. Quoniam. Abb. Butrius, & alij. Benedictus Capra suis communibus, conclusione 37. numero 41. & 42.

21 † Declara tertiam; litteras gratiosas extraiudiciales, latissimè esse interpretandas, si sint fauorabiles; secus quò ad interesse tertij. Leonell. de subreptione rescriptor. quæst. 3. art. 7. colum. fin. circa medium. per tex. in d. l. ere beneficium, vbi glos. & Doctores. ff. de Constit. Principũ, Butr. Felinus, Beroius, & alij in d. rubr. de rescript. & licet iuri communi derogent; attamen ita fieri debet interpretatio, vt ius lædatur, minùs quàm fieri potest, Leonell dicta quæst. 3. art. 7. columna secunda circa med. Felin. in cap causamque. numero 9. de rescriptis: vbi limitat, quando apertè constaret de contraria voluntate Principis, vt dicto numero nono, intelligi tamen debent secundum finem ad quem verba litterarum proferuntur, Verall. decis. 151. num. 4. par. 1. Calder. cons. 6. de rescript.

22 † Declara quartam, dispensationes scilicet Senatus vel Principis, ità debere interpretari, vt non intelligatur Superiorem dispensare, nec inutile confirmare; sed potius commune ius sequi, Alexand consil. 32. num. 4. lib. primo, per Butr & Innocen. in cap. duanni. de decimis. Oldrad. consil. 268. numero 2. & 5. quod intelligo procedere, respectù iuris communis, quando litteræ essent dubiæ; secus verò si constaret de mente Principis, Felin. in dicto cap causamque. num. 9. de rescriptis. vers. quinta declaratio &c. Butr. in cap. ex parte 2. de off. deleg. in prima opposit. Dec consil. 114 numero 3. & 4. Milius in suo aureo Repertorio in verbo rescriptũ &c. cùm etiam sint restringendæ, vt minus lædatur ius tertij, quàm fieri possit. Cardon. Seraphin. decisio. 931. numero 2.; cùm etiam ità interpretari debeant, vt tertio non præiudicent, Franc. Marc. quæst. 553. numero 1. parte 1. Rota Genuens. decis. 104. numero 16; secus verò quò ad præiuditium ipsarum partium, vt in specie fuit ☞ pronunsum per ordines Regios Tomariens. diei. 17. Aprilis anni 1581. columna 2. in fine versicul. Non obstante che &c.

23 † Declara quintam, quòd priuilegium continens plura capita, conseruatur in totum, si fuerit in exercitium deductum, quò ad quædam, scilicet non quò ad omnia, Seraphin. decisio. 1043. numero 4. Ludouis. Pont. decisio. 557. numero nono, vbi Beltramin. not.; sicut etiam dicimus, si priuilegium, vbi semel sortiatur effectum; quamuis postea cesset, adhuc tamen valet; secus si causa defficiat, antequam suum sortiatur effectum. Garcias de explicatione priuilegiorum num. 1151. per Couarru. lib. 1. variar. cap. 20. numero 5. Tiraquell. causa cessante limitat. 12. num. 1. & in prima parte num. 89. & 92.

24 † Declara sextam, in beneficijs, & offitijs Principum, habere locum interpretationem extensiuam, non restrictiuam, Iason in l. beneficium, num 31. circa med. ff. de Constitut. Principum. vers. Ex his habes &c. per tex. in l. si mihi, vbi Doctores ff. de verbor. obligatione & idem dicitur in priuilegijs, & à communi consuetudine interpretationem recipiunt. Garcias de explic. priuilegior. num. 123. Bellamer conclus. 738. vbi vide &c. cùm etiam rescriptum directum Prætori, se extendat ad eius successorem, finito ipsius Prætoris offitio. Abb. Felin. Butr. & alij. in cap. Quoniam, Abbas. de off. deleg. & hoc ratione dignitatis. Card. Seraphinus. decisione. 1058. numero 3. Oldrad. consilio. vltimo, 334. numero finali.

25 † Declara septimam, vt vbi litteræ ad benefitia sint fauorabiles, quando scilicet per ipsas reducitur res ad naturam suam; tunc lata interpretatio fieri debet. Felinus in cap. causamque. numero 7. circa medium, versic. limita hæc &c. de rescript. Anchar. cons. 195. ad exclusionem &c. veluti, si daretur Episcopo facultas conferendi benefitia in Diœcesi reseruata, Nico. in l. si vnus. §. pactus. ff de pactis. idem dicitur in litteris benefitialibus motu proprio concessis, Abbas in d. l. beneficium, colum. 2. ff de Constitut. Principum. Garcias de explicatione priuilegiorum num. 1342. verùm si mandatur prouideri de tali Diœcesi; attamen de Ciuitate prouideri non poterit, vt per Benedict. Capram suis communibus conclus. 102. num. 29. per Hostiens. in cap. Rodulphus. de * rescriptis, vbi attestatur de veriori, & magis recepta DD. sententia.

26 † Declara octauam, mandatum ad agendum, & ad comparendum in causa mota, & mouenda; si est restrictum ad vnum Iudicem, non extenditur ad alium. Verall decisio. 284. num. 2. per Io. de Grassis in tractatu de substan. Procurat. versio. coram quocumque Iudice &c. & sic intelligitur respectù præmissorum, Card. Seraph. decis. 1124. numero 4. & decis. 831. num. quinta: verum vbi adesset clausula, coram quibuscumque Iudicibus, posset sustineri, prout in praxi tractatur per dictum versic. coram quocumque Iudice &c. prout etiam sufficit mandatum cum clausula ad appellandum, & pro substitutione alterius, vt per Verall. decis. 196. par. tertia numero 3. & 4.; imò quod etiam præsumatur ex tempore antiquo, tenet idem Verall. decisio. 194. par. tertia. modò sit enunciatũ in Instrumento, per Abb. & Felin. in cap. Sicut, de re Iudic.

27 † Declara nonam, quòd scilicet statuta recipiunt interpretationem passiuam à iure communi, vt per Parisinum. consil. 167. nu. 16. volum. 4. Ancharan. lun quæst. 66. num 4. lib. 2. Seraph. decis. 706. num. 4. etiam si debeat intelligi ad litteram, prout iacet, Marescott. var. resolutionum cap. 80. num. 13. par. 2. Cotta suis memorab. in verbo statuto cau. circa medium. Apostillat ad Statut. Mediolani. volum. 1. in preludiis. num. 291. & cap. 174. numero 77. volumine secundo; & ista interpretatio passiua intelligitur, quando ius commune se extendit ad statutum; non autem quando statutum extenditur ad ius, idem Marescott. dicto cap. 80. numero 12. & 6., si quidem per hanc interpretationem passiuam, non dicitur fieri extensio, sed lex communis se extendit ad statutum. Appostillat. d. statut. 174. num. 77. volum. 2.; cùm propriè dicatur legis ostensio. Gallin. de verborum significat. cap. 21. lib. 6. num. 16., & quando statutum in eadem materia loquitur, prout ius commune; tunc intelligitur ad litteram, prout iacet, Abbat. in dicto capit. causamque, numero 26. circa finem, & quando statutum in terminis iuris communis non disponit: tunc intelligi debet, vt aliquid addat ad ius commune, non autem ad eius impropriationem reduci debet, Abb. d.

Q loco

loco num.6. & fin.de reſcriptis.per tex. in cap.cum dilect. de donat., & recipit hanc paſſiuam interpretationem; niſi in indiuiduo aliud à parte deducatur iuri communi contrariũ: veluti,ſi adeſſet aliqua cõſuetudo, Seraph. deciſ.404. num. 9., quò in caſu, onus probandi incumbit alleganti, Dec.conſil.402.num.11.Bald.in l. 1., vbi gloſ. C.quęrit. long. conſuet.

28 † Obſerua primo, quòd reſcriptum ad lites dubium, debet reduci ad ius commune, etiam quòd verba improprientur. Abb.in cap.cauſamque.num.1.de reſcriptis,Oldrad.conſ.268.nu.5.circa finem. Dec. conſil.114. num. 3. & 4., cùm nihil continere debeat contra ius, Cyn.in l.reſcripta, C.de precib.Imperat. Offerend.: quia ſi derogaret iuri communi, priuilegium, vel diſpenſatio diceretur, per gloſ.in cap. primo de Conſtit. in ſexto, in verbo Neſcatur.in fine. Garcias de explicat. priuileg. num 627. & 942.Grammat.deciſ.59.num.48.& ità fieri debet interpretatio, vt actus ſuſtineatur, Seraph.deciſio. 627.num.10.& 819. num.9. & à verborum forma ſine certa ſcientia, non eſt recedendum, Garcias d.loco nu. 627., vbi tamen ſunt clara, vt ibi nu.699. Guid.Papa ſing.514., & tunc non eſt opus alia interpretatione, Seraphin.deciſ.762.num.1.& 331.num.2.& eſt ſumenda interpretatio contra fundantem ſe in verbis litterarum, Ludon.deciſ.128. num.8. quòd intellige, quando verba eſſent dubia, l.veteribus. ff.de pactis; cùm alias etiam reſpectu nullitatis reſcripti, fieri debeat interpretatio, ad impetrantis vtilitatem. Verall deciſ.121.nu.3. par.5.per Caſſador.deciſ.6.nu.4.de reſcriptis. ſecundum tamen ſubiectam materiam, vt ibi d num.4.in fine.Verall.deciſ.261.num.6.par.2.

29 † Obſerua ſecundo, quòd ſcilicet reſcripta delegatoria, regulariter non extenduntur ad perſonas in eis non expreſſas, per tex.in cap.P. & G. de officio delegat. l. 1. in fine, ff.de Conſtitut.Princip.Seraphin. deciſ.1100.nu. 4. Ludouiſ.deciſio.34.num.2.per tex. in cap. ſignificante de reſcript., nec trahuntur ad cauſas poſtea exortas. Rota deciſio.18.de reſcriptis,& 32.num.2. de Procurat. in nouiſ. Ludouiſ. loco citato num. 3. per tex. in cap. fin. P.Gregor. ibi numero 6.vbi gloſ.de reſcriptis.

30 † Obſerua tertio, quod gratia, ſeu priuilegium, ſi concedatur à Principe ex aliqua cauſa finali, ſi ipſa ſemel ſortiatur effectum, quamuis poſtea ceſſet, adhuc valet, ſecus ſi cauſa deſſiciat, antequam ſuum ſortiatur effectum, Garcias.de explicatione priuilegiorum. numero 1151.Couar. variarum reſolutionum. cap. 20.num. 5. lib.1. Tiraquell.ſuo tractatu cauſa ceſſante.limitatione duodecima, numero primo, & in prima parte, numero 89. & 91.

31 † Obſerua quarto, diſpenſationem non admittere extenſionem, nedum ex identitate; ſed nec etiam ex maioritate rationis, Verall.deciſio.8.numero 6.parte 1. Rota.deciſ.496.numero 2.par.1. in recent. Surd. deciſio. 268.numero 10. Ludouiſ deciſio.87.numero 17. Gloſſ. in cap.ſuper litteris. numero 216. de reſcriptis. limita, vt per Ludouiſ.d. num. 17.

32 † Obſerua quinto, vt vbi Priuilegium idem, quod ius commune diſponat, tunc interpretandum erit, vt aliquid iuri communi addatur. Garcias. de explicatione priuilegiorum, numero 846. per Felin. in cap. primo, numero quarto. de reſcript. verſ.priuilegium continent &c. vbi Hoſtienſ. & alij per tex.in cap.in his, de priuilegijs, ne detur occaſio, vt ſit fruſtratorium. Garcias. dicto numero 846. circa finem. quòd eſſe non debet. Gail. pract. obſeruat.lib.primo, obſeruat.15.numero fin. l.ſi prætor.ff. de iudic.

33 † Obſerua ſexto, Principum beneplacita, & beneficia, permanentia, & perpetua eſſe debere; modò in eis tempus non ſit adiectum, Plot. conſil. 44. num.8. Borell.de Regis Cathol.præſtantia. cap. 64. numero 64. per tex. in §.illud.auth.Conſtitut.qua. de dignit.Sainſon. in conſuetud.Turonenſ.tit. Comment. homaigè. art.1.concluſ.23.Cattel.Cotta.ſuis memorabil.in verbo feudum ligium. Marcheſan.de commiſſio.in tit.de commiſſ. appell. ab exe.breuis, capit.13.numero 66. in impreſſion. Venet. par.1. per tex.in cap.decet. vbi Dyn. & alij. ff. de regulis Iuris in 6.

34 † Obſerua ſeptimo, litteras in forma pauperum, eſſe ſtrictè interpretandas, ſicut gratioſæ, Benedictus Capra ſuis communib concluſ.102.numero 33. & 35. per tex.in cap. Quamquam, vbi Gloſ.& DD.de præbend. in ſexto, niſi eſſent litteræ Iuſtitiæ, quando ſcilicet dirigerentur ad obligatum: tunc enim largè interpretantur. cap.ſi pauper. de præbend.in 6.Capra d.concluſ.102. numero 36.

35 † Obſerua octauo, mandatum per mortem mandantis non expirare, quando res non eſt amplius integra; & mandatarius cępit adminiſtrare, & exigere, & alia facere, ad quæ directum erat mandatum. Card. Seraphin.deciſio.1048.num.7.& 531.numero 3. per tex. in §. Item ſi adhuc, vbi gloſ. Inſtitut. mandat. Aretin. §.rectè num.4. eodem titulo, vel ſi procurator præſtitiſſet fideiuſſionem, cùm res non diceretur amplius integra, Verall.deciſ.188.par.2. numero 2.per Salycetum in l.mandatum, col.5.C.mandati, et idem Verall. deciſio. 189.nu. 1.& ſeq. eadem par.

36 † Obſerua nono, derogationes ſtatotorum, quæ de ſtylo paſſim ſolet apponi in litteris patentibus diſpenſationum; & quæ è Cancellaria Senatus noſtri emanant, non faciunt, vt contra Statuta, & Conſtitutiones dicatur diſpoſitum; niſi ſpecialiter eis fuerit derogatum. Cardin.Seraphin.deciſ.162.num.9. Plot.conſil.44. numero 10.Gallia ſuper Conſuetud. Alexand. quæſt.3. in gloſa non poſſit.numero 12.& 13.Cotta conſil.65.num.8. lib.1.Plot.conſil.97.num.4. & conſil.17 num.62. & 63. Pedroch conſil.1.num.55.& 135.Alciat.conſil.36.num. 15.lib.6. etiam ſi adeſſet clauſula, motu proprio. idem Plot.d.conſil.44.num.10. & gloſ. in cap. ſi motu proprio. de præbend. in ſexto, Abbas in cap.Conſtitutus. de reſcriptis. vbi Imola col.x.verſ. per prædicta &c. Felin.ibidem colum.4. verſ. Obſtat ſecundo &c. In tantum, quòd Iudices debent reclamare contra litteras Principis, mandantes, quid fieri contra ſtatuta, vel Conſtitutiones, vel eorum conſuetudines, vbi Princeps illis in ſpecie non derogauerit. Plot.dicto conſil.44. num.9. Maſtrill. deciſ.241.n.26.& 27., vbi arguit Prælatos, & Iudices exequentes ſtatim litteras Pontificis, vel Principis ſubreptitias, & contra ius emanatas, per tex.in l puniri, vbi Caſtr.Fulgo. & alij.C.ſi contra ius, vel vtil.publ. Ferrett.conſil.190. num.3.

37 † Nota primo, Reſcriptum regulariter debere ſtrictius intelligi, quàm ſtatotum, quia ſtatutum intelligi debet, vt aliquid addat iuri communi, quando in terminis Iuris communis non loquitur, Abb. in cap. cauſamque, num.finali. in fine, de reſcriptis, per tex. in cap. cum dilectus, de præbend. vbi gloſ. & DD. de donation. regulariter enim ſtatutum debet aliquid operari vltra ius commune. Maſtrill.deciſio.247.num.92. & 95. Secus verò in litteris ad lites, quæ ſecundum ius commune debent interpretari. Rodolphin. de abſolut. Principũ poteſtate lib.2.quæſt.29.num.14.Verall.deciſ.145. par.2. nu.6. Burgoſ.Crotus, & alii in rubr.de reſcript. Gomes in cap.1.num.66.de reſcriptis. & diximus in 2.par.huius noſtri tractatus, in rubr.1.num.20.34.& 40. vbi videas Crauet conſ.172.nu.2. Verùm reſcripti verba non eſſe ſubtilizanda, tradit Lapus allegat.89.nu.17.per Io.And. in cap.in Geneſi de elect.poſt Hoſtienſ. in cap. dudum. de electione.verſ.electis &c.

38 † Nota ſecundo, litteras delegatorias non trahi ad futuras cauſas, cũ non ſe extendant ad poſtea exortas. Bened.Capra ſuis commun.concl.36.nu.1.per tex.in c. quia, nonnulli. de reſcrip. Rota deciſ.244. Item ſi vnus. &c. & deciſ.18.de reſcr.in nou. Marcheſ.de cõmiſſ.in tit.de cõmiſſio.in particul.cap.3.par.1.nu.12.Ludon.dec.34.nu.3.

licet

licet etiam adesset clausula, ad futuras, tàm motas, quàm mouendas, cùm illa se extendat ad causas tempore impetrationis exortas, licet aliud sit in mandato Procuratoris. Poned. Capra d. loco num. 4. Marches. qui supra d. num. 12. circa med., fallit tamen, quando causæ futuræ essent annexæ, Dec. in cap. Super eo. nu. 11. de appellat. vel si de illis fuerit facta mentio in precibus. Put. dec. 434. n. 2 par. 2. Fallit secũdo in litteris delegatorijs, quæ Conseruatoribus diriguntur, nam in illis veniunt etiam causæ futuræ postea exortæ, P. Gregor. in d. capit. Quia nonnulli. num. 6. circa med. de rescript. lib. 2. & deximus in prælud. 7. tit. de Litterarum diuisio. num. 82. par. 1. Costa de re integr. dist. 64. vbi latè &c.

39 † Nota tertio, Dispensationem, alz. non admitti superfluitatem. Calderin. consil. 6. tit. qui filij sint legitimi, Crauet. in consil. Incip. Pro genero &c. num. 46. Ludouis. decisio. 516 num. 4. quinimo illam producens, censetur fateri omnia in ea contenta esse vera, & omnia illa approbare. Mohed. decisio. 1. in fine, Caputaquen. dec. 334. num. 4 par. 1. Ludou. decisio. 285. num. 1. & 2. Alexand. cons. 30. num. 1. lib. 7., prout dicitur in positionibus, quia ponens dicitur fateri ea, quæ sunt in positionibus narrata. Asin. sua praxi §. 19. cap. 24. nu. 4. & seq. Ludouis. d. decis. 285. num. 3.

40 † Nota quarto, rescripta debere regulari à iustitia poli, & fori, cùm non placeat Principi, nisi iustum, & verũ, Bald. in l. 1. num. 13. ff. de Constit. Principum. per tex. in l. quoties. vbi DD. passim. C. de precib. Imper. offerend. Molina. de primogen. Hispania. cap. 1. lib. 2. num. 13., cùm etiam omnia Principum mandata, & rescripta à iustitia regulariter, & saluo iure alterius sint intelligenda, Socin. Iunior. consil. 126. num. 42. col. 3., & si per Imperatorem emanet gratia contra ius, tunc etiam strictissimè est interpretãda, & idem in rescripto ad lites. Bald. in l. beneficium. in fin num 6. ff. de Constit. Principum.

41 † Nota quinto, quòd vbi agitur de interpretatione rescripti, & super eo, vt Iudex pronunciet: debet pars citari, aliter non valeret sententia, vt in specie tradit Grammatic decis. 65. num. 20. & 21. per Speculat. in tit. de rescript. præsentat. §. fin. versic. Item quod &c. Bald. in l. Titia. iuncta glos. C. de legib. Alex. consil. 11. vol. 4. col. 4. Idem dicitur in declaratione priuilegij, vel statuti. Garcias de explicat. priuileg. num. 580.

42 † Nota sexto, quòd cùm rescripta sint stricti iuris, ideò omissum quidem in rescriptis si quid est, habetur pro omisso, Afflict. decis. 366. num. 4. l. quidquid astringendæ ff. de verbor. oblig. Verall. decisio. 153. & 154. part. 1. & decisio. 281. par. 2. Caluale decis. 21. de Iudic. Cran. consil. 172. Guid. Pap. sing. 635. Natta consil. 39. tom. 1.

43 † Nota septimo, verba generalia, apposita per Principem in suo priuilegio, non debere strictè, aut tenaciter interpretari, Grammat decisio. 4. num. 8. & decis. 59. num. 48. quòd tamen intellige, quò ad ipsius Principis interesse, & in his, quæ in priuilegio exprimuntur, Grammat d. decisio. 59. nu. 46. Rota decisio. 3. de off. lega. in nouis. Abb. consil. 104. par. 2. Hyppolit. sing. 483.; Ita tamen fieri debet interpretatio, vt ipsi priuilegio non noceat, Mohedan. decisio. 163. num. fin.; Secus verò quò ad præiudicium tertij, quia tunc strictè interpretari debet. Osasc. decisio. 90. nu. 11. Abb. consil. 98. par. 1. Franc. Marc. quæst. 452. par. 1. Grammat. decisio. 103. nu. 237.

44 † Nota octauo, litteras priuilegij Principis debere esse subscriptas manù ipsius Principis; nam aliter iuribus non subsisteret. Crauett. consil. 277. Capyc. decis. 121 nu. 6. subscribend. Ità videlicet. Io el Rey., vt idem Capyc. d. nu. 6. circa medium, & cum alijs octo, vel decẽ subscriptionibus, ad trad. per Boroll. suas summ. Iuris. decisio. tit. 13. nu. 38. vide Costam de re Integr. distin. 35. nu. 7.

45 † Nota nono, rescriptum ità intelligi debere, vt repugnantiam non contineat, Osasc. decis. 5. num. fin. per tex. in l. vbi repugnantia, ff. de reg. Iuris, & cap. Sollicitudinẽ de appellation. Socin. consil. 150. num. 29. Rodolph. de absoluta Princ. potestate, lib. 2. quæst. 29. num. 7. per tex. vbi DD. in l. scriptura. C de fide Instrumentorum; & potius frustra dicitur impetratum, quam vt indebitè tertium lædat. Menoch. consil. 75. vol. 1. num. 64. Milanens. dec. 2. num 52. lib. 2.

46 † Nota decimo, priuilegium per non vsum ammitti, vbicumq; constat, casum euenisse, in quo potuerit priuilegium exerceri, & priuilegiatus nõ exercuerit. Card. Seraph. decisio. 1410. num. 27. et decisio. 1043. nu. 3. Guid. Papa decis. 406. num. 2. Boer. decis. 386. circa fin. Seraph. loc. citato, vbi attestatur de firmiori DD. sententia; Secus verò, vbi plura cõtinet, & fuerit vsus in aliqua, quia eo casu etiam in alijs censetur præseruatum, Seraph dec. 1043. nu. 4. per Abb. & Host. in cap. vt priuilegia num. 4. de priuileg.

47 † Nota vndecimo, verba rescripti mandantia, vt Iudex Iustitiam faciat, vel prout exigit iustitia, importare facultatem decidendi, & ordinem iuris seruandi, Osasc. decis. 142 n. 38. Felin. in cap. 1. col. 16. circa fin. de Const. idem Osasc. decis. 1. nu. 34. circa med. Iason. in l. iustitia. ff. de Iust. & iure. Broderod. de appellat. titul. 17. in vers. Rescriptum &c.

48 † Nota duodecimo, rescriptum recipere interpretationem à precibus, quando est simplex; secus si est determinatum. Menoch. consil. 180. num. 11. lib. 2. Socinus. Iun. consil. 95. num. 15. lib. 3. Gramma. decis. 103 nu. 203. ità intelligitur, etiam si est dubium, vt per Socin., & Grammat.

49 † Nota decimotertio, priuilegium Principis motu proprio concessum, latè esse interpretandum, etiam in præiudicium tertij; maximè si est adiecta clausula ex certa scientia, Natta consil. 340. nu. 6. & 7 Tepat. var. sentent. tit. 55. de Priuileg. cap. 2. col. 2. vers. Priuileg. Principis, Garcia. de explicatione priuilegiorum num. 1332. Verùm priuilegium concessum contra Iura Regia, non valent, idem Garcias de explicat. priuileg. nu. 577. Greg. Lopez. in l. 29. tit. 18. par. 3. G

50 † Nota decimoquarto, statutum recipere interpretationem ab alio statuto, secundum Bald. in l. Gallus. §. quis si is, ff. de liber. & posthu. D. Garcias Mastrill. decis. 270. num. 27. Dec. in cap. causamque. num. 5. circa finem. vers. Adde tamen &c. col. 2. de rescript. Petr. Ancharan. consil. 93. col. 5. & idem Dec. consil. 65. column. 2., quia in habentibus symbolum facilior est transitus. Ancharan. consil. 421. viso puncto &c. verùm, vbi statutum loquatur in casu simplici, subsistente diuersa ratione, nõ procedit in casu mixto, Mastrill. d. decis. 270. num. 35. per DD. in l. 2. ff. de verb. oblig., & casus exceptus in statutis, & Constitutionibus non extenditur ad alios, Lanar. cons 61. num. 6. Menoch. cons 197. nu. 7., quia in statutis non fit extensio etiam stante simili, & æquali ratione, Mastrill. d. decis. 270. num. 22. Ceoff. cons. 45. num. 14. lib. 2. Bett. cons 75. num. 4.

51 † Nota decimoquinto, statutum prohibens nemini licere subditorum rescriptum impetrare, aut extrahere, intelligendum esse, quando secuta fuit sententia diffinitiua, & de rescriptis Iustitiæ, & ad lites, ne iuditia protelentur; secus verò in litteris gratiosis, Costa cons. 19. num. 24. lib. 1. per tex. in l. 1. & 2 C. vt lite pendente, vbi glos. & DD.; cùm ista Princeps concedere possit etiam sine causa, Cran. cons. 241. num. 1. per Alex. consil. 155. colum. fin. lib. 6. Socin. cons. 87. colum. 7. lib. 2., nam Princeps potest mutare quadrata rotundis, vt per DD. in cap. cùm venissent, de Iudic. Costa cons. 75. num. 16. in fine, Crauet. d. loco num. 4. & cons. 256. num. 2., quia dicitur Princeps lex animata in terris, l. digna vox. C. de legib. Costa loco citato.

Vtrum in rescriptis de forma committatur subreptio.

PRAELVDIVM XII.

COMPENDIVM.

1 *In litteris Iustitiæ, regulariter, subreptio non committitur; secus vero limitatione. vt nu. 11. 21. & 31.*

2 *Amplia primo, etiam procedere, in litteris delegatorijs; intellige vt num. 12.*

3 *Amplia secundo, idem esse in litteris appellationis, & quando, vt num. 13.*

4 *Amplia tertio, idem esse in litteris positionum, et quomodo.*

5 *Amplia quarto, etiam procedere in litteris restitutionis in integrum. cum clausula, prout de iure, limita, vt n. 15.*

6 *Amplia quinto, etiam procedere in litteris dispensationis, quæ in forma patentium emanant.*

7 *Amplia sexto, regulam in oibus rescriptis quæ de forma, Cancellariæ, emanare solent declara, vt num. 27.*

8 *Amplia septimo, hoc idem dicendum in litteris excitatorijs iurisdictionis ordinarij, & quando, vt num. 18.*

9 *Amplia octauo, idem esse in litteris dilationum ad soluendum.*

10 *Amplia nono, etiam procedere in litteris prorogationis instantiæ, intellige, vt num. 20.*

11 *Limita primam regulam, non procedere, in falsa narratione facti proprij, & quomodo.*

12 *Limita secundam, vbi non ea fuissent expressa, quæ sunt de impetrationis substantia.*

13 *Limita tertiam, non habere locum, quando esset commissa subreptio circa fundamentum ipsius appellationis.*

14 *Limita quartam, quando subreptio esset commissa in facti causa.*

15 *Limita quintam, quando tacuit supplicans aliqua, quæ si fuissent expressa, Princeps potius vna, quam altero modo concessisset.*

16 *Limita sextam, quando subreptio, versaretur circa ius particulare, & quomodo.*

17 *Limita septimam, in facti falsi expressione.*

18 *Limita octauam, quando in litteris excitatorijs esset expressum, quod de iure non erat narrandum.*

19 *Limita nonam, quando de qualitate debiti non esset facta mentio.*

20 *Limita decimam, vbi de numero prorogationum mentio facta non sit.*

21 *Litteræ etiam ad lites vitiantur subreptione, quando cessante illa, Princeps non esset litteras concessurus.*

22 *In Commissionibus causarum non requiritur, tam exacta expressio narratorum.*

23 *Inhibitio vigore appellationis emanata, ea nondum interposita, non causat attentata.*

24 *Excipienti de subreptione contra litteras abolitionis contumaciæ, incumbit probatio.*

25 *Rescriptum ex falsa causa impetratum, est ipso iure nullum, & quando.*

26 *Litteræ sanantes nullitatem ex signatura Papæ, inferiores super eis non cognoscant.*

27 *Regula, quòd in litteris de forma non cadit subreptio, quomodo intelligatur.*

28 *Iurisdictio quando est solum excitata, num in præsentatione litterarum requiratur citatio.*

29 *Litteris in dilatorijs, quando incipiat currere tempus, an à die datæ, vel præsentationis.*

30 *In litteris prorogationis instantiæ, sufficit mentio fieri de tempore Iudicij cepti.*

31 *Romana in Curia asserenti litteras esse subreptitias, audientia denegatur, & quare?*

32 *Subreptio circa accidentia, vbi mutaret speciem, tunc vitiaret in totum.*

33 *Subreptio duplex appellatur, & quomodo.*

34 *Gratia, seu dispensatione existente subreptitia: tunc corruit, & Iudicis datio, secundum communem.*

35 *Dispensatio extenditur ad connexa, & quando.*

36 *Litteræ restitutionis in integrum subreptitiæ, dant iurisdictionem, & quando.*

37 *Subreptio non omnis reddit gratiam nullam, sed illa, quæ de iure exprimi debent.*

38 *Rescriptum dicitur subreptitium & in facto, & in iure.*

39 *Subreptio committitur in iure implicito, & explicito, & quomodo.*

40 *Subreptio commissa in vno altero connexo, vtrumque vitiat ex communi.*

PRÆLVDIVM XII.

CVM in hac Curia sæpè disceptari, de sub, & obreptione litterarum soleat; quæ in dies è Senatu nostro emanant, (de quibus latius diximus in secunda parte, suo proprio titulo): Ideò nunc erit discutiendum, num ista subreptio etiam locum habeat in litteris, quæ de forma Cancellariæ emanant; &

1 † Primo, regulariter adnotandum est, quòd in litteris Iustitiæ, & ad lites, quæ in causis, & litibus quotidie impetrantur, non committitur subreptio. *Plot. consil. 29. num. 1. per Felin. in cap. super litteris. colum. 2. versic. adde meliorem textum &c. de rescriptis. Onded. cons. 27. lib. 1. num. 64. P. Gregor in cap. 50. num. 3. circa med. de rescript. lib. 1. Card. Tusch. conclus. 218. num. 5. Bald. in leg. præscriptione, num. 28. C. si contra ius. Marchesan. de commission. in tit. de commission. in particulari. cap. 3. num. 10. Coccin decis. 74. num. 4. Garcias de benefic. cap. 3. par. 8. num. 114 Ludouis. Pont. decis. 435. num. 5.*

2 † Amplia primo, hanc regulam, etiam procedere in litteris delegatorijs, & in commissionibus causarum cùm etiam in illis regulariter subreptio non committatur. *P. Gregor. in d. cap. 50. num. 3. circa medium. lib. 1. de rescript. Onded. d. consil. 27. lib. 1. num. 64. Garcias de beneficijs. dicto cap. 3. par. 8. num. 115. Ludouis. d. decisio. 435. num. 5. Cotta. decis. 113. Marchesan de commission. d. tit. de commission. in particulari. num. 10. cap. 3. par. 1.* vbi addit procedere in omni Principe, & loco, vbi concedentis rescriptum copia haberi potest cum alias, vbi non opponatur, cesset nullitas. *Cardin. Crescent. decis. quarta. de rescript.*; & maximè ob facilem recursum ad Senatum, pro reformatione, *Ludouis. d. num. 5. vbi Beltramin. in littera C.*

3 † Amplia secundo, etiam habere locum in litteris; quæ è Senatù nostro emanant in causis appellationum, cum clausula, si appellabilis est causa &c. quia non impetrantur ad aliud impugnandum, sed potius ad impetrantem deffendendum. *per tex. in cap. cum specialis §. Porrò. vbi glos. & Scribentes. de appellat.* & dicuntur litteræ de simplici Iustitia. *Felin. in cap. cæterum num. 4. circa med. uers. restringitur septem modis &c. de rescriptis, vbi Io. Andreas, Butr. & alij. Onded. d. consil. 27. lib. 1. num. 64.*; maximè cùm in illis non requiratur tanta subtilitas circa expressionem, vel suppressionem veritatis, *vt per Felin. loco cit. Seraph. decisio. 954. num. 1.*

4 † Amplia tertio, idem esse in litteris, quæ in causis positionum emanant, vt consulrus respondit. *Bald. consil. 121. lib. 1. nu. 1. & 2. per tex. in cap. 1. vbi DD. de dolo & contum.*; ea ratione, quia Senatus ex certa sciẽtia, contumaciam in respondendo positionibus aboleuit. & sic in hoc non decipitur Princeps, cùm omnia iura in eius pectore recondita dicantur, *Bald. in l. præscript. nu. 12. C. si contra ius*; & sic subreptio tollitur, quæ in iure constit. *per tex. in cap. 1. de Constit. in 6. l. omn. C. de test. Iason. in l. 2. n. 10. C. si cont. ius. Leon. de subrep. rescr. q. 5. a. 2 col. 1.*

5 † Amplia 4. etiã procedere in litteris restitutionis in integrũ, quæ emanãt cũ clausula, quæ iuris fuerit, vel prout de iure, *Onded. cons. 27. lib. 1. n. 64. Lancel. de attẽt. c. 10. limit. 12.*

tim.11.n.16. prout & si adesset clausula cōtinens clausulā nullitatis, vt ibi per eū. per Modern.in in annot.ad Egid. num.62., cum dicantur litteræ Iustitiæ. Felin. in d.cap. cæterum.nu.4.circa med. de rescript.; nam illa clausula prout de iure, facit conditionem, ita vt si de iure sit concedendum, id quod petitur, habetur pro concesso, sin minus, habetur pro denegato. Kuin.cons.17.n.5. Surdus. cons.379.num.34. Seraph.decis.530.nu.5. Ludouis.decis. 378.nu.4.

6 † Amplia quinto, etiam habere locum in litteris dispēsationis, quæ in forma patentium in dies è Cancellaria emanant. Cardin.Tusch.conclus.iuris. d. conclus.218.n. 5. in fine per Butr. in cap.intimasti, vbi glos. & DD. de appellatio.idem Butr.in cap.dilectus.nu. 10 de rescriptis. Coccin.dicta.decis.74.nu.4. Garzias.de beneficijs. cap. 3. par.8.nu.114.: cum sint solita concedi, per Tusc.loc. citato. nu. 5. & quomodo differat solitum concedi, à consueto trad. Crescent.decis.prima.de consuetudine. & propterea generaliter

7 † Amplia sexto, etiam procedere in omnibus alijs litteris, & rescriptis, quæ de forma Cancellariæ emanare solent; cum regulariter in illis non præsumatur, quem fraudem comisisse: cum de facile concedi consueuerint per Butr.in cap.dilectus.nu.10. de rescr. P. Grego.in cap. super litteris. nu.9. vbi Butr. Imola. Felin. & alij de rescriptis.per text. in cap.accedens. de crimin.falsi. Plot. d. cons.29.num.1.lib.1. Card.Tusch.d.conclus.218.num.5. Marchesan.de commissio dicto tit.de commissio.in particulari.cap.3.num.10.& in tit.de commissio.super attent. nu 16.in fine,& 17.part.1.cap.19. Garzias.de benefic. d. cap.3.par.8.nu.114.& 115.& diximus in præludio.5.nu. 62. Seraph d.decis.954.nu.1.

8 † Amplia septimo, idem esse in litteris excitatorijs, quæ ordinariam iurisdictionem excitarent, cum etiam in illis non dicatur committi subreptio, per tex.in capit. licet, vbi glos.& scribentes.de off.ordin.cap.cum aliquibus de rescrip.in 6. Plotus d.cons.29.nu.1.in fine, cum iudex procedere valeat, tàm via ordinaria, quàm delegata, per text. in cap.cū ex offitij, vbi Abb. Fel.& alij de præsc. & d.cap.licet, vbi DD. notant: maximè vbi notorie appareret iurisdictionem fuisse tantum excitatam, vt per Leonell.de subreptione.quæst.5.art.3.in fine. Pelid. Ripa. obser.373. num 3. quæ autem sit differentia inter cognitionem iure proprio, & iure alieno, recurrendum est ad D.D. in l. more maiorum.cum .l.seq.ff. de iurisd.omn.Iu dic: maximè etiam, cum istæ litteræ dicantur de forma Cancellariæ, per ordines Senatus nostri anni.1616. diei 11. Augusti.num.11.vers. Senatores &c.& de istis litteris excitatorijs diximus in præludio septimo.nu.3., vbi vide &c.

9 † Amplia octauo, etiam procedere in litteris dilatorijs, quæ ad soluendum æs alienum conceduntur; quando bona fide obtinentur, cum non præsumatur dolus committi pro re modica, per text.in .l.si oleum §.simum. leg. sequ. ff. de dolo,& per text.in cap.super litteris, vbi glos.in verbo dedissemus & ibi P.Greg. de rescrip.lib. 2; maximè in his, quæ de forma è Cancellaria emanant. Card.Tusch.d. conclus.218.num.5.& prout diximus supra nu.7.

10 † Amplia nono, idem esse dicendum in litteris prorogationis instantiæ, cum de facili è Senatu nostro emanent; ideò non præsumitur in eis committi subreptio, & cum sint literæ de Iustitia, in eis non præsumitur dolus. Felin. in cap.super litteris.num.5. vers limita 5. &c. circa med. vbi P. Greg nu 9. de rescript. Plot.d.cons. 29. nu.1. Marches.de commissio.in tit.de commissio.in particular.cap.2.nu 10.par 1.

11 † Limita primam regulam non procedere in falsa narratione facti proprij; Felin.in dicto.cap.super litteris. n. 5. in fine vers. est etiam vnus casus &c per Abb. ibi, & Butr.de rescri. Seraph.decis.601.nu.2. Butr. in cap. dilectus.nu. 11. in fine de rescript. secus verò in narratione iuris, cum in illa non possit committi subreptio, vt in specie trad. Leonel.de subrept.q.5.art.2. Iason.in l.præscript.nu.10. & ante eum. Bald. ibidem nu.12. C.si contra ius: quando tamen illud ius esset commune, cum eo casu Princeps illud de iure præsumatur, vt optimè etiā aduertit, idem Leonell. de subreptione rescriptorum. qu. 5.dicto. art.2. col.2.intellige, vt per Bald.d.d. præscriptione nu.12.& seq., vel si esset commissa in taciturnitate qualitatis, quæ de iure inest, cum censeatur nota Principi. Ludouis.decis.221.nu.8.

12 † Limita secundam, non procedere, quando in precibus, & litteris delegatorijs essent omissa ea, quæ sunt de substantia impetrationis, cum eo casu literæ redderentur subreptitiæ; secus verò si circa accidentia. Gaspar Ant. Thesaur. quæst. Forens lib.1.quæst 4.nu.5. vbi refert ità fuisse in illo Senatu pluries obseruatum. Lancell. de attent cap.20. limitat.12.num.15. Menoch.de arbitr. Iudic.casu 202. num.30. Monete. de commutat.vlt. voluntat.cap.6.nu.319 circa fin.& sequ. Leonell, de subrept. rescriptorum quæst.5.art.5.& 6. per text.in .l. final, vbi Bald. & DD. C. de precibus. Imper. offerend. & idem Bald in .l.præscriptione.nu.27.C.si contra ius.

13 † Limita tertiam, non habere locum, quando fuisset commissa subreptio circa fundamentum appellationis, & negotij; prout si narratum fuisset appellasse à diffinitiua, cùm esset à leuibus grauaminibus. Lancellott.de attent.dicto.cap.20.limitat.12.nu.4. Egid.decis.22.circa med. vers nam commissio &c. Bald. in d. l.præscript. nu.14. C.si contra ius, vel si dixisset appellasse intra tempus debitum, & tamen verùm non esset, vt per Leonell. d.nu.4. in fine,& Bald.loco citato,& nu.17. & 28. Leonell.de subrept.rescript. dict. quæst. 5. art 5. col.2., vel si de prima appellatione non fecerit mentionem. Roman. cons.330.nu.2.

14 † Limita quartam, non procedere, quando subreptio esset concessa in facti causa; nam eo casu committeretur subreptio etiam in litteris positionū, & essent nullæ, vt in specie tradit. Bald.cons.suo 121. vol.1. nu.1. & 2. idem Bald.in d. l.præscript.num.15.C. si contra ius. Leonell.de subreptione.rescript.d. quæst. 5. art.5. per text.in .l.fin. vbi Salycet. & alij, C. de precibus.Imper.offerend. veluti si non esset facta mentio, quod esset secuta sententia super meritis, bene cum eo casu res non dicatur amplius integra, ideò litteræ non valerent. Orran.in cap. quoniam contra. de probatio.in tit. de responsio. positionum.cap.6.nu.23. vers. item ista &c. Ossasc. decis.71. nu.56. & seq. & latius diximus in præludio 10. in tit.de litteris positionum &c.

15 † Limita quinta, non suffragari, quando tacuit supplicans aliqua; quæ si expræssisset, Princeps potius vno, quàm altero modo litteras concessisset, per DD. in cap. postulasti, vbi glos. Felin. Abb.& alij de rescript. Leonell. in specie trad. de subrept. rescript d. quæst.5.art.5.col.1. per text.in cap. super litteris eod.tit. nostro, veluti si fuissent petitæ literæ restitutionis in integrum in causa nullitatis de ea non facta mētione, cum eo casu cesset restitutio, cum sit remedium subsidiarium, vt per Costam.de remedijs subsidiar.remed.48. nu.14. per Odd. de restit. in integrum.quæst.11. nu. 3. & 12., vel si esset in casu appellandi, quia etiam eo casu remedium ordinarium, tollit extraordinarium, & distingue, vt per Costam loco citato. nu. 14. adsunt etiam ordines Senatus nostri. anni. 1616. diei 11. Augusti. num. 12. vers. in causa principali &c. mandantes in quocumq. articulo, in quo partis consulò possit per remedium appellationis, quod nulla fiant prouisiones, vt ibi legitur &c. idem cauetur ex ordinibus. anni 1580. diei 15. Ianuarij d. vers. citato &c., quòd etiam tradit. P.Grego. in cap.52. lib.1. de rescript. num.10. per tex.in .l. in causa 2.ff.de minoribus: cum etiam post sententiam rescripta à Iudicatis impetrari nequeant ad subuersionem sententiæ; vbi remedium prouocationis est ordinarium, per text. in l.1. ff.de appellatio. Ideò ad

extra-

extraordinarium recurrendum non est. *P.Greger. loco citato.*

16 † Limita sextam, non procedere, quando subreptio committeretur ex parte impetrantis, respectu alicuius iuris particularis, vel iuris non scripti; tunc enim etiam in istis litteris dispensationum committeretur subreptio, vt eleganter trad. *Bartholin. de subrept. rescriptorum. quæst. 5. art. 2. col. 2. circa fin.*, veluti si adesset aliquod statutum, vel consuetudo in contrarium, vel aliquod priuilegium particulare; nam eo casu esset de illis mentio facienda, ad euitandam subreptionem, ex quo sunt quid facti, & de eis præsumitur ignorantia, *per text. in cap. 1. vbi gloss. Butr. & DD. de Constit. in 6. Bald. in l. fin. nu. 5. & 7. C. si contra ius. Brun. super statut. & Constit. lib. 3. in verbo rescriptum &c. Bald. omnino videndus. in d. l. præscrip. num. 13. & 14. C. si contra ius &c. Bald. in d. l. fin. nu. 7. eodem.*

17 † Limita septimam, non procedere, in facti falsi expressione; vel in tacendi fraude, eo etiam casu subreptio ista vitiaret litteras de forma, *Bald in d. l. præsc. n. 12. in fine. C. si contra ius*, prout si dixisset in precibus causam fore desertã, licet re vera nõ esset; tunc tales litteræ non valerent, *per text. in cap. super litteris, vbi Felin. Butr. & alij. de rescript.*, vel si tacuisset sententiam fecisse transitum in iudicatum, cum id per fraudem diceretur commissa subreptio, nec per tales litteras, opposita subreptione, litteræ non suffragarentur, *per gloss. in d. cap. super litteris. vbi P. Grego. Glorit. & modern. hoc tit. nostro.*

18 † Limita octauam non procedere, quando in rescripto excitatorio, narratum esset, quòd de iure non erat narrandum, & tacitum id quòd erat narrandum; Iudexq; procederet via delegata; tunc gesta per eum essent nulla. *Leonell. Bartholin. de subrept. &c. quæst. 5. art. 3. col. 2. in fine. & 3. Castrens. in l. præscript. nu. 5. & 6. C. si contra ius. vbi. nu. fin.*, addit etiam virtute litterarum excitatoriarum, posse Iudicem vti delegatum, pronunciare, *per Innocen. in d. cap. super litteris. de rescript. & Bald. in l. ex quacumq; ff. si quis in ius. voc. non. serit*, prout etiam concludit. *Leonel. d. art. 3. in fin.*

19 † Limita nonam, non habere locum, quando in tali rescripto dilatorio, ad soluendum, non fuisset facta mentio de qualitate debiti: *Menoch. de arbitrar. casu. 203. n. 14.*, vel fit in casu prohibito impetrari. *Menoch. ibi. n. 16. & 18.* vel de alijs dilationibus per supplicantẽ obtentis *per ordines Senatus nostri diei. 15. Ianuarii anni 1580. vers. non concedantur &c. & anni 1616. diei 11. Augusti. nu. 19. in fine. idem Menoch. loc. citato. num. 28.* vel si fuisset falso narratum circa quantitatem pecuniarum, attenta forma litterarum, quæ ratione summæ è Cancellariæ Senatus diuersimode emanant, per ordines prædictos. dicto nu. 19. vers. cum debitores moratorias. *idem Menoch. dicto casu 203. num. 14. & 16.*, vel si non esset facta mentio de causa in iudicium deducta. *Cucch. de moratoria præscript. num. 121. Roland. à Vall. cons. 41. nu. 17. lib. 2. Brun cons. 46. in fine*, & tunc in istis litteris dilatorijs committitur subreptio. *Leonel. de subreptio &c. quæst. 6. art. 8. col. 3. circa med.*

20 † Limita decimam, non procedere, vbi in precibus non fuisset facta mentio de numero prorogationum obtentarum, cum eo casu dicerentur litteræ subreptitiæ *per ordines Senatus nostri anni 1566. diei 2. Aprilis per N.C. in tit. de Iudic. cap. & quia sepissimè &c. circa fin. idem tradit Costa. de facti scient. & ignoran. centur. 2. distinct. 100. nu. 14. per Rotam decis. 120. lib. 1. part. 3. in nouissim.*, prout etiam exprimi debet in specie causa, ob quam petantur, & alia erunt seruanda ad form. d. N.C. *Leonell. de subreptione &c. quæst. 6. art. 8. col. 3.*

21 † Declara primam regulam, quòd licet litteræ ad lites careant subreptione regulariter; tamen Princeps ob illam subreptionẽ, nullo modo eas concessisset, litteræ vitiantur in totum, *per text. in dicto cap. super litteris. de rescrip. ibi nullas prorsus litteras dedissemus. &c. vbi gl. Felin. Abb. Butr. P. Grego. Glorit. & alij. idem Butr. in cap dilectus. nu. 11. in fin. de rescript.* quæ opinio communiter tenetur, *per DD.* * *Bened. Capr. suis commun. conclus. 47. nu. 10. Seraphin. decis. 653. nu. 5.* & sic quando subreptio esset commissa circa causam finalem. *Caluale. decis. 46. nu. 213. par. 1. Rimin. Iun. cons. 355. nu. 24. lib. 4. Bald. in l. etsi legibus. C. si contra ius &c. Seraphin. decis. 734. nu. 7.*

22 † Declara secundam in rescriptis, & causarum commissionibus, non requiri tã exactam iustificationẽ narratorum. *Egid. decis. 280. Plot. cons 29. num. 2. Roman. cons. 369. nu. 37. Seraphin. decis. 954. nu. 1. Felin. in dicto cap. caterum. num. 4. circa med. vers. restringitur septem modis &c. de rescript.* cum etiam delegatus posset subreptionis, & incompetentiæ exceptiones in fine litis reseruare declarandas, ne detur ansa appellandi, & litem protrahendi in infinitum. *Seraphin. d. decis. 954. num. 2.* & vbi Iudex procedat ad vlteriora cum cognitione, huiusmodi exceptiones eo casu dicerentur reiectæ. *Angel. cons. 200. nu. 3. Corn. cons. 85. col. 4. in littera. Q. Iason. cons. 105. num. secundo lib. 1. per tex. in cap. exhibita. de Iudic.*

23 † Declara tertiam, causæ commissionem, vel inhibitionem super appellatione emanatas, ea nondum interposita, esse ipso iure nullas, nec causare attentata, *per Lancellott. de attent. cap. 20. limitat. 12. num. 2. 3. & 15. Paris. cons. 172. vol. 4. nu. 13. & cons. 146. eod. lib. in prin. Egid. decis. 100. Roland. à Vall. cons. 77. num. 27. lib. 2.* nam commissio non potest dare iurisdictionem super eo, quòd non est. *Egid. decis. 22. vers. nam commissio &c.*

24 † Declara quartam, quòd opponens subreptionem circa abolitionem contumaciæ; tunc opponenti incumbit onus probandi, cum ex certa scientia Princeps eam indulserit, *Bald. d. cons. 121. lib. 1. nu. 1. & 2. per text. in cap. 1. vbi DD. passim. de dolo, & contum. Alber. in l. præscript. nu. 5. vbi Bart. nu. 8. circa med. C. si contra ius &c. Abb. cons. 41. nu. 2. in fine. lib. 1. Boer. decis. 344. nu. 9. par. 2. Bertazol. cons. 478. n. 21. in fine. lib. 2. Coccin. decis. 89. nu. 1. Oldrad. cons. 209. n. 9. in fine. & 10. Seraphin. decis. 857. nu. 15. Ludouis. decis. 108. nu. 1. & 12. Racc. rer. quotid. resol. 92. nu. 3. par. 1.*

25 † Declara quintam, quòd rescriptum ex falsa causa impetratum, est ipso iure nullum, nec ope restitutionis retractatur. *Odd. de restit. in integrum. quæst. 77. art. 9. nu. 49. per text. in cap. olim. de rescript. & l. si quis obrepserit. ff. ad l. Corn. de falsis*, quòd intellige procedere si per dolum, & malitiam fuerit impetratum. *Bald. Felin. Berouus, & alij in d. cap. super litteris de rescript. vbi Glorit. nu. 28. Castrens. in l. præscript. num. 1. vbi Bald. Fulgo. Angel. & alij. C. si contra ius. idem Berouus. cons. 50. nu. 66. lib. 1. & est opinio* * *communiter recepta. per tex. in dicto cap. super litteris, ibi nos igitur &c. vbi gloss. & DD. passim &c.* Ideò aduersus verum dolum non etiam admitteretur restitutio in integrũ. *Bened. Capr. suis commun. conclus. 78. num. 42. vidde Odd. qui sup. qu. 12. per totam*; nec dictis litteris restitutionis potest renunciari re integra. *Costa. de re integra. distinct. 58. num. 13.*

26 † Declara sextam, vt vbi litteræ patentes per signaturam Papæ emanauerint sanantes nullitatem: tunc per inferiores nõ solet cognosci de subreptione, ob facilem recursum ad signaturam pro reformatione. *Coccin. d. decis. 74. nu. 4. Garcias de beneficijs. cap. 3. par. 8. nu. 114. Lancellott. de attentat. cap. 20. ampliat 6. nu. 2. & ampl. 22. nu. 3.*, maximè si essemus in partibus; tunc enim nõ esset aperienda via inferioribus iudicandi super litteris Summi Pontificis, ac superiorum inhibitione. *Achill. de Graff. decis. 29. alias 255. de appellatio. num. 6*: ob id in Romana Curia, non datur de subreptione, vel obreptione, vt optimè etiam aduertit. *Marchesan. de commissio.*

missio.in tit. de commissio.super attentat.cap.29.par.1.n.16. in fine & 17.vers. quamuis &c.

27 † Declara septimam, in litteris scilicet de forma, non dari de subreptione, esse intelligendam, quãdo per simplicitatem, & ignorantiam talis expressa sit falsitas, vel veritas occulta, quæ quamuis fuisset tacita, vel expressa Princeps, vel Senatus nihilominus (saltem in forma communi) litteras dedisset, & tunc delegatus omissa forma speciali procedere poterit in forma communi. P.Grego. in cap.50.nu.3.lib.1.de rescript.per text.in cap.super litteris.vers.inter alios autem &c. eod. tit.nostro, vbi Bald. & Glorit. num. 69. & num. 54.& 152. Ploti. dicto cons.19. num. 1. circa fin: Ideò, quando subreptio est causa formæ specialis, illam tãtum vitiat; pone casum in eo, qui impetrauit rescriptum, vt in causa procedatur summariè, sed fuit tacitum, quòd aderat pactum inter partes, vt eorum causæ tractentur ordinariè; tunc ista subreptio cum sit causa illius formæ litterarum, non vitiat rescripti substantiam, quia non impeditur Iudex procedere in forma communi, & ordinaria. Glorit.dicto cap.super litteris. nu.54.69.& 152., vbi Abb.Felin. Dec. Beroius, & moderni &c. Bald. in l.præscrip.C.si contra ius &c. siquidem hęc forma communis auctoritate iuris sub eodem rescripto continetur, & ità intelligitur consilium. Ploti. alleg.29.nu.1. in fine.

28 † Declara octauam, quòd quando est merè excitata iurisdictio ordinarij; tunc notificatio, seu præsentatio rescripti parte citata non requiritur, quia non dicitur delegatio, sed iussus, vt per Bursat.cons.74. nu. 123. lib. 1. per Marantam suo speculo par.4. distinct.5.num.72. per tex.in auth.vt nulli. Iud.§. & hoc verò iubemus. Felin.in cap.licet.nu.4 in fin. vers. obstant notata &c. de off.ordin.: Verùm hoc non credo posse sustineri stante dispositione harum Constitutionũ Mediolani de rescriptis disponentium, rescripta in genere esse parte citata præsentanda, vt ibi. §.2. rescripta impetrantes &c: Nisi velimus dicere, posse sustineri, vbi Iudex ordinarius, nõ virtute delegationis procederet, sed iure ordinario, per ea quæ trad. Bartolin.de subrept.qu.5.art.3.in col.vlt.& per Felin.in cap.cum ex officij.nu.20. & 32. circa finem. de præscriptio; vbi num.35. vers.8. concl. &c. inquit generaliter, vt vbi litteræ non fuissent pręsentatę à principio, licet data præcesserit processum; tamen illum non validare, quod intelligo procedere in litteris ad lites; secus ad gratias, per text.in cap.eam te.de rescriptis. vbi Felin.vers.fallit. quarto.col.pen. Aret.cons 33.; nam gratia per verbum fiat, dicitur perfecta, secus verò quo ad probationem, vt per Felin.in d.cap.eum te. nu. 21. circa fin. vers.fallit 4. cap. tibi. qui de rescr. lib. 6. Affl. decis. 253.n.5.in fin.& in fine in littera. A. Verùm quantum ad translationem iurisdictionis in Iudicem, non requiritur præsentatio, quia ex sola voluntate Principis, vel Senatus, transfunditur habitus iurisdictionis in Iudicẽ, etiã inuitum, sed tamẽ executor ante ipsam præsentationem nihil potest. Felin.in cap. scissitatus. nu.12. in fine de rescript. vers.limita hanc partem &c. per Bald.& Bart.ibi per eum alleg: Verùm in additione ibi posita in littera. A. concluditur, delegatum ante pręsentationem rescripti posse etiam procedere, parte non opponente de rescripto non præsentato, & ideò processum valere, per Bald. in l. nec quicquam. §. vbi decretum in fine. ff. de officio pro cons.& per Innoc.in cap. prudentiam de off. deleg. idem trad. Maranta.suo specul.par.4. dist.16. nu. 8. in fine. Gratian. discept. forens par.1. cap.170. nu.23. & seq. nam facultas eligendi, vel recusandi Iudicem, durat vsq; ad litis contestationem. Afflict.decis. 185.num. 2. per tex. vbi Bald.in l.fin. C.de except. Bursat.cons.24. nu.14.lib.1.

29 † Declara nonam, litterarum patentium moratoriarum ad soluendum, tempus, currere à die datarum ipsarum, non autem à die pręsentationis, vt per Guid. Papa.decis.109.num.1.in fine, vbi ità attestatur de stilo Curia.Cucch.de moratoria præscript. nu. 152: secus vero in alijs litteris mitiuis, quia iubent Iudici, quatenus terminum statuat; ideò incipit tempus currere à die præsentationis, & ità intellige. Cucch. d.tit.de morator.&c.nu. 152.in fine, & licet ipsę teneat nu.122. non se extendere hoc rescriptum ad fideiussores: attamen, quando in precibus fuit facta mentio de eis; tunc ad eos etiam extendi poterit. Menoch.de arbitr. casu 202.nu.26.per Bald.& Salycet. in l.quoties. C.de precib. imper. offer.

29 † Obserua secundo, quòd scilicet rescripta delegatoria, regulariter non extenduntur ad personas in eis non expressas, *per tex.in cap.P. & G. de officio delegat. l. 1. in fine, ff.de Constitut.Princip.Seraphin. decis.1100.nu. 4. Ludouis.decisio.34.num.2.per tex. in cap. significauit de rescript.*, nec trahuntur ad causas postea exortas. *Rota decisio.18.de rescriptis,& 32.num.2. de Procurat. in nouis. Ludouis. loco citato num.3. per tex. in cap. fin. P.Gregor.ibi numero 6.vbi glos.de rescriptis.*

30 † Obserua tertio, quod gratia, seu priuilegium, si concedatur à Principe ex aliqua causa finali, si ipsa semel sortiatur effectum, quamuis postea cesset, adhuc valet, secus si causa defficiat, antequam suum sortiatur effectum, *Garcias.de explicatione priuilegiorum. numero 1151.Couar.variarum resolutionum. cap. 20.num. 3.lib.1.Tiraquell.suo tractatu causa cessante.limitatione duodecima, numero primo, & in prima parte, numero 89.& 92.*

31 † Obserua quarto, dispensationem non admittere extensionem, nedum ex identitate; sed nec etiam ex maioritate rationis, *Verall.decisio.8.numero 6.parte 1. Rota.decis.496.numero 2.par.1. in recent. Surd.decisio. 268.numero 20. Ludouis.decisio.87.numero 17. Glorit. in cap.super litteris. numero 226. de rescriptis.* limita, *vt per Ludouis.d. num. 17.*

32 † Obserua quinto, vt vbi Priuilegium idem, quod ius commune disponat, tunc interpretandum erit, vt aliquid iuri communi addatur. *Garcias. de explicatione priuilegiorum, numero 846. per Felin. in cap. primo, numero quarto. de rescript. vers.priuilegium continent &c. vbi Hostiens.& alij per tex.in cap.in his, de priuilegijs,* ne detur occasio, vt sit frustratorum. *Garcias. dicto numero 846. circa finem,* quòd esse non debet. *Gail. pract. obseruat.lib.primo, obseruat.15.numero fin.l.si prætor.ff. de Iudic.*

33 † Obserua sexto, Principum beneplacita, & beneficia, permanentia, & perpetua esse debere; modò in eis tempus non sit adiectum, *Plot. consil. 44. num.8. Borell. de Regis Cathol.præstantia. cap. 64. numero 64. per tex. in §.illud.auth.Constitut.qua. de dignit.Sainson. in consuetud.Turonens.tit. Coment. homaigè. art.1.conclus.23.Cattel.Cotta.suis memorabil.in verbo feudum ligium. Marchesan.de commissio.in tit.de commiss. appell. ab exe.breuis, capit.13.numero 66. in impression. Venet. par.1. per tex.in cap.decet. vbi Dyn. & alij. ff. de regulis Iuris in 6.*

34 † Obserua septimo, litteras in forma pauperum, esse strictè interpretandas, sicut gratiosæ, *Benedictus Capra suis communib conclus.102.numero 33. & 35. per tex.in cap.Quamquam, vbi Glos.& DD.de præbend. in sexto,* nisi essent litteræ Iustitiæ, quando scilicet dirigerentur ad obligatum: tunc enim largè interpretantur. *cap.si pauper. de præbend.in 6.Capra d.conclus.102. numero 36.*

35 † Obserua octauo, mandatum per mortem mandantis non expirare, quando res non est amplius integra; & mandatarius cæpit administrare, & exigere, & alia facere, ad quæ directum erat mandatum. *Card. Seraphin.decisio.1048.num.7 & 531.numero 3. per tex. in §. Item si adhuc. vbi glos. Institut. mandat. Aretin. §.rectè num.4. eodem titulo*, vel si procurator præstitisset fideiussionem, cùm res non diceretur amplius integra, *Verall.decis.288.par.2. numero 2 per Salycetum in l.mandatum, col.5.C.mandati, et idem Verall. decisio. 189.nu.1.& seq. eadem par.*

36 † Obserua nono, derogationes statutorum, quæ de stylo passim solet apponi in litteris patentibus dispensationum; & quæ è Cancellaria Senatus nostri emanant, non faciunt, vt contra Statuta, & Constitutiones, dicatur dispositum; nisi specialiter eis fuerit derogatum. *Cardin.Seraphin.decis.162.num.9. Plot.consil.44. numero 10.Gallia super Consuetud. Alexand. quæst.3. in glosa non possit.numero 12.& 13.Costa consil.65.num.8. lib.1.Plot.consil.97.num.4. & consil.17 num.62. & 63. Pedroch consil.2.num.55.& 135.Alciat.consil.36.num. 15.lib.6.* etiam si adesset clausula, motu proprio. idem *Plot.d.consil.44.num.10. & glos. in cap. si motu proprio. de præbend. in sexto, Abbas in cap.Constitutus. de rescriptis. vbi Imola col.x.vers. per prædicta &c.Felin.ibidem colum.4. vers. Obstat secundo &c.* In tantum, quòd Iudices debent reclamare contra litteras Principis, mandantes, quid fieri contra statuta, vel Constitutiones, vel eorum consuetudines, vbi Princeps illis in specie non derogauerit. *Plot.dicto consil.44. num.9. Mastrill. decis.241.n.26.& 27.*, vbi arguit Prælatos, & Iudices exequentes statim litteras Pontificis, vel Principis subreptitias, & contra ius emanatas, *per tex.in l puniri, vbi Castr. Fulgo. & alij. C.si contra ius, vel vtil.publ. Ferrett.consil.190.num.3.*

37 † Nota primo, Rescriptum regulariter debere strictius intelligi, quàm statutum, quia statutum intelligi debet, vt aliquid addat iuri communi, quando in terminis Iuris communis non loquitur, *Abb. in cap causamqua, num.finali. in fine, de rescriptis, per tex. in cap. cum dilectus, de præbend. vbi glos. & DD. de donation.* regulariter enim statutum debet aliquid operari vltra ius commune. *Mastrill.decisio.247.num.92. & 95.* Secus verò in litteris ad lites, quæ secundum ius commune debent interpretari. *Rodolphin. de absolut. Principis potestate lib.2.quæst.29.num.14.Verall.decis.145.par.2. nu.6. Burgos.Crottus, & alii in rubr.de rescript. Gomes in cap.1.num.66.de rescriptis. & diximus in 2.par.huius nostri tractatus, in rubr.1.num.20.34.& 40. vbi videas Crauet consil.172.nu.2.* Verùm rescripti verba non esse subtilizanda, tradit *Lapus allegat.89.nu.17.per Io.And. in cap.in Genesi de elect.post Hostiens. in cap. dudum. de election.vers.electis &c.*

38 † Nota secundo, litteras delegatorias non trahi ad futuras causas, cũ non se extendant ad postea exortas. *Bened.Capra suis commun.concl.36.nu.1.per tex.in c. quia nonnulli. de rescrip. Rota decis.244. Item si vnus. &c. & decis.18.de rescr.in nou. Marches.de commiss.in tit.de commissio.in particul.cap.3.par.1.nu.12.Ludou.dec.34.nu.3.*

licet

licet etiam adesset clausula, ad futuras, tàm motas, quàm mouendas, cùm illa se extendat ad causas tempore impetrationis exortas, licet aliud sit in mandato Procuratoris. Bened. Capra d. loco num. 3. Marches. qui supra d. num. 12. circa med., fallit tamen, quando causæ futuræ essent annexæ, Dec. in cap. Super eo. nu. 11. de appellat. vel si de illis fuerit facta mentio in precibus. Put. dec. 434. n. 2. par. 2. Fallit secūdo in litteris delegatorijs, quæ Conseruatoribus diriguntur, nam in illis veniunt etiam causæ futuræ postea exortæ, P. Gregor. in d. capit. Quia nonnulli. num. 6. circa med. de rescript. lib. 2. & de axinus in prælud. 7. tit. de Litterarum diuisio. num. 82. par. 1. Costa de re integr. dist. 64. vbi latè &c.

39 † Nota tertio, Dispensationem, slz. non admitti superfluitatem. Calderin. consil. 6. tit. qui filij sint legitimi, Cranet. in consil. Incip. Pro genero &c. num. 46. Ludouis. decisio. 516. num. 4. quinimò illam producens, censetur fateri omnia in ea contenta esse vera, & omnia illa approbare. Mohed. decisio. 1. in fine, Caputaquen. dec. 334. num. 4. par. 1. Ludou. decisio. 385. num. 1. & 2. Alexand. cons. 30. num. 1. lib. 7., prout dicitur in positionibus, quia ponens dicitur fateri ea, quæ sunt in positionibus narrata. Asin. sua praxi §. 19. cap. 24. nu. 4. & seq. Ludouis. d. decis. 385. num. 3.

40 † Nota quarto, rescripta debere regulari à iustitia poli, & fori, cùm non placeat Principi, nisi iustum, & verū, Bald. in l. 1. num. 13. ff. de Constit. Principum. per tex. in l. quoties. vbi DD. passim. C. de precib. Imper. offerend. Molina. de primogen. Hispania. cap. 1. lib. 2. num. 13., cùm etiam omnia Principum mandata, & rescripta à iustitia regulariter, & saluo in rea iterius sunt intelligenda, Socin. Iunior. consil. 126. num. 32. vol. 3., & si per Imperatorem emanet gratia contra ius, tunc etiam strictissimè est interpretāda, & idem in rescripto ad lites. Bald. in l. beneficium. in fin. num. 6. ff. de Constit. Principum.

41 † Nota quinto, quòd vbi agitur de interpretatione rescripti, & super eo, vt Iudex pronunciet: debet pars citari, aliter non valeret sententia, vt in specie tradit Grammatic. decis. 65. num. 20. & 21. per Speculat. in tit. de rescript. præsentat. §. fin. versic. Item quod &c. Bald. in l. Tertia. simila glos. C. de legib. Alex. consil. 11. vol. 4. col. 4. Idem dicitur in declaratione priuilegij, vel statuti. Garcias de explicat. priuileg. num. 580.

42 † Nota sexto, quod cùm rescripta sint stricti iuris, ideò omissum quidem in rescriptis si quid est, habetur pro omisso, Afflict. decis. 366. num. 4. l. quidquid astringenda ff. de verbor. oblig. Verall. decisio. 153. & 154. part. 1. & decisio. 281. par. 2. Caluale. decis. 21. de Iudic. Crau. consil. 172. Guid. Pap. sing. 635. Natta consil. 39. tom. 1.

43 † Nota septimo, verba generalia, apposita per Principem in suo priuilegio, non debere strictè, aut tenaciter interpretari, Grammat. decisio. 4. num. 8. & decis. 59. num. 48. quòd tamen intellige, quò ad ipsius Principis interesse, & in his, quæ in priuilegio exprimuntur, Grammat. d. decisio. 59. nu. 46. Rota decisio. 3. de off. lega. in nouis. Abb. consil. 104. par. 2. Hyppolit. sing. 483.; Ità tamen fieri debet interpretatio, vt ipsi priuilegio non noceat, Mohedan. decisio. 163. num. fin.; Secus verò quò ad præiuditium tertij, quia tunc strictè interpretari debet. Osasc. decisio. 90. nu. 11. Abb. consil. 98. par. 1. Franc. Marc. quæst. 452. par. 1. Grammat. decisio. 103. nu. 237.

44 † Nota octauo, litteras priuilegij Principis debere esse subscriptas manù ipsius Principis; nam aliter iuribus non subsisteret. Cranete. consil. 277. Capyc. decis. 121 nu. 6. subscribend. Ità videlicet. Io el Rey., vt idem Capyc. d. nu. 6. circa medium, & cum alijs octo, vel decē subscriptionibus, ad trad. per Borell. suis summ. Iuris. decisio. tit. 13. nu. 38. vide Costam de re Integr. distin. 35. nu. 7.

45 † Nota nono, rescriptum ità intelligi debere, vt repugnantiam non contineat, Osasc. decis. 5 num. fin. per tex. in l. vbi repugnantia. ff. de reg. Iuris, & cap. Sollicitudinē de appellation. Socin. consil. 150. num. 29. Rodolph. de absoluta Princ. potestate, lib. 2. quæst. 29. num. 7. per tex. vbi DD. in l. scriptura. C de fide Instrumentorum; & potius frustra dicitur impetratum, quam vt indebitè tertium lædat. Menoch. consil. 75. vol. 1. num. 64. Milanens. dec. 2. num 52. lib. 1.

46 † Nota decimo, priuilegium per non vsum ammitti, vbicumq; constat, casum euenisse, in quo potuerit priuilegium exerceri, & priuilegiatus nō exercuerit. Card. Seraph. decisio. 1410. num. 27. et decisio. 1043. nu. 3. Guid. Papa decis. 406. num. 2. Boer. decis. 386. circa fin. Seraph. loc. citato, vbi attestatur de firmiori DD. sententia; Secus verò, vbi plura cōtinet, & fuerit vsus in aliqua, quia eo casu etiam in alijs censetur præseruatum. Seraph dec. 1043. nu. 4. per Abb. & Host. in cap. vt priuilegia num. 4. de priuileg.

47 † Nota vndecimo, verba rescripti mandantia, vt Iudex Iustitiam faciat, vel prout exigit iustitia, importare facultatem decidendi, & ordinem iuris seruandi, Osasc. decis. 142 n. 38. Felin. in cap. 1. col. 16. circa fin. de Const. idem Osasc. decis. 1. nu. 34. circa med. Iason. in l. iustitia. ff de Iust. & iure. Brederod. de appellat. titul. 17. in vers. Rescriptum &c.

48 † Nota duodecimo, rescriptum recipere interpretationem à precibus, quando est simplex; secus si est determinatum, Menoch. consil. 180. num. 11. lib. 2. Socinus. Iun. consil. 95. num. 15. lib. 3. Gramma. decis. 103. nu. 203. ità intelligitur, etiam si est dubium, vt per Socin., & Grammat.

49 † Nota decimotertio, priuilegium Principis motu proprio concessum, latè esse interpretandum, etiam in præiudicium tertij; maximè si est adiecta clausula ex certa scientia. Natta consil. 340. nu. 6. & 7 Tepat. var. sentent. tit. 55. de Priuileg. cap. 1. col. 2. vers. Priuileg. Principis, Garcias de explicatione priuilegiorum num. 1332. Verùm priuilegium concessum contra Iura Regia, non valent, idem Garcias de explicat. priuileg. nu. 577. Greg. Lopez. in l. 29. tit. 18. par. 3. G

50 † Nota decimoquarto, statutum recipere interpretationem ab alio statuto, secundum Bald. in l. Gallus. §. quis si is. ff. de liber. & posthu. D. Garcias Mastrill. decis. 270. num. 27. Dec. in cap. causamque, num. 5. circa finem. vers. Adde tamen &c. col. 3. de rescript. Petr. Ancharan. consil. 93. col. 5. & idem Dec. consil. 65. colum. 2., quia in habentibus symbolum facilior est transitus. Ancharan. consil. 423. viso puncto &c. verùm, vbi statutum loquatur in casu simplici, subsistente diuersa ratione, nō procedit in casu mixto, Mastrill. d. decis. 270. num. 35. per DD. in l. 2. ff. de verb. oblig., & casus exceptus in statutis, & Constitutionibus non extenditur ad alios, Lanar. cons. 61. num. 6. Menoch. cons 197. nu. 7., quia in statutis non fit extensio etiam stante simili, & æquali ratione, Mastrill. d. decis. 270. num. 22. Crott. cons. 45. num. 14. lib. 2. Bott. cons 75. num. 4.

51 † Nota decimoquinto, statutum prohibens nemini licere subditorum rescriptum impetrare, aut extrahere, intelligendum esse, quando secuta fuit sententia diffinitiua, & de rescriptis Iustitiæ, & ad lites, ne inditia protolentur; secus verò in litteris gratiosis, Costa cons. 19. num. 24. lib. 1. per tex. in l. 1. & 2. C. vt lite pendente, vbi glos. & DD.; cùm ista Princeps concedere possit etiam sine causa, Cran. cons. 241. num. 2. per Alex. consil. 155. colum. fin. lib. 6. Socin. cons. 87. colum. 7. lib. 3., nam Princeps potest mutare quadrata rotundis, vt per DD. in cap. cùm venissent, de Iudic. Costa cons. 75. num. 16. in fine, Cranet. d. loco num. 4. & cons. 256. num. 2., quia dicitur Princeps lex animata in terris, l. digna vox. C. de legib. Costa loco citato.

Vtrum in rescriptis de forma committatur subreptio.

PRAELVDIVM XII.

COMPENDIVM.

1 *In litteris Iustitia, regulariter, subreptio non committitur; secus vero limitatiuè. vt nu. 11. 21. & 31.*

2 *Amplia primo, etiam procedere, in litteris delegatorijs; intellige vt num. 12.*

3 *Amplia secundo, idem esse in litteris appellationis, & quando, vt num. 13.*

4 *Amplia tertio, idem esse in litteris positionum, et quomodo.*

5 *Amplia quarto, etiam procedere in litteris restitutionis in integrũ. cũ clausula, prout de iure, limita, vt n. 15.*

6 *Amplia quinto, etiam procedere in litteris dispensationis, quæ in forma patentium emanant.*

7 *Amplia sexto, regulam in oĩbus rescriptis quæ de forma, Cancellariæ, emanare solent declara, vt num. 27.*

8 *Amplia septimo, hoc idem dicendum in litteris excitatorijs iurisdictionis ordinarij, & quando, vt num. 18.*

9 *Amplia octauo, idem esse in litteris dilationum ad soluendum.*

10 *Amplia nono, etiam procedere in litteris prorogationis instantiæ, intellige, vt num. 20.*

11 *Limita primam regulam, non procedere, in falsa narratione facti proprij, & quomodo.*

12 *Limita secundam, vbi non ea fuissent expressa, quæ sunt de impetrationis substantia.*

13 *Limita tertiam, non habere locum, quando esset commissa subreptio circa fundamentũ ipsius appellationis.*

14 *Limita quartam, quando subreptio esset commissa in facti causa.*

15 *Limita quintam, quando tacuit supplicans aliqua, quæ si fuissent expressa, Princeps potius vno, quam altero modo concessisset.*

16 *Limita sextam, quando subreptio, versaretur circa ius particulare, & quomodo.*

17 *Limita septimam, in factis falsi expressione.*

18 *Limita octauam, quando in litteris excitatorijs esset expressum, quod de iure non erat narrandum.*

19 *Limita nonam, quando de qualitate debiti non esset facta mentio.*

20 *Limita decimam, vbi de numero prorogationum mentio facta non sit.*

21 *Litteræ etiam ad lites vitiantur subreptione, quando cessante illa, Princeps non esset litteras concessurus.*

22 *In Commissionibus causarum non requiritur, tam exacta expressio narratorum.*

23 *Inhibitio vigore appellationis emanata, ea nondum interposita, non causat attentata.*

24 *Excipienti de subreptione contra litteras abolitionis cõtumaciæ, incumbit probatio.*

25 *Rescriptum ex falsa causa impetratum, est ipso iure nullum, & quando.*

26 *Littera sananti nullitatem ex signatura Papæ, inferiores super eis non cognoscant.*

27 *Regula, quòd in litteris de forma non cadit subreptio, quomodo intelligatur.*

28 *Iurisdictio quando est solum excitata, nium in præsentatione litterarum requiratur citatio.*

29 *Litteris in dilatorijs, quando incipiat currere tempus, an à die datæ, vel præsentationis.*

30 *In litteris prorogationis instantiæ, sufficit mentio fieri de tempore Iudicij cœpti.*

31 *Romana in Curia asserenti litteras esse subreptitias, audientia denegatur, & quare?*

32 *Subreptio circa accidentia, vbi mutaret speciem, tunc vitiaret in totum.*

33 *Subreptio duplex appellatur, & quomodo.*

34 *Gratia, seu dispensatione existente subreptitia: tunc corruit, & Iudicis datio, secundum communem.*

35 *Dispensatio extenditur ad connexa, & quando.*

36 *Litteræ restitutionis in integrum subreptitia, dant iurisdictionem, & quando.*

37 *Subreptio non omnis reddit gratiam nullam, sed illa, quæ de iure exprimi debent.*

38 *Rescriptum dicitur subreptitium & in facto, & in iure.*

39 *Subreptio committitur in iure implicito, & explicito, & quomodo.*

40 *Subreptio commissa in vno altero connexo, vtrumque vitiat ex communi.*

PRÆLVDIVM XII.

CVM in hac Curia sæpè disceptari, de sub, & obreptione litterarum soleat; quæ in dies è Senatù nostro emanant, (de quibus latius diximus in secunda parte, suo proprio titulo): Ideò nunc erit discutiendum, nùm ista subreptio etiam locum habeat in litteris, quæ de forma Cancellariæ emanant; &

1 † Primo, regulariter adnotandum est, quòd in litteris Iustitiæ, & ad lites, quæ in causis, & litibus quotidie impetrantur, non committitur subreptio. *Plot. consil. 29. num. 1. per Felin. in cap. super litteris. colum. 2. versic. adde meliorem textum &c. de rescriptis. Onded. cons. 27. lib. 1. num 64. P. Gregor in cap. 50. num. 3. circa med. de rescrip. lib. 1. Card. Tusch. conclus. 218. num. 5. Bald. in leg. præscriptione, num. 28. C. si contra ius. Marchesan. de commission. in tit. de commission. in particulari. cap. 3. num. 10. Coccin decis. 74. num. 4. Garcias de benefic. cap. 3. par. 8. num. 114 Ludouis. Pont. decis. 435. num. 5.*

2 † Amplia primo, hanc regulam, etiam procedere in litteris delegatorijs, & in commissionibus causarum cùm etiam in illis regulariter subreptio non committatur. *P. Gregor. in d. cap. 50. num. 3. circa medium. lib. 1. de rescript. Onded. d. consil. 27. lib. 1. num. 64. Garcias de benefitijs. dicto cap. 3. par. 8. num. 115. Ludouis. d. decisio. 435. num. 5. Cotta. decis. 113. Marchesan. de commission. d. tit. de commission. in particulari. num. 10. cap. 3. par. 1.* vbi addit procedere in omni Principe, & loco, vbi concedentis rescriptum copia haberi potest cum alias, vbi non opponatur, cesset nullitas. *Cardin. Crescent. decis. quarta de rescript.*; & maximè ob facilem recursum ad Senatum, pro reformatione, *Ludouis. d. num. 5. vbi Beltramin. in littera C.*

3 † Amplia secundo, etiam habere locum in litteris; quæ è Senatù nostro emanant in causis appellationum, cum clausula, si appellabilis est causa &c. quia non impetrantur ad aliud impugnandum, sed potius ad impetrantem deffendendum. *per tex. in cap. cum specialis, §. Porrò. vbi glos. & Scribentes. de appellat.* & dicuntur litteræ de simplici Iustitia. *Felin. in cap. cæterum num. 4. circa med. vers. restringitur septem modis &c. de rescriptis, vbi Io. Andreas, Butr. & alij. Onded. d. consil. 27. lib. 1. num. 64.*; maximè cùm in illis non requiratur tanta subtilitas circa expressionem, vel suppressionem veritatis, *vt per Felin. loco cit. Seraph. decisio. 954. num. 1.*

4 † Amplia tertio, idem esse in litteris, quæ in causis positionum emanant, vt consultus respondit. *Bald. consil. 121. lib. 1. nu. 1. & 2. per tex. in cap. 1. vbi DD. de dolo. & contum.*; ea ratione, quia Senatus ex certa sciẽtia, contumaciam in respondendo positionibus aboleuit, & sic in hoc non decipitur Princeps, cùm omnia iura in eius pectore recondita dicantur, *Bald. in l. præscript. nu. 12. C. si contra ius*; & sic subreptio tollitur, quæ in iure constit. *per tex. in cap. 1. de Constit. in 6. l. oĩum. C. de test. Iason. in l. 2. n. 10. C. si cont. ius. Leon. de subrep. rescr. q. 5. a. 2 col. 1.*

5 † Amplia 4. etiã procedere in litteris restitutionis in integrũ, quæ emanãt cũ clausula, quæ iuris fuerit, vel prout de iure, *Onded. cons. 27. lib. 1. n. 64. Lãcel. de attẽt. 0. 19. limit. 12.*

tim.12.n.16. prout & si adesset clausula cõtinens clausulã nullitatis, vt ibi per eũ. per Modern. in. in annot. ad Egid. num.62., cum dicantur litteræ Iustitiæ. Felin. in d. cap. cæterum. nu.4. circa med. de rescrip.: nam illa clausula prout denire, facit conditionem, ita vt si de iure sit concedendum id quod petitur, habetur pro concesso, sin minus, habetur pro denegato. Ruin. cons.17. n.5. Surdus. cons.379. num.34. Seraph. decis.530. nu.5. Ludouis. decis. 378. nu.4.

6 † Amplia quinto, etiam habere locum in litteris dispẽsationis, quæ in forma patentium in dies è Cancellaria emanant. Cardin. Tusch. conclus. tunc. d. conclus.118. n. 5. in fine per Butr. in cap. intimasti, vbi glos. & DD. de appellatio. idem Butr. in cap. dilectus. nu. 10 de rescriptis. Coccin. dicta. decis.74. nu.4. Garzias. de beneficijs. cap. 3. par.8. nu.114.: cum sint solita concedi, per Tusc. loc. citato. nu. 5. & quomodo differat solitum concedi, à consueto trad. Crescent. decis. prima. de consuetudine. & propterea generaliter

7 † Amplia sexto, etiam procedere in omnibus alijs litteris, & rescriptis, quæ de forma Cancellariæ emanare solent; cum regulariter in illis non præsumatur, quem fraudem comisisse: cum de facile concedi consueuerint per Butr. in cap. dilectus. nu.10. de rescr. P. Grego. in cap. super litteris. nu.9. vbi Butr. Imola. Felin. & alij de rescriptis. per text. in cap. accedens. de crimin. falsi. Plot. d. cons.29. num.1. lib.1. Card. Tusch. d. conclus.218. num.5. Marchesan. de commissio dicto tit. de commissio. in particulari. cap.3. num.10. & in tit. de commissio. super attent. nu 16. in fine, & 17. part.1. cap.19. Garzias. de benefic. d. cap.3. par.8. nu.114. et 115. & diximus in præludio.5. nu. 62. Seraph. d. decis.954. nu.1.

8 † Amplia septimo, idem esse in litteris excitatorijs, quæ ordinariam iurisdictionem excitarent, cum etiam in illis non dicatur committi subreptio, per tex. in capit. licet, vbi glos. & scribentes. de off. ordin. cap. cum aliquibus de rescrip. in 6. Plotus d. cons.29. nu.2. in fine, cum iudex procedere valeat, tàm via ordinaria, quàm delegata, per text. in cap. cũ ex officij, vbi Abb. Fel. & alij de præsc. & d. cap. licet, vbi DD. notant: maximè vbi notorie appareret iurisdictionem fuisse tantum excitatam, vt per Leonell. de subreptione. quæst.5. art.3. in fine. Polid. Ripa. obser.373. num.3. quæ autem sit differentia inter cognitionem iure proprio, & iure alieno, recurrendum est ad D.D. in l. more maiorum. cum l. seq. ff. de iurisd. omn. Iudic: maximè etiam, cum istæ litteræ dirantur de forma Cancellariæ, per ordines Senatus nostri anni.1616. diei 11. Augusti. num.11. vers. Senatores &c. & de istis litteris excitatorijs diximus in præludio septimo. nu.3., vbi vide &c.

9 † Amplia octauo, etiam procedere in litteris dilatorijs, quæ ad soluendum æs alienum conceduntur; quando bona fide obtinentur, cum non præsumatur dolus committi pro re modica, per text. in l. si oleum § finium. leg. sequ. ff. de dolo, & per text. in cap. super litteris, vbi glos. in verbo dedissemus. & ibi P. Greg. de rescrip. lib. 1: maximè in his, quæ de forma è Cancellaria emanent. Card. Tusch. d. conclus.218. num.5. & prout diximus supra nu. 7.

10 † Amplia nono, idem esse dicendum in litteris prorogationis instantiæ, cum de facili è Senatù nostro emanent; ideò non præsumitur in eis committi subreptio, & cum sint litteræ de Iustitia, in eis non præsumitur dolus. Felin. in cap. super litteris. num.5. vers. limita 5. &c. circa med. vbi P. Greg. nu 9. de rescript. Plot. d. cons. 29. nu.1. Marches. de commissio. in tit. de commissio. in particular. cap.3. nu 10. par. 1.

11 † Limita primam regulam non procedere in falsa narratione facti proprij; Felin. in dicto. cap. super litteris. n. 5. in fine vers. est etiam vnus casus &c. per Abb. ibi, & Butr. de rescri. Seraph. decis.601. nu.2. Butr. in cap. dilectus. nu. 11. in fine de rescript. secus verò in narratione iuris, cum in illa non possit committi subreptio, vt in specie trad. Leonel. de subrept. q.5. art.2. Iason. in l. præscript. nu. 10. & ante eum. Bald. ibidem nu.12. C. si contra ius: quando tamen illud ius esset commune, cum eo casu Princeps illud de iure præsumatur, vt optimè etiã aduertit, idem Leonell. de subreptione rescriptorum. qu. 5. dicto. art.2. col.2. intellige, vt per Bald. d. l. præscriptione nu.12. & seq., vel si esset commissa in taciturnitate qualitatis, quæ de iure inest, cum censeatur nota Principi. Ludouis. decis.221. nu.8.

12 † Limita secundam, non procedere, quando in precibus, & litteris delegatorijs essent omissa ea, quæ sunt de substantia impetrationis, cum eo casu litteræ redderentur subreptitiæ; secus verò si circa accidentia. Gaspar Ant. Thesaur. quæst. Forens. lib.1. quæst.4. nu.5. vbi refert ità fuisse in illo Senatu pluries obseruatum. Lancell. de attent. cap.20. limitat.12. num.15. Menoch. de arbitr. Iudic. casu 202. num.30. Moneta. de commutat. vlt. volunt. cap.6. nu.319. circa fin. & sequ. Leonell. de subrept. rescriptorum quæst.5. art.5. & 6. per text. in l. final. vbi Bald. & DD. C. de precibus. Imper. offerend. & idem Bald. in l. præscriptione. nu.27. C. si contra ius.

13 † Limita tertiam, non habere locum, quando fuisset commissa subreptio circa fundamentum appellationis, & negotij; prout si narratum fuisset appellasse à diffinitiua, cùm esset à leuibus grauaminibus. Lancellott. de attent. dicto cap.20. limitat.12. nu.4. Egid. decis.22. circa med. vers. nam commissio &c. Bald. in d. l. præscript. nu.14. C. si contra ius, vel si dixisset appellasse intra tempus debitum, & tamen verùm non esset, vt per Leonell. d. nu.4. in fine, & Bald. loco citato, & nu.27. & 28. Leonell. de subrept. rescript. dict. quæst. 5. art 5. col.2., vel si de prima appellatione non fecerit mentionem. Roman. cons.330. nu.2.

14 † Limita quartam, non procedere, quando subreptio esset concessa in facti causa; nam eo casu committeretur subreptio etiam in litteris positionũ, & essent nullæ, vt in specie tradit. Bald. cons. suo 121. vol.1. nu.1. & 2. idem Bald. in d. l. præscript. num.15. C. si contra ius. Leonell. de subreptione. rescript. d. quæst. 5. art.5. per text. in l. fin. vbi Salycet. & alij C. de precibus. Imper. offerend. veluti si non esset facta mentio, quod esset secuta sententia super meritis, nàm cùm eo casù res non dicatur amplius integra, ideò litteræ non valerent. Ortan. in cap. quoniam contra. de probatio. in tit. de responsio. positionum. cap.6. nu.23. vers. item ista &c. Osasc. decis.71. nu.56. & seq. & latius diximus in præludio 10. in tit. de litteris positionum &c.

15 † Limita quinta, non suffragari, quando tacuit supplicans aliqua; quæ si expressisset, Princeps potius vno, quàm altero modo litteras concessisset, per DD. in cap. postulasti, vbi glos. Felin. Abb. & alij de rescript. Leonell. in specie trad. de subrept. rescript. d. quæst.5. art.5. col.2. per text. in cap. super litteris eod. tit. nostro, veluti si fuissent petitæ litteræ restitutionis in integrum in causa nullitatis de ea non facta mẽtione, cum eo casu cesset restitutio, cum sit remedium subsidiarum, vt per Costam. de remedijs subsidiar. remed.48. nu.13. per Odd. de restit. in integrum. quæst.12. nu. 3. & 12., vel si esset in casu appellandi, quia etiam eo casu remedium ordinarium, tollit extraordinarium, & distingue, vt per Costam loco citato. nu. 14. adsunt etiam ordines Senatus nostri. anni 1616. diei 11. Augusti. num. 12. vers. in causa principali &c. mandantes in quocumq. articulo. in quo partis consuli possit per remedium appellationis, quod nulla fiant prouisiones, vt ibi legitur &c. idem cauetur ex ordinibus. anni 1580. diei 15. Ianuarij d. vers. citato &c., quòd etiam tradit. P. Grego. in cap.52. lib.1. de rescript. num.10. per tex. in l. in causa 2. ff. de minoribus: cum etiam post sententiam rescripta à Iudicatis impetrari nequeant ad subuersionem sententiæ; vbi remedium prouocationis est ordinarium, per text. in l.1. ff. de appellatio. Ideò ad

extra-

extraordinarium recurrendum non est. *P. Greger. loco citato.*

16 † Limita sextam, non procedere, quando subreptio committeretur ex parte impetrantis, respectù alicuius juris particularis, vel iuris non scripti; tunc enim etiam in istis litteris dispensatiuinum committeretur subreptio, vt eleganter trad. *Bartholin. de subrept. rescriptorum. quæst. 5. art. 2. col. 2. circa fin.*, veluti si adesset aliquod statutum, vel consuetudo in contrarium, vel aliquod priuilegium particulare; nam eo casu esset de illis mentio facienda, ad euitandam subreptionem, ex quò sunt quid facti, & de eis præsumitur ignorantia, *per text. in cap. 1. vbi gloss. Butr. & DD. de Constit. in 6. Bald. in l. fin. nu. 5. & 7. C. si contra ius. Brun. super Statut. & Constit. lib. 3. in verbo rescriptum &c. Bald. omnino videndus. in d. l. prascrip. num. 13. & 14. C. si contra ius &c. Bald. in d. l. fin. nu. 7. eodem.*

17 † Limita septimam, non procedere, in facti falsi expressione; vel in tacendi fraude, eo etiam casu subreptio ista vitiaret litteras de forma, *Bald in d. l. præsc. n. 12. in fine. C. si contra ius*, prout si dixisset in precibus causam fore desertã, licet re vera nõ esset; tunc tales litteræ non valerent, *per text. in cap. super litteris, vbi Felin. Butr. & aly. de rescript.*, vel si tacuisset sententiam fecisse transitum in iudicatum, cum id per fraudem diceretur commissa subreptio, nec per tales litteras, opposita subreptione, litteræ non suffragarentur, *per gloss. in d. cap. super litteris. vbi P. Grego. Glorit. & modernis. hoc tit. nostro.*

18 † Limita octauam non procedere, quando in rescripto excitatorio, narratum esset, quòd de iure non erat narrandum, & tacitum id quòd erat narrandum; Iudexq; procederet via delegata; tunc gesta per eum essent nulla. *Leonell. Bartholin. de subrept. &c. quæst. 5. art. 3. col. 2. in fine. et 3. Castrens. in l. præscript. nu. 5. & 6. C. si contra ius. vbi. nu. fin.*, addit etiam virtute litterarum excitatoriarum, posse Iudicem vti delegatum, pronunciare, *per Innocen. in d. cap. super litteris. de rescript. & Bald. in l. ex quacumq; ff. si quis in ius. voc. non. ierit*, prout etiam concludit. *Leonel. d. art. 3. in fin.*

19 † Limita nonam, non habere locum, quando in tali rescripto dilatorio, ad soluendum, non fuisset facta mentio de qualitate debiti: *Menoch. de arbitrar. casu. 203. n. 14.*, vel sit in casu prohibito impetrari. *Menoch. ibi. n. 16. & 18.* vel de alijs dilationibus per supplicantẽ obtentis *per ordines Senatus nostri diei. 15. Ianuarii anni 1580. vers. non concedantur &c. & anni 1616. diei 11. Augusti. nu. 19. in fine. idem Menoch. loc. citato. num. 28.* vel si fuisset falsò narratum circa quantitatem pecuniarum, attenta forma litterarum, quæ ratione summæ è Cancellariæ Senatus diuersimode emanant, per ordines prædictos. dicto nu. 19. vers. cum debitores moratorias. *idem Menoch. dicto casu 203. num. 14. & 16.*, vel si non esset facta mentio de caosa in iudicium deducta. *Cuceh. de moratoria præscript. num. 121. Roland. à Vall. cons. 31. nu. 17. lib. 2. Brun cons. 46. in fine*, & tunc in istis litteris dilatorijs committitur subreptio. *Leonel. de subreptio &c. quæst. 6. art. 8. col. 3. circa med.*

20 † Limita decimam, non procedere, vbi in precibus non fuisset facta mentio de numero prorogationum obtentarum, cum eo casu dicerentur litteræ subreptitiæ. *per ordines Senatus nostri anni 1566. diei 2. Aprilis per N. C. in tit. de Iudic. cap. & quia sepissimè &c. circa fin. idem tradit Costa. de facti scient. & ignoran. centur. 2. distinct. 100. nu. 14. per Rotam decis. 110. lib. 1. part. 3. in nouissim.*, prout etiam exprimi debet in specie causa, ob quam petantur, & alia erunt seruanda ad form. d. N. C. *Leonell. de subreptione &c. quæst. 6. art. 8. col. 3.*

21 † Declara primam regulam, quòd licet litteræ ad litem careant subreptione regulariter; tamen Princepa ob illam subreptionẽ, nullo modo eas concessisset, litteræ vitiantur in totum, *per text. in dicto cap. super litteris. de rescrip. ibi nullas prorsus litteras dedissemus, &c. vbi gl. Felin. Abb. Butr. P. Grego. Glorit. & aly. idem Butr. in cap dilectus. nu. 11. in fin. de rescript.* quæ opinio communiter tenetur, *per DD.* * *Bened. Capr. suis commun. conclus. 47. nu. 10. Seraphin. decis. 653. nu. 5.* & sic quando subreptio esset commissa circa causam finalem. *Caluale. decis. 46. nu. 213. par. 1. Rimin. Iun. cons. 355. nu. 24. lib. 4. Bald. in l. etsi legibus. C. si contra ius &c. Seraphin. decis. 734. nu. 7.*

22 † Declara secundam in rescriptis, & causarum commissionibus, non requiri tã exactam iustificationẽ narratorum. *Egid. decis. 280. Plot. cons. 29. num. 2. Roman. cons. 369. nu. 37. Seraphin. decis. 954. nu. 1. Felin. in dicto cap. cæterum. num. 4. circa med. vers. restringitur septem modis &c. de rescript.* cum etiam delegatus posset subreptionis, & incompetentiæ exceptiones in fine litis reseruare declarandas, ne detur ansa appellandi, & litem protrahendi in infinitum. *Seraphin. d. decis. 954. num. 2.* & vbi Iudex procedat ad vlteriora cum cognitione, huiusmodi exceptiones eo casu dicerentur reiectæ. *Angel. cons. 200. nu. 3. Corn. cons. 85. col. 4. in littera. Q. Iason. cons. 105. num. secundo lib. 1. per tex. in cap. exhibita. de Iudic.*

23 † Declara tertiam, causæ commissionem, vel inhibitionem super appellatione emanatas, ea nondum interposita, esse ipso iure nullas, nec causare attentata, *per Lancellott. de attent. cap. 20. limitat. 12. num. 2. 3. & 15. Paris. cons. 172. vol. 4. nu. 13. & cons. 146. eod. lib. in prin. Egid. decis. 100. Roland. à Vall. cons. 77. num. 27. lib. 2.* nam commissio non potest dare iurisdictionem super eo, quòd non est. *Egid. decis. 22. vers. nam commissio &c.*

24 † Declara quartam, quòd opponens subreptionem circa abolitionem contumaciæ; tunc opponenti incumbit onus probandi, cum ex certa scientia Princeps eam indulserit. *Bald. d. cons. 121. lib. 1. nu. 1. & 2. per text. in cap. 1. vbi DD. passim. de dolo, & contum. Alber. in l. præscript. nu. 5. vbi Bart. nu. 8. circa med. C. si contra ius &c. Abb. cons. 41. nu. 2. in fine. lib. 1. Boer. decis. 344. nu. 9. par. 2. Bortazol. cons. 478. n. 21. in fine. lib. 2. Coccin. decis. 89. nu. 1. Oldrad. cons. 109. n. 9. in fine, & 10. Seraphin. decis. 857. nu. 15. Ludouis. decis. 108. nu. 1. & 12. Ricc. rer. quotid. resol. 92. nu. 3. par. 1.*

25 † Declara quintam, quòd rescriptum ex falsa causa impetratum, est ipso iure nullum, nec ope restitutionis retractatur. *Odd. de restit. in integrum. quæst. 77. art. 9. nu. 49. per text. in cap. olim. de rescript. & l. si quis obrepserit. ff. ad l. Corn. de falsis*, quòd intellige procedere si per dolum, & malitiam fuerit impetratum. *Bald. Felin. Beronus, & aly in d. cap. super litteris de rescript. vbi Glorit. nu. 28. Castrens. in l. præscript. num. 1. vbi Bald. Fulgo. Angel. & aly. C. si contra ius. idem Beronus. cons. 50. nu. 66. lib. 1. & est opinio* * *communiter recepta, per tex. in dicto cap. super litteris, ibi nos igitur &c. vbi glos. & DD. passim &c.* Ideò aduersus verum dolum non etiam admitteretur restitutio in integrũ. *Bened. Capr. suis commun. conclus. 78. num. 42. vidde Odd. quis sup. qu. 12. per totam*; nec dictis litteris restitutionis potest renunciari re integra. *Costa. de re integra. distinct. 58. num. 13.*

26 † Declara sextam, vt vbi litteræ patentes per signaturam Papæ emanauerint sanantes nullitatem: tunc per inferiores nõ soler cognosci de subreptione, ob facilem recursum ad signaturam pro reformatione. *Coccin. d. decis. 74. nu. 4. Garcias de beneficys. cap. 3. par. 8. nu. 14. Lancellott. de attentat. cap. 20. ampliat 6. nu. 2. & ampl. 22. nu. 3.*, maximè si essemus in partibus; tunc enim nõ esset aperienda via inferioribus iudicandi super litteris Summi Pontificis, ac superiorum inhibitione. *Achill. de Graff. decis. 29. alias 255. de appellatio. num. 6*: ob id in Romana Curia, non datur de subreptione, vel obreptione, vt optimè etiam aduertit. *Marchesan. de commissio.*

missio.in tit. de commissio.super attentat.cap.29.par.1.n.16. in fine & 17.vers. quamuis &c.

27 † Declara septimam, in litteris scilicet de forma, non dari de subreptione, esse intelligendam. quãdo per simplicitatem, & ignorantiam talis expressa sit falsitas, vel veritas occulta, quæ quamuis fuisset tacita, vel expressa Princeps, vel Senatus nihilominus (saltem in forma communi) litteras dedisset, & tunc delegatus omissa forma speciali procedere poterit in forma communi. *P.Grego. in cap.50.nu.3.lib.1.de rescript.per text.in cap.super litteris.vers.inter alios autem &c.eod.tit.nostro. vbi Bald. & Glorit. num. 69. & num. 54.& 152.Plot. dicto cons.19. num. 1. circa fin*: Ideò, quando subreptio est causa formæ specialis, illam tãtum vitiat; pone casuto in eo, qui impetrauit rescriptum, vt in causa procedatur summariè, sed fuit tacitum, quòd aderat pactum inter partes, vt eorum causæ tractentur ordinariè; tunc ista subreptio cum sit causa illius formæ litterarum, non vitiat rescripti substantiam, quia non impeditur Iudex procedere in forma communi, & ordinaria. *Glorit.dicto cap.super litteris. nu.54.69.& 152., vbi Abb.Felin. Dec. Beroius, & moderni &c. Bald. in l.præscrip.C.si contra ius &c.* siquidem hęc forma communis auctoritate iuris sub eodem rescripto continetur, & ità intelligitur consilium. *Plot. alleg.29.nu.1.in fine.*

28 † Declara octauam, quòd quando est merè excitata iurisdictio ordinarij; tunc notificatio, seu præsentatio rescripti parte citata non requiritur, quia non dicitur delegatio, sed iussus. *vt per Bursat.cons.74. nu. 123. lib. 2. per Marantam suo specul.o.par.4. distinct.5.num.72. per tex.in auth. vt nulli. Iud.§. & hoc verò iubemus. Felin.in cap.licet.nu.4 in fin. vers. obstant notata &c. de off.ordin.*: Verùm hoc non credo posse sustineri stante dispositione harum Constitutionũ Mediolani de rescriptis disponentium, rescripta in genere esse parte citata præsentanda, *vt ibi. §.2. rescripta impetrantes &c*: Nisi velimus dicere, posse sustineri, vbi Iudex ordinarius, nõ virtute delegationis procederet, sed iure ordinario, per ea quæ trad. *Bartolin.de subrept.qu.5.art.3.in col.vlt.& per Felin.in cap.cum ex officij.nu.20. & 32. circa finem. de præscriptio; vbi num.35. vers.8. concl. &c.* inquit generaliter, vt vbi litteræ non fuissent pręsentatę à principio, licet data præcesserit processum; tamen illum non validare, quod intelligo procedere in litteris ad lites; secus ad gratias, *per text.in cap.cum te.de rescriptis.vbi Felin.vers.fallit. quarto.col.pen.Aret.cons 33.*; nam gratia per verbum fiat, dicitur perfecta, secus verò quo ad probationem, *vt per Felin.in d.cap.cum te. nu. 21. circa fin. vers.fallit 4. cap. tibi. qui de rescr. lib. 6. Affl. decis. 253.n.5.in fin.& in fine in littera. A.* Verùm quantum ad translationem iurisdictionis in Iudicem, non requiritur præsentatio, quia ex sola voluntate Principis, vel Senatus, transfunditur habitus iurisdictionis in Iudicẽ, etiã inuitum, sed tamẽ executor ante ipsam præsentationem nihil potest. *Felin.in cap. sciscitatus. nu.12. in fine de rescript. vers.limita hanc partem &c.per Bald.& Bart.ibi per eum alleg*: Verùm in additione ibi posita in littera.A.concluditur, delegatum ante pręsentationem rescripti posse etiam procedere, parte non opponente de rescripto non præsentato, & ideò processum valere, *per Bald. in l. nec quicquam .§. vbi decretum in fine. ff. de officio pro cons.& per Innoc.in cap. prudentiam de off. deleg. idem trad. Maranta.suo specul.par.4. dist.16. nu. 8. in fine.Gratian. discept. forens par.1.cap.170. nu.23. & seq.* nam facultas eligendi, vel recusandi Iudicem, durat vsq; ad litis contestationem. *Afflict.decis. 185.num. 2. per tex. vbi Bald.in l.fin. C.de excep. Bursat.cons.24. nu.14.lib.1.*

29 † Declara nonam, litterarum patentium moratoriarum ad soluendum, tempus, currere à die datarum ipsarum, non autem à die pręsentationis, *vt per Guid. Papa.decis.109.num.1.in fine, vbi ità attestatur de stilo Curia Cucch.de moratoria præscript. nu. 152*: secus vero in alijs litteris missiuis, quia iubent Iudici, quatenus terminum statuat; ideò incipit tempus currere à die præsentationis, & ità intelligo. *Cucch. d.tit.de morator.&c.nu.152.in fine*, & licet ipsę teneat nu.122. non se extendere hoc rescriptum ad fideiussores: attamen, quando in precibus fuit facta mentio de eis; tunc ad eos etiam extendi poterit. *Menoch.de arbitr. casu 202.nu.26.per Bald. & Salycet. in l.quoties. C.de precib. imper. offer.*

30 † Declara decimam, in literis prorogationis instantiæ, sufficere facere mentionem de tempore litis contestatę, *per ord. Senatus anni. 1566. diei 11. Maij, per text. in l.properandum.C.de Iudic. vbi glos.& DD.*

31 † Obserua primo, & intellige, in Curia Romana, asserenti litteras esse subreptitias, audientia denegari, ob facilem recursum ad signaturam, & ne commissiones negligantur, *vt per Achil.de Graffis.decis.29. nu. 6. de appellatio. Marchesan.de commissio par.1. cap 3. nu.10. & in tit.de commissio.super attent.nu.16.& 17. cap. 19. eadem parte.Coccin.d.decis.74. num.4. Ludouis d. decis. 435. num. 5.* secus verò in hac nostra Curia, attenta generali *Cæsar. Constit. dispositione.de rescriptis.§.quicumque in fine .ibi, nec per Iudices executioni demandentur &c.*, nam regulariter litteræ, vbi sint subreptitiæ, non sunt exequendę. *Pereg.decis.97.num.20. part.1. Carol. Tappia.decis.23.nu.13 par.2. Rebuff. de rescript. glos.8. art.1.in fine.tom.2.ad Reg.Constit. Leonell.de subreptione &c.qu.18.art.1.& quo.16.art.4.col.2.*, quando scilicet subreptio fuit causa cõcessionis, & sic ĩ causa finali. *Bald.in l.& si legib. C. si contra ius.Glorit.in dicto.cap. super litteris.nu.53.& 54.& nu.82.& 88.*, vel etiam si sint contra ordines Senatus nostri subreptæ; tunc enim à Iudicibus sunt, vti calumniosæ reijciendæ, *vt ex ordinib. Senatus anni 1580.diei 15. Ianuarij in proemio circa fin. per text. in l. rescripta. C.de precib. Imper. offer. Giurba. decis.47. num. 2. & 3.* Ideò stilus Curiæ circa subreptionem seruandus ast: *Gabr. cons. 200. lib. 1. nu. 11.*

32 † Obserua secundo, & intellige, subreptionem commissam circa accidentia, & circumstantias, vbi mutaret speciem; tunc subreptio ista vitiaret in totum, quia eo casù respiceret substantiam; secus verò si tantum negotium alteraret. *Leonell. de subrept. rescript. quæst. 8. art.6. col.fin.& art.7.col.1.per text.in cap.super eo.de cohabit.Cleric.& ibi glos.& DD.passim & cap.dilectus.de rescript.* Hinc est, quòd Pont. quando dicit in dicto cap. super litteris, rescripta tenere, aliquãdo in forma communi, est intelligendus in eo casù, in quo esset commissa falsitas circa prædicta accidentia, solum alterantia. *Leonell.d.art.7.col.2. circa med. per Marsil.cons.70.nu. 11.& Clar.sua prax.in § falsum. vers. sed quid si testis &c. vbi Baiard.& cæter.adden.*

33 † Obserua tertio, quòd subreptio est duplex, altera dicitur quæ prouenit ex parte impetrantis; altera verò quæ oritur ex re ipsa. prima tollitur per motum proprium, altera non. *Card. Seraph. decis. 398. num.5. per Egid.decis.392.& 475. Felin.in cap.in nostra num. 15. circa med. de rescr.*, vide exempla ad not. *per Felin. in cap. ad aures. num.7.& 8. eod. tit.nostro.*

34 † Obserua quarto, vt vbi dispensatio sit subreptitia; tunc gratia corruit, & Iudicis datio, secundum magis communem. *Seraphin. decis. 420. num 6.* & decis. 483. num. 2. & sequ. Verall. decis. 225. nu.1. par.3. & decis.7.n.2.par.1. vbi attestatur de Communi.* Ludouis. decis.450. nu. 2. & 9. Benedict. Capra. suis conclus. iur. concl. 41. nu. 15.*: Verùm intellige procedere, quando tia rata mouerunt Principem ad concedendum, tunc enim reddunt gratiam subreptitiam. *Cæsar de Grassis.decis 119. de præbendis.num.2. Marches. de commissio. relax.iur.cap.2. num.36.& 38.per Felin. in cap. super litteris.nu.5.de rescr. Card.Seraph. decis.653.num.5.*

etiam

etiam si mouerit ad facilius concedendũ. *Marches. loco citato. nu. 39. idem Seraphin. decis. 443. nu. 1*: secus si taceretur id, quod Princeps sciuerit. *Verall. decis. 221. nu. 1. par. 3. vel si de iure inest. Ludouis. decis. 221. nu. 8.*

35 † Obserua quinto, dispensationem extendi ad connexa, sine quibus dispensatio stare non potest. *Felin. in cap. præterea nu. 5. col. fin. de off. deleg.*, idem dicitur in rescriptis. *Leonell. de subreptione rescriptorũ. quæst. 18. art. 7. col. 2. Verall. decis. 191. par. 2. nu. 6. Garzias. de explicat. priuileg. nu. 1139.* & hoc in inseparabilibus, *vt per Leonell. loco citato. Bened. Capra. suis commun. concl. 50. nu. 3. & 4. Magon. Rota. lucens. decis. 52. num. fin.* Verùm dispensatio, non se extendit ad casum mixtum, *Ludouis. decis. 87. nu. 8.*, idem dicitur in rescripto, *vt per Magon. loc. cit. nu. 9.*, nec extenduntur ex identitate rationis limita, *vt d. decis. 87. nu. 17.*

36 † Obserua sexto, commissionem, seu rescriptum restitutionis in integrum, quamuis subreptitiam signatam cum clausula, prout de iure, vel quæ iuris fuerit, tribuere iurisdictionem parte opponente. *Achill. de Grassis. decis. 12. de rescript. num. 1. Afflict. decis. 378. in fine. Card. Pus. decis. 240. num. 9. lib. 2*; idem dicitur de alijs rescriptis ad lites. *Seraphin. decis. 513. nu. 7. Lancellot. de attent. cap. 20. limit. 12. num. 13. Marchesan de commissio. in tit. de auocat. causarum. cap. 1. nu. 72. in fine, & est communis opinio* per Bened. Cap. suis commun. concl. 41. nu. 1, Bald. Felin. Abb. & alij in cap. ad audientiã. 2. de rescript.* nam regulariter, subreptio per partem, & non per Iudicem opponenda est, *Capr. suis commun. in concl. 29. nu. 23.* fallit, quando litteræ venirent accessoriè ad gratiam, quia tunc ipso iure vitiãtur p subreptionem. *Bald. dicto cap. ad audientiam num. 7. & 11. de rescript. vbi Felin. circa fin. Capr. d. concl. 41. nu. 15.*, limita etiam vt ibi, duobus alijs modis &c.

37 † Obserua septimo, non omnem subreptionem reddere gratiam, vel dispensationem nullam; sed quando fuerunt illa tacita, quæ de iure exprimi debent. *Verall. decis. 310. par. 1. nu. 3. Egid. decis. 698. vers. 3 principaliter &c. Ludouis. decis. 108. nu. 6. & decis. 150 nu. 2. & 11.* idem est respectũ eorum, quę ex stylo Curię exprimi debent, cum & ista sint epxrimenda. *Garzias. de benefic. par. 8. cap. 3. num. 21. Menoch. de arbitr. casu 201. nu. 27. circa finem.*, declara etiam, ea de quibus in iure cautum non est, exprimi debere, si illis expressis verisimiliter Princeps gratiam non concessisset. *Beltramin. ad d. decis. D. Ludouis. Pont 150. num 11. circa finem*, imò vel difficilius concessisset. *per Rotam ibi per eum allegat.*

38 † Obserua octauo, & declara, rescriptum dici subreptitium in facto, & in iure secundũ, *Imolam in cons. 132. num. 1. & 3. Leonell. de subrept. quæst. 5. art. 2. per text. in l. 2. C. si contra ius &c.*; Verùm intellige istud ius esse duplex, aliud enim dicitur scriptum, aliud vero non scriptum, *aux. §. constat autem, vbi glos. & DD. instit. de iure. nat. Bald. in l. præscript. num. 12. C. si contra ius*; in iure scripto non videtur subreptionem quis committere; secus verò si mentionem non fecisset de iure non scripto, quia primum, Princeps præsumitur scire, secundum verò ignorare, *per tex. in c. 1. de Const. in 6.* ex quo Princeps præsumitur habere omnia iura in scrinio pectoris sui, *l. omnium. C. de testam.*, ideò ex hoc capite iuris scripti, non committitur subreptio. *Iason. in d. l. 2. præscript. num. 10*: quòd intellige, si illud ius sit commune; secus verò, si tale ius non fuerit scriptum, vel, si scriptum fuerit, tamen particulare, cum illud pręsumatur ignorari, & ideò etiam in hoc committeretur subreptio. *Leonell de subrept. d. quæst. 5. art. 2. col. 2. cir. fin.* prout sunt statuta, & Constitutiones cũ similibus, quia dicuntur iura particularia, quæ vnaquæq; Ciuitas, vel Castrum, sibi constituit. *Bald. d. l. 2. nu. 13. Butr. in dicto. capitulo primo. de Constitut. in sexto. Brun. super Statut. & Constit. in verbo rescriptum &c. libro. tertio.* exempla igitur erunt infrascripta, & ideò

39 † Obserua nono, & intellige subreptionem committi in iure dupliciter, scilicet in iure expresso explicito, & in iure implicito; primo casu non cadit subreptio coram Principe, vel Senatũ, quia licet sit fallendi intentio ex parte supplicantis, ex parte tamen Principis, pręsumitur certa scientia, & habere scientiam legum. *Bal. in l. præscriptione. nu. 12. C. si contra ius &c. vbi Iason. Castrens. Angel. & alij. l. omnium. C. de testam. Felin. in cap. in nostra. num. 14. in fin. de rescript.* pone exemplum in iure expresso, veluti si quis impetret rescriptum super appellatione, dicens se posse appellare post annum, non decipit Principem, quia præsumitur habere scientiam iuris communis, saltem præsumptiuè. *glos. in cap. præterea. 23. dist. Bald. dict. nu. 12. & Felin. loco citato*; in iure vero implicito, putà si narratur, quòd sententia transiuerat in iudicatum, si hoc est falsum, dicitur mendacium in iure, & sic committitur subreptio, & non valet rescriptum. *Placent. in d. l. præscript. circa med. vbi Bald. d. n. 12. circa fin. Felin. d. cap. in nostra. nu. 14. in fine. de rescriptis.*

40 † Obserua decimo, subreptionem rescripti commissam in vno alteri connexo, vtrumq; vitiare ex communi. DD. opinione, *per glos. in cap. constitutus, de rescript. vbi Felin. Abb. & alij. Bened. Capra. suis communib. & reg. conclus. 50. num. 3*; idem est, si subreptio committatur in vno ex alternatiuè narratis, scilicet, quando mandantur duo in litteris, & tunc si interueniat subreptio in vno, vitiat totum rescriptum. *Io. Andr. & Vincent. in d. cap. Constitutus, & in cap. si des de rescrip.* quod etiam communiter tenetur. *Capr. d. conclus. 50. nu. 1. per text. in cap. si eo tempore de rescript. lib. 6.* secus verò si subreptio sit in vno separato, & non connexo; nam illud tantum vitiat, & non alterum ab eo separatum, *per text. in cap. inter cæteras de rescript. Leonell. de subreptione &c. quæst. 18. art. 7. per totum*; vbi in col. 1. inquit, connexionem esse triplicis generis, scilicet aliam esse naturalem, aliam artificialem, aliam verò accidentalem; vbi doctè illas enucleat, videas eum ibi &c.

Subreptionem allegans, an teneatur eam probare.

PRAELVDIVM XIII.

COMPENDIVM.

1 *ALlegantis subreptionem contra litteras de forma, incumbit onus probandi, & cur? Limita, vt num. 6. declara, vt nu. 11. in fine.*

2 *Amplia primo hanc regulam, etiam procedere in litteris contentiosis cum pro eis præsumatur, & nu. 7. & intellige etiam, vt nu. 20.*

3 *Amplia secundo, etiam habere locum, in litteris patentib. quæ è Senatu nostro amplissimo in dies emanant, declara, vt nu. 8. & seq.*

4 *Amplia tertio etiam procedere si opponatur de subreptione, circa veri taciturnitatem, scilicet non fuisse de primo rescripto factam mentionem.*

5 *Amplia quarto, idem esse, si opponatur de subreptione, & allegetur non fuisse expressa ea, quæ exprimi deberent, & quando, vt nu. 10.*

6 *Limita primam regulam, non procedere, quando cessante illa subreptione non esset Princeps eas litteras concessurus, cum impetrans teneretur probare.*

7 *Limita secundam non procedere, quando impetrans se fundaret principaliter in precibus narratis.*

8 *Limita tertiam non suffragari, quando huiusmodi subreptio mouisset Principem ad eas litteras patentes indulgendum;*

gendum; quia ad impetrantem spectabit probatio.

9 *Limita quartam, non procedere, quando excipiens haberet intentionem fundatam iuris præsumptione, vel si excipiens allegaret, litteras prætensas, non fuisse parte vocata procuratas.*

10 *Limita quintam regulam, non procedere quando excipiēs allegaret, Principem, vel Senatum, de statuto (cui dicitur, per litteras derogat), non habuisse scientiam, & quomodo.*

11 *Declara primam regulam, vt vbi obijciatur exceptio subreptionis concernens merita causæ, & in qua impetrās se fundaret, tunc etiam impetranti incumbit probatio.*

12 *Supplicans non tenetur probare, rea exceptionem subreptionis non competere, & quando non procedat.*

13 *Declara secundam regulam, supplicanti incumbere onus probandi, quando eius assertio, & rei negatio circa idem versantur.*

14 *Declara tertiam, dispensationes, & litteras gratiosas, in dubio iudicandum non esse subreptitias.*

15 *Declara quartam, non induci subreptionem ex veri taciturnitate; nisi taceantur ea quæ ex iure, vel ex stilo Curiæ exprimi debent.*

16 *Declara quintam, scilicet qualitatem adiectam causa demonstrationis, non inducere subreptionem, nisi sit talis, quæ difficiliorem redaidisset concessionem.*

17 *Subreptio per partem, & non per Iudicem opponenda est, cum ipsa partes possint eam remittere, & quando, & n. seq.*

18 *Nullitas in gratiosis debet allegari, cum Iudex non teneatur de facto supplere.*

19 *Delegatus cognoscit de subreptione, etiam si rescriptum nullam iurisdictionem tribueret, & quando.*

20 *Iudex non potest supplere de facto, secus verò si esset factum sibi notum.*

21 *Senatus rescribens adiecta clausula, veris existentibus narratis, tunc supplicans tenetur probare veritatem narratorum.*

22 *Qualitas expressa debet ab impetrante probari, & quando.*

23 *Negatiua dispensationis, est ab impetrante probanda.*

24 *Negatiua habens præsumptionem pro se, non est probanda.*

25 *Rota Rom. non solet admittere onus transferendi probationem in aduersarium.*

26 *Negatiua vbi sit fundamentum, intentionis est probanda.*

27 *Probatio, vbi sit fundamentum intentionis per præsumptiones non admittitur.*

28 *Reus etiam iuris præsumptione iuuatur.*

29 *Præsumptiones contra se habens aurisori probatione venit grauandus, & quando.*

30 *Subreptionem ad tollendam, quando requiratur plena probatio.*

31 *Excipiens de subreptione, ad excludendum inditium, debet probare.*

PRAELVDIVM XIII.



VONIAM in secunda parte huius nostri tractatus, latius dicturi sumus de probatione subreptionis. Idcircò nonnulla attingere de illa, hic sufficiet, & primo erit adnotandum regulariter, quòd

1 † Allegans litteras, (quæ de forma Cancellariæ in dies emanant), esse sub & obreptitias, tenetur hoc probare. cum ex benignitate Principis emanent. *Bald. in cons. 121. num. 1. & sequ. par. 1. Castrens. in l. puniri. num. 2. circa medium. vers. breuiter & c. C. si contra ius & c. Nonius. cons. 66. num. 14. circa med. Ouded. cons. 61. num. 33. lib. 1;* cum dicantur litteræ de Iustitia. *Mascard. de probation. conclus. 1128. num. 17. Thorus in compend. decis. Regn. Neap. in verbo subreptio circa med.*, quia reus in excipiendo efficitur actor. *l. 1. vbi Bart. & aly. ff. de exceptio. Ludouis. decis. 279. num.* & ideò incumbit ei onus probandi. *Imola. in cap. constitutus. num. 3. de rescript. Olarad. cons. 109. num. 9. in fine, & 10. Seraphin. decisio. 857. num. 15. Ludouis. decis. 108. nu. 1. & 12. Fulgos. in l. si quando. de dilation. & l. præscriptione. nu. fin. C. si contra ius.*

2 † Amplia primo, hanc regulam etiam procedere, in litteris contentiosis, & ad lites, quæ quotidie pro iustitia emanant, cum pro illis præsumatur, & ideò, qui dicit eas subreptitias probare debet. Bened. *Capr. concl. 44. nu. 18. Cyn. in l. præscriptione. num. 12., vbi Alberic num. 5. & Bart. num. 8. circa med., vbi Alexan. in additi in littera. E. Fulgos. num. fin. C. si contra ius & c. Bertazol. cons. 478. num. 21. in fine. lib. 2. Gabriel. cons. 200. num. 14. lib. 1. Cæsar de Grassis decis. 48. nu. 10. de probatio. Boer. dict. decisio. 344. num. 9. Calcan. consil. 10. col. 1. circa med. vers. sed his non obstantibus. Fulgos. in l. si quando C. de dilation. Felin. in cap. ad aures. nu. 4. de rescript. vers. de expressione & c. Castrens. d. l. puniri. col. 1. circa med. C. si contra ius & c.*

3 † Amplia secundo, idem esse in litteris patentibus, quæ in dies à Senatu nostro emanare solent, cum ex certa scientia Principis concedantur: ideò ad opponentem; spectabit probare, subreptionem subesse. *Franc. Marc. quæst. Delphin. decis. 1183. num. 1. part. 1. Bened. Capr. suis communib. lib. 1. conclus. 44. num. 27.*, maximè si non est patens. *Butr. in cap. super litteris. nu. 44. circa med. vbi Imola. num. 19. de rescript. Paris. cons. 3. num. 50. lib. 4. Io. Andr. in cap. 1. de litis contest. in 6. colum. 1. circa fin. & in additione ad Specul. in tit. de clandest. despons. in rubr. in fin. Cardinal. Florent. in Clementin. litteras de rescript. in verbo creatum & c. in fine;* vbi inquit gratiam, seu dispensationem esse fundatam, eò ipso, quod constat de ipsa, qui ergo contra eam excipit probet. *Abb. in cap. in præsentia,* * *vbi Imola. & aly de probatio*, & est communis opinio, cum pro eis præsumatur. *Butr. dict. cap. dilectus. num. 10. de rescript.* secus verò in materia iustificationis, quia ad impetrantem spectat probatio, *vt per D. Olarad. cons. 256. nu. 1. Capr. d. conclus. 44. nu. 28.*

4 † Amplia tertio, etiam habere locum si opponatur de subreptione circa, veri taciturnitatem, quia tunc excipienti incumbit probatio. *Dec. in capitul. constitutus. num. 3. vbi Felin. Abb. Bald. & aly. de rescript.* * & est communis opinio. *Benedict. Capra. suis communib. & reg. d. conclus. 44. num. 18. idem. Abb. cons. 70. num. 2. lib. 2. Socin. cons. 164 Vesa Bulla num. 6. lib. 2. Boer. dicta decis. 144. nu. 9. Leonell. de subreptione rescriptorum. quæst. 13. art. 2. circa fin. Cardin. cons. 69. col. fin;* velut, si excipiat non fuisse factam mentionem de primo rescripto, tunc ipse excipiens de priori, teneretur probare. *Capr. dicto. numero. decimo octauo. in fine.*

5 † Amplia quarto, etiam habere locum, si opponatur de subreptione, & allegetur, non fuisse expressa ea, quæ de iure exprimi debent, tunc opponens oportet demonstrare, quod, & quale sit illud, quod debebat narrari, & non fuit narratum. *Leonell. de subreptione rescriptorum. quæst. 13. art. 3. colum. 1. circa med. vers. si cum subreptio & c. Abb cons. 70. num. 2. lib. 2. Crau. cons. 23. num. 5. Sola super N. Constit. Saband. in tit. de interinatione. glos. 2. nu. 13. circa med. Rendin. suo promptuario recept. sentent. tit. 103. de rescript. vbi* * *attestatur, de communi omnium scribentium*, quia hæc obreptio sapit obiectum; ideò non mirum si ab allegante probanda est. *Ludouis. decis. 108. num. 6. & 12. & decis. 150. nu. 11. circa finem & c*

6 † Limita primam regulam, non procedere, quando cessante illa subreptione, non esset Princeps eas litteras concessurus, cum eo casu impetranti incumberet

probatio, Oldrad.consil.256.numero.primo, circa medium.& num.2.Mascard.de probationib.conclus.315. num.13.& conclus.1128.num.6, Paris.consil.4.num.40. vol.4.Castrens.in l.& si legib.& l.præscriptione.num.6. circa fin.C.si contra ius,& Galganett.de condit.parte 2. cap.4.quæst.7.num.2.Felin.in cap.2 num.24 de rescript. & ideo tenetur impetrans probare ea, quorum falsitas vitiat litteras. Garzias de benefic par.6.cap.2.§.2.num. 162.Ludouis.decisio.13.num.8.Card.Seraph.decis.443. num.1.& decis.989.num.4.Felin.in cap.ex parte,1.de rescript.num.24.& in cap.constitutum, vbi Butr.num.7. eod. Onded.consil.61.num.33.lib.1. Rendin., qui decit * communem d.tit.103.hoc tit.nostro.*

7 † Limita secundam, non suffragari, quando impetrans principaliter in narratis in precibus, se fundaret, quia teneretur itidem probare, Beronius cons.144.n.7.& cõs. 2.n.12.lib.3.Marian.Socin.in c.ex parte,13.de priuileg. num.14.super 2.Decretal. Euerard.in sua centur.legal. in loco ab effectu eorum, qui simul requir.adesse.num.2. Garcias de Benefic.par.6 cap.2.§.2.num.225. Ludouis. decis.242.num.5.& 2.& decis.387.num.5. Marescott. variarum lib.2.cap.1.num.21.Paros.de resignation.lib.x. quæst.3.num.5., licet etiam contineat negatiuam. Seraphin.decis.150.nu.3.Ludouis.loc.cit nu.2.

8 † Limita tertiam, non habere locum, quando huiusmodi subreptio mouisset Principem, vel Senatum ad eas litteras patentes concedendum, quia ad eundem impetrantem spectabit probatio. Rota.decis.70.de rescrip. in antiq Mascard.de probat.conclus.325.num.13. Neuiz.cons.36.num.13.Garcias.de Benefic.par.6.cap.2.§. 2.num.197.Seraphin.decis.870.num.1., vel ad facilius concedendum, Farinac.Rota.Rom decis.288.num.1.& in crimin.Cæsar.de Grassis decis.119 nu.2. de prabend. Marchesan.de commissio.in tit.de commissio. rellax.Iuram.ad effectum agendi.cap.3.num.36.Ludouis.decisio. 13.num.8.Seraph decis.989.nu.4.

9 † Limita quartam, non procedere, quando excipiens haberet fundatam intentionem iuris præsumptione, Calderin.cons.x.de probation. Rota Genuens decis.5.nu. 4.Felin.in cap.ex litteris.num.fin.de probat. Menochius de præsumpt.lib.1.quæst.33.num.2.& 3. maximè quando vrgens est, Card.Tusch.conclus.1.nu.7.in verbo narratiua. vel si excipiens allegaret litteras primas, non fuisse parte vocata præsentatas. Nam eo casù impetrans tenetur hanc qualitatem probare, per tex.in cap. Bonè, vbi glos.& DD. de elect.Peregrin.consil.40.nu.4. & 5.lib.1.per tex.in cap.in præsentia.de renunc.Vant.de nullit.in titul.à quò,& quibus mod.nullit. probat.deb. post.num.6.Mascard de probation conclus.1114. nu.8. per tex.in cap.in præsentia. vbi glos.de probat.

10 † Limita quintam, non habere locum, quando excipiens allegaret Principem, vel Senatum, non habuisse scientiam de statuto, cui dicitur per litteras patentes fuisse derogatum; nam eo casu impetranti incumbit onus probandi, id factum esse ex certa scientia Principis. Oldrad.consil.326.num.1. Dec.in cap.Porrecta.nu. 4.in fine, de confirm.vtil.vel inutil.ubi Abb.Felin.Butr. & alij,& in c.ex parte, de rescriptis. Bald.in cap.cum super de caus.possess.et propriet.in princip. Bald.consil.359. lib.2.num.2. circa medium, Cranet.de antiquit.tempor. sectione 1.nu.15. maximè, cum non præsumatur Princeps voluisse statutis derogare, nisi in specie dictum sit, Plot.consil.44.num.10.& consil.17.num.62.Costa cons. 65.num.8.lib.1.Cardin.Seraph.decis.162.num.9. et Galliam super Consuetud.Alexand.quæst.3.in glos.non possit num.12.& 13., nec præsumitur voluisse statuta,& N. Const. tot vigilijs excogitata, vno rescriptu subuertere, Rebuff.super Constit.Regni in præfatione, in tit.de rescr. nu.72.Seraph.decis.1082.n.7. & ideò cum fundetur iuris præsumptione, tenetur impetrans probare, vt per Calder.consil.3.num.1.in fine, de probat.

11 † Declara primam regulam, quòd vbi obijciatur exceptio subreptionis, concernens merita causę, & in qua impetrans se fundat; tunc eidem incumbit probatio, Iacob.Butrigar.in d.l.præscrip.vbi Cyn.& Albericus num 5.C.si contra ius & c. Capr.suis communib.par pri. * conclus.44 num.21.Imola.in cap.super litteris.nu.18.de rescript.Ruin.consil.30.nu.7.lib.1.& est communis opinio, per regul.illam affirmanti, & non neganti incumbit onus probandi, l.2.ff.de probat.vbi DD.notant; veluti si aliquis conueniretur sub prætextu, quòd hic ipse contraxit, & ipse declinando iurisdictionem excipiat, se hic non contraxisse, certè actori, vbi hoc affirmet, itidem probare debet. Innoc.in d.cap.super litteris, de rescriptis,& in cap.Romana.§.contrahentes.de foro compet.in 6.vbi Doct.passim. vide alia exempla adnotata per Ruin.d.consil.30.num.7.lib.1.& per nos.in 2.parte, § 4.cap.35.per tot.

12 † Declara etiam hanc primam regulam, vt supplicans non teneatur probare, reo exceptionem subreptionis non competere, Ludouis decis.242.num.4.& decis. 228.n.7.& 8.Seraph.dec.1484.n.15.Garcias de benefic. par.9.c.2.nu.342., limita, quando impetrans narrauit illam exceptionem in precibus, Cassad.decis.x.nu.10. de rescript.& per Ludou.d.decis.242.nu.4.

13 † Declara secundam, quòd scilicet supplicanti incumbit probatio, quando eius assertio, & rei negatio circa idem versantur, Capr.suis communib.par.1.d.conclus. 43.num.22.per tex.in l.1.ff.de probatio.cap.Bona.2. vbi glos.& DD.de electio.vbi Calderinus,& Lapus alleg.x. prout etiam dicitur, quando debitor negat pecuniam fuisse sibi numeratam, quia alleganti etiam soluisse incumbit probatio, Felin.in ca.constitutus.colum.1.vbi Beronus.& alij.de rescrit.Boer.d.decis.334.num.9. circa medium; Ideò si excipiens dicat, nego narrata fuisse vera, onus probandi, incumbit impetranti, Boer.decisio. 344.num.8.in fine,& num.9.circa fin.

14 † Declara tertiam, dispensationem, & litteras gratiosas in dubio, iudicandum non esse subreptitias, Gabr. cons.191.num.13.& consil.200.num.14.lib.1.Cassader. decis.10.de præbend. Felin.in cap.super litteris.colum.2. & 3.de rescript. Mohed.decis.8.in manuscript. sicut etiã dicitur de alijs rescriptis ad lites, Gimba consil.24.n.fin. quia impetrans prima facie habet fundatam intentionem suam, virtute rescripti emanati, ideò opponenti incumbit probatio, Felin in d.cap.fin.de præsumpt.num. 15 circa fin.vers.in ea glosa &c. Limita tamen, & declara, prout supradictum est; & infra dicetur (Deo fauente) in præludio sequenti,& prout latius diximus in §.4.cap.35.in secunda parte; secus vero quò ad probationem causę expressæ in precibus, Oldrad.cons.256. num.2.Dec.consil.350.nu.3.

15 † Declara quartam, quod subreptio, s. ex veri taciturnitate, non inducitur, nisi taceantur ea, quæ ex iure, vel ex stylo Curiæ debere exprimi certũ est. Gabr. consil.191.num.9.& 12.lib.1.& consil.200.num.13. in fine,& 14.eodem libro.per Rotam decis.32.num.5.de rescript.in nouis. Menoch.de arbitr.casu 101.num.26.& 27.Garzias de benefic.par.8.cap.3.nu.20.& 21.Bertaz. consil.478.lib.2.in littera E. Ludouis.decis.150.nu.11. limita,& declara, vt per Beltramin.ibi.d.num.11.circa finem.

16 † Declara quintam, quòd s. obreptionem non facit qualitas adiecta, causa demonstrationis, nec falsa vitiat; nisi sit talis, quæ difficiliorem reddidisset concedentem, Rota decis.4.num.7.de rescript.in antiquis. Gemin.consil.3.Gabr.d.consil.191.num.3.lib.1. Staphileus de litteris gratiæ.& Inst.in tit.de modo,& form.supplic. vers.secundo principaliter &c.Felin.in cap.super litteris colum.2.circa fin.& in cap.2.num.14.& seq.de rescript. veluti, si esset erratum in nomine, per tex.in cap.significante, de rescriptis.

17 †Ob-

17 † Obserua primo, quòd regulariter subreptio per partem, & non per Iudicem opponenda est, cum pars possit eam remittere. *Bened. Capra. suis communib. par. 1. conclus. 29. num. 23. per tex. in cap. cum inter, vbi DD. de re Iud. Rebuff. in tit. de rescript. art. 2. glos. 11. D. Nicol. in cap. coram. de off. deleg.* nam hoc iuditium non datur nisi petenti. *l. 4. §. hoc autem ff. de damn. infect. Rebuff. d. art. 2. glos. 11.*, cum regulariter rescriptum ad lites subreptitium, parte non opponente de subreptione mero iure valeat. *Vant. de nullit. in tit. de nullit. ex deffectu. Iurid deleg. nu. 60. Alferius. cons. 12. num. 14. Seraphin. decis. 513. nu. 7. Card. Put. decis. 240. num. 9. lib. 2. Marches. de commissio. par. 1. cap. 1. nu. 71. & est communis per Capr. concl. 41. nu. 1. & 13.*, & licet in gratiosis rescriptis subreptitiis; vti nullis ipso iure non sit necesse, vt opponatur de subreptione, *vt per Crau. cons. 68. nu. 2. & per Capram. d. concl. 41. nu. 15. & 16.* vbi attestatur de Commun. *

18 † Attamen, etiam in istis gratiosis; quando sunt litteræ subreptitiæ, debet talis nullitas, vel subreptio allegari in iuditio; nam alias transirent pro validis, cum Iudex non habeat supplere de facto, & præsertim si hoc ignorauit. *Butr. in cap. ex parte Decani. nu. 22. circa med. vbi glos. Felin. Imola, & alij. de rescript. per text. in cap. cum omnes. de Constit. & l. cum putarem. ff. fam. ercisc.*: cum etiam executor litterarum cognoscat de subreptione, etiam si litteræ iurisdictionem non tribuant, *vt per Andr. Alfer. Cortonens. cons. fin. alleg. 12. nu. 13. par. 1. Lapus. cap. 1. de rescrip. lib. 6. Calcan. cons. 77. num. 4. Abb. in d. cap. ex parte. Decan. nu. 3. de rescript. Glorit. ad d. cap. super litteris. nu. 435. & 387.* cum quilibet Iudex possit cognoscere, an sua sit iurisdictio. *per text. in l. si quis ex aliena. ff. de Iudic. Glorit. loco citato. num. 440. vbi &c.*

19 † Obserua igitur secundo, quòd licet Delegatus, possit cognoscere, etiam si rescriptum sit subreptitium, & ipso iure nullum, *vt per relatos DD. & per Capr. suis communib. par. 1. conclus. 19. nu. 3. 4. & 5*, etiam si iurisdictionem non tribuat, *per text. in dicto. cap. 1. de rescript. in 6., & ibi per Lapum, & alios*; fallit tamen, quando notorium esset, delegatum, nullam iurisdictionem habere, & de hoc Iudex esset certus; in tantum, quòd si pronunciaret, sententia diceretur nulla, *per tex. in cap. si duobus. de appellatio. Glorit. dicto cap. super litteris. nu. 425. & 387. & seq. de rescript. vbi Abb. nu. fin. Capra. suis communib. d. conclus. 19. nu. 7. & 8. & nu. 45. vbi. nu. 49. & 50.* dicit esse magis communem. * DD. sententiam.

20 † Obserua tertio, quòd regulariter Iudex ex offitio, non potest supplere de facto, etiam circa subreptionē, *vt supra diximus. nu. 17. circa med. & idem tenet. Capra. suis communibus. par. 1. conclus. 17. nu. 3*: fallit tamen, quando factum esset sibi notum, prout si constaret ex actis; cum in eo casù supplere possit. *per glos. in .l. 1. C. qui & aduers. quos*, quòd verum est, quando concluderetur, per hoc non competere ipso iure ius agendi ipsi agenti, *per text. in. l. vbi pactum, & ibi Bart. & glos. C. de transactio*; vel ope exceptionis, contra naturalem æquitatem agere, veluti si quis locupletetur cum aliena iactura, *per text in .l. penult. ff. de petit. hered. Capra. d. conclus. 17. nu. 6. & 7.*, vel si exceptio inesset ipsi negotio, vt quia originata esset causa ipso facto. *l. lecta. §. dicebam. ff. si cert. petatur .l. vbi §. 1. ff. de verb. oblig.* alias non suppleret ipse Iudex de facto sibi noto, vel notorio, vt supra allegatum est. *Capr. loco citato. num. 7.*, & ità interpretari possunt. *N. C. hoc tit. de rescript. §. quicumq; in fine, ibi, nec per Iudices executioni demandentur &c.* cum etiā, vbi notor è Iudici constet de subreptione, quæ ex actis apparet, & ex lectura litterarum, & precum tunc posset ad vlteriora procedere, nulla habita ratione dictarum litterarum, cum litteræ subreptitiæ non sint exequendæ. *Leonell. de subreptio rescript. quæst. 18. art. 1. Peregrin. decis. 97. num. 20. par. 1. Carol. Tappia. decis. 23. nu. 13. par. 1.* & latius (Deo fauente) dicemus in 3. part. huius nostri tract. in dicto. §. quicūque vers. & Iudices in tit. de litteris non exequendis &c.

21 † Obserua quarto, & declara, quòd quādo Princeps, vel Senatus rescribit, cum clausula, vbi preces veræ sint, vel veris existentibus &c. cum similib. tunc impetrans tenetur probare veritatem narratorum. *Castrens. in .l. punire. col. 1. circa fin. C. si contra ius. vers. sed si mandat alter &c. per text. in .l. 2. ff. de his. qui veniam. ætat. impetran. Io. Andr. in addit. ad specul. de Clandestin. despons. in rubr. Calcan. cons. 10. col. 1. post princip. vers. 3. quia &c. Bertaz. cons. 78. lib. 2. in additione in littera. G. vers. maxime &c. Ripa. in lib. 2. respōsorū. cap. 24. n. 3. in fin. vers. corroborantur &c. Imola in cap. super litteris. nu. 18. circa med. de resc.*

22 † Obserua quinto, & declara, quod qualitas in precibus narrata, debet ab impetrante probari. *Ripa. in cap. 2. nu. 65. de rescrip. Ossasc. decis. 169. num. 10. & 11. per Alex. cons. 78. nu. 2. & seq. lib. 5. Ludouis. decis. 242. nu. 5*; cum regulariter narratiua litterarum, sit probanda ab impetrante. *Card. Seraphin. decis. 355. num. 3. Paris. cons. 138. lib. 4.* maximè quando est finalis. *Bart. in l. prascript. C. si contra ius &c.*

23 † Obserua sexto, & nota, dispensationis negatiuam, esse probandam per impetrantem. *Paris. d. cons. 138. n. 1. lib. 4. Abb. in cap. 3. nu. 7. de libell. oblat. Cassador decis. 10. nu. 10. de rescript*: narrando enim suo ligone se percutit. *Ludouis. decis. 242. nu. 3. & 4. Rota. decis. 632. nu. 6. par. 1. in recentio. Seraph. decis. 1004*: etiam si negatiua sit valdè difficilis. *Beltramin. ad de decis. Ludou. 242. nu. 10. Mariscot. variarum. lib. 2. cap. 1. nu. 21. Paris. de resignat. lib. 10. quæst. 3. nu. 5. Verall. decis. 192. num. 3. par. 3. & 283. nu. 1.*, & probatur ex inspectione scripturæ, vel registri: *Achill. de Grassis. decis. 387. nu. 4. Cassador. decis. 8. n. 1. super Regul. Canc. Verall. decis. 192. nu. 3. par. 3.*

24 † Obserua septimo, quòd vbi negatiua habeat præsumptionem pro se, tunc & eo casù, non erit ab ipso negante probanda. *Achill. de Graff. decis. 412. num. 5. per Iason. in .l. in illa ff. de verb. oblig. Felin. in cap. fin. de præsumptio.*

25 † Obserua octauo, Rotam non consueuisse admittere onus transferendi probationem in aduersarium, *Card. Seraphin. decis. 1005. num. 4. & decis. 1171. num. 2. Intellige, vt per Beltramin. ad decis. Ludouis. 278. nu. 12. vt infra nu. 26. & 27.*

26 † Obserua nono, negatiuā, scilicet alleganti incumbere onus probādi, esse intelligēdā quando talis negatiua est fundamētū eius intētionis. *Crau. cons. 112. n. 6. Ossasc. decis. 172. n. 5. Guid. Pap. sing. 189. Natt. cons. 569. Bar. in .l. 4. C. de fabricen lib. 11, & in .l. 1. ff. si quis eum. qui Card. Seraph. decis. 1307. nu. 4. Gabr. suis communib. in tit. de probatio. conclus. 6. num. 5. Ludouis. decis. 242. num. 1.*

27 † Obserua decimo, probationem præsumptiuam, Rotā Romanam, etiam non consueuisse admittere ad probandum illud, quod est fundamentum intentionis alicuius. *Rota. decis. 202. nu. 6. par. 1. diuers. Achill. decis. 1. de probatio. Seraph. decis. 1171. num. 2. GonZal. super reg. 8. glos. 43. nu. 95. Ludouis. decis. 279. nu. 3. & 278. nu. 6. & 12*: fallit, vt ibi, scilicet in præsumptione iuris. *Menoch. cons. 5. nu. 10. Mantica. decis. 21. num. 10.*

28 † Obserua, quando opponens de subreptione, habet intentionem fundatam iuris præsumptione, quòd dicitur sufficienter eius intentio iustificata, ità vt impetranti incumbat probatio. *Garzias. de benefi ijs. par. 5. cap. 1. nu. 535. Menoch. cons. 5. nu. 10. Rota. decis. 4. nu. 21. part. 2. diuers. Ludouis. decis. 278. vbi Beltramin. num. 12. circa med.*: quia præsumptio iuris dicitur vera, & liquidissima probatio, *per Manticam. decis. 21. num. 10. Rota.*

tetia subreptionis, vt per Ludouis. decis. 350. nu. 4. & decis. 85. in fine.

3 † Amplia secundo, idem esse in litteris contentiosis, & ad lites Cranett. consil. 148. num. 8. Rota decis. 7. de rescriptis in nouis. Egid. decis. 116. in fine, Osasc. decis. 169. num. 11. & num. 21. in fine, Cæsar. de Grassis decisio. 58. num. 1. & 2. in tit. de probation. per Socin. cons. 164. num. 6. lib. 2. Ripa in cap. 1. num. 29. de rescript. Dec. cons. 142. num. 6. Verall. decis. 161. num. 1. & 2. par. 1. Seraph. dicta decis. 355. num. 3. Ludouis. d. decis. 314. num. primo; ea ratione, quia omnia rescripta, omnia Principum mandata, habent insitam conditionem in ventre, si preces scilicet veritate fulciantur, ad l. fin. in princ. C. de diuers. rescript. per tex. in cap. 2. de rescript. Cæsar. de Grassis d. decis. 58. num. 2. Osasc. d. decis. 169. num. fin. circa finem, quæ conditio, nisi probetur; rescriptum dicitur subreptitium, & effectum suum non sortitur, Cranet. dicto consil. 104. num. 3. quòd intellige, parte opponente de subreptione, cum alias mero iure valeat, Puteus. decis. 240. num. 9. lib. 2., secus ad gratias, Crauetta eleganter tradit consil. 68. num. 2. & suo tractatu de antiq. tempor. sect. 1. num. 64. per Io. Andr. in cap. 1. de litis contestat. lib. 6., vbi Butr. num. 6. Dec. consil. 142. colum. 4. versic. est ergo videndum &c. & consil. 198. col. 2 post med. &c. declara etiam, vt nu. 13.

4 † Amplia tertio, etiam procedere in litteris gratiosis, quia omnia narrata sunt verificanda, vti pars gratiæ. Verall decis. 128. nu. 1. par 1. & decis. 271. num. 3. Aegid. dec 76. & decis. 240. n. 1. & 2. par. 3. Card. Seraph. decis. 870. num. 1. & decis. 1400. num. 1. Cranet. d consil. 104. num. 3. circa finem. Ludouis. decis. 387. num. 5. Put. decis. 266. lib. 3. Aegid. decis. 625. idem Ludouis. decisione 13 num. 8.

5 † Amplia quarto, etiam sibi locum vendicare, etiamsi narrata in litteris gratiosis, cõtineant negatiuam, Mariscot. variar. resolutionum lib. 2. cap. 1. num. 21. & seqq. Paris. de resignat. lib x. quæst. 3. num 5. Paris. cons. 138. num. 1. & 2. lib. 4. Rota decis. 632. num. 6. par. 1. in recent. Seraph. in decis. 1400. num. 1. Ludouis. decis. 210. num. 2. & 242. num. 2. & decis. 490. num. 7. veluti si dicatur, non esse sufficientem dispensationem, Ludouis. d. decis. 242. circa principium.

6 † Amplia quinto, idem esse, si narrata in precibus, essent apposita in conditione, tunc enim illa causa esset etiam probanda. Felin in cap. 2. ex parte. num. 24. post principium. vbi Innocen. Butr. & alij de rescriptis. per tex. in l. cũ ita. § legato, & §. falsum, ff. de condit. & demonstrat. Innocent. in cap. ex parte, primo de priuileg. vbi Butr. nu. 6. circa med. Archid. in cap. Actor. circa princ. 6. quæst. 1.

7 † Amplia sexto, etiam procedere, vbi narratur aliquid in precibus per modum causæ, ad intentionem agentis; tunc enim est necesse illud probare, tamquam substantiale, Felin. in d. cap. 2. ex parte. num. 25. de rescript. Castrens. in l. interpositas, ad fin. C. de transact. Innocent. in d. cap. ex parte, de priuileg. vbi Butr. nu. 6. circa fin. Imola. et alij, notant l. cum ita legatum, §. falsam, ff. de cond. & demonstr.

8 † Amplia septimo, etiam procedere, quod sl. vtraq; pars copulæ est probanda, quando habet duo subiecta, & duo prædicata, idest per duas cathegoricas, Cardin. in cap. licet causam. 2. colum. de probat. vers. quamquam, &c. Felin. in d cap. 2. ex parte. de rescript num. 26 in fin. & num. 21. veluti, si dico, quòd aduersantes falsum dixerunt, vel quòd sint pecunia corrupti, Archid. in cap. 2. de testibus in 6.

9 † Amplia octauo, etiam procedere, vbi aliquid narretur in rescripto per viam qualitatis, vel modi, & super aliquo prædictorum fundetur intentio impetrantis: tunc debet ab eo probari, Innocen. in d. cap. ex parte, vbi Butr. num. 6 de priuileg. Felin. in d cap. 2. de rescript. num. 25. per Castr. in l. interpositas, in fine, C. de transact. Osasc. decis. 108. num. 9. Rota Genuens. decisio 1. num. 18. & Mynsinger. obseruat. 80. centur. 4. Rota Genuens. decis. 3.; Idem quando statutum deducit aliquid cum qualitate, Osasc. decis. 71. num. 22. & decisio. 122. Rota Genue. decis. 5. nu. 6.

10 † Limita primam regulam, non procedere, quando plura in precibus copularentur circa vnum effectum, in quò non sunt omnia de iure necessaria; tunc sufficeret vnum verificare, Felin. in d. cap 2. num. 23. de rescr. vers. fallit tertio &c. & cap. licet num 40. circa medium, de probat. Capyc decis. 140. num. 2. per Rotam decis. 7. de rescript. in nouis. & in cap. significauit de appellat., cùm dicta copula resoluatur in disiunctiuam, Gloss. in cap. super litteris num. 31. de rescriptis, Marian cons. 25. Visa &c. colum. fin. Ruin cons. 70. num. 8. lib. 5. Felin. dicto num. 23. Cardin. Seraph. decis. 1174. num 6. Secus vero si vnum non sufficeret, Verall. decis. 240. parte 2. num. 1. Ludouis. decis. 137. num. 7. Marches. de commissio. rellax. tur. cap. 3. nu. 37. par. 2.

11 † Limita secundam, non procedere, quando ex aliquibus narratis, motus fuisset Princeps, vel Senatus ad dispensationem concedendam; tunc enim non essent reliqua probanda, Carden Seraph decis. 870. num. 1. & decis. 330. num. 1. Put. decis. 266. lib. 3. Aegid. decis. 625. & decis. 126. in fine, Verall. dec 128. nu. 1. parte 1. Ludou. decis 387. nu. 5 Cæsar de Grassis. decis. 119. nu. 3. de prob. Lapus allegat. 23. nu. 6. Marches. de commissio. relaxat. d. cap. 3. nn. 38., quòd intellige, parte non opponente, vt per Garciam de benefic par. 6 §. 2 cap. 2. nu. 163. §. 2.

12 † Limita tertiam, non procedere in litteris ad lites; tunc enim ex pluribus narratis, satis est vnum verificare, quòd sufficeret ad mouendum Principem, Garcias de benefic. par. 6. d cap. 2. §. 1. num. 191. & 193. Rota decisio. 7. de rescript. in nouis. Aegid decis. 280. Crescent. decis prima, num. 1. de rescript. Put. decis. 69. Achil. decis. 27. alias 11. de rescrip. Lapus allegat. 23. num. fin. vide Mascard. de probation. conclus. 325. num. 6. & 24. Felin. in cap. 1 num 23. de rescript. Marchesan. de commissio. rellax. tur. d. cap. 3. nu. 37. par. 2. Seraph. decis. 1432. nu. 9. vel nisi, quando impetrans principaliter in eis se fundaret; Osasc. d. decis. 169. num. 10. Felin in cap. licet causam num. 40. in fine, de probat. Seraphin. decisio. 330 nu. 1. Gabr. suis communib. conclus. 6. num. 5. de probat. Ludouis. decisio. 242. num. 1. Mariscott. variarum lib. 2. cap. 1. numero. 21. & seqq. aliter secus, quia excipienti incumbit probatio, vt de communi attestatur Capr. conclus. 44. num. 20. par. 1. suis communibus, prout in exceptione litis finitæ, in qua supplicans non se fundat, vt ibi per eum, &c.

13 † Limita quartam, non procedere, si narratiua contineret plures causas, & nihil contra eam deducatur; tunc enim satis erit, quod vna ex causis sit vera ad gratiam sustinendam, licet aliæ causæ non verificentur, Cardin. Seraphin. decis. 1432. num. 9. Put. decis. 69 lib. 2. Angel. de Gambilionib. cons. 107. num. 6. & 7. Franc. in cap Cum cessante num. 1 de appellat. & ibi Dec numer. 5. Socin. cons. 1. numero 16. lib. 1. Curt. Sen. cons. 1. num. 15. maximè. si non adsit subreptio dolosa, neque circa factum proprium, neque circa ea, quæ ad gratiæ validitatem requiruntur, aut quæ retrahere possit Principẽ, ab ea concedenda. Aegid. decis. 4. & 280. Seraph. loco citato num. 9. in fine.

14 † Limita quintam, non procedere, quando impetrãs haberet intentionem fundatam iuris præsumptione, nam eo casu, eam negatiuam allegatam, non teneretur, probare. Roch. de Curte suo tractatu de Iurpatron. quæst. 49. in verbo honorificum &c. Butr. in ca. fin. colum. penul. vbi Felin. & alij. de præsump. Gabr. suis communib. in tit. de probat. conclus. 6. num. 58. per Bart. in l. In illa. col. fin. vbi Iason col. 5. ff. de verb. oblig.

15 † Limita sextam, non suffragari, quando illa conditio in precibus per impetrantem enunciata, non faceret ad

causam,

causam; nam eo casu non teneretur eam probare. *Bart. in cap. Imperialem. §. fin. col. 2. de prohib. feud. alien. per Feder. per Innocen. in d. cap. ex parte, 1. de priuileg. Felin. in d. cap. 2. num. 24. circa med de rescript. vers. similiter*, vel si non erat necessaria, *Card. Seraph. decis.* 1174. *nu.* 6 minus, si illa conditio de iure inesset, quia censeretur nota Principi. *Ludouis. decis.* 221. *num.* 8.

16 † Limita septimam, non procedere, quando de illa causa, & re in rescripto apposita constaret, cuius causa vel demonstratio dicitur; tunc enim erit opus probare causam illam in precibus expræssam, *Felin in d. cap. 2. num. 24. de rescrip. vers. Et cum istis &c. per Theoricam, Innocen. in d. cap. ex parte post principium. vbi Butr. nu. 6. de priuileg. Peregr. consil.* 191. *num.* 4. *lib.* 1.

17 † Limita octauam, non habere locum, quando impetrans, duas causas copulatiuè in precibus proponeret, non enim teneretur vtramque probare; nisi requirantur respectu vnius effectus: secus verò si ad plures effectus, *Butr. in cap. olim, ex litteris. nu.* 24. *vbi Abb. & alij. de rescriptis. Felin. in d. cap.* 2. *num.* 24. *circa medium, eod. tit. nostro. vers. similiter &c. per Bald. in l. si Mater, C. de contrah. empt. Capyc. decis.* 140. *nu.* 1. & 2. maximè, vbi omnia expressa non sint de iure necessaria, vt ibi *per Capyc. num. 2. Cardin. Seraph. d. decis.* 1174. *nu.* 6.

18 † Limita nonam, non procedere, quando solum ad declarationem, vel demonstrationem expressio fiat: quia tunc, dummodò de re constet, cuius dicitur demonstratio falsa, non vitiatur rescriptum, nec teneretur impetrans eam probare, *Butr. d. cap. ex parte, nu.* 6. *circa medium, de priuileg vbi Innocen. & alij. Felin. in d. cap. 2. num. 24. de rescript.* veluti si esset erratum in nomine, vel cognomine, *per DD. in cap. significante. vbi P. Greg. num. 6. de rescript. lib. 2. Peregr d. consil.* 191. *lib.* 1. *num.* 2. *Rota decis* 4. *de rescript. num.* 7 *in antiquis*; Secus vero, si litteras non habuisset, *vt Peregr. lo. citat. Staph. de litteris gratia, & Iustitia in tit. de modo, & forma supplicationis, vers. secundo principaliter &c.*

19 † Declara primam regulam, quòd quando allegatur subreptio dolosa ex falsi expressione, vt purà, vbi allegetur, quòd scienter impetrans expresserit falsum; tunc excipienti incumbit onus eam subreptionem probandi, quia dolus non præsumitur, *Calder. cons. x. n. 1. circa fin. de probat. Verall. decis.* 219 *par.* 3. *num.* 2. *per text. in cap. super litteris, vbi Felin. Abb. Dec. & aly de rescript. & ibi Glorit. num.* 296. *Cranet. consil.* 68. *num.* 9. *Verall. decis.* 220 *par.* 3. Secus verò si opponatur ex simplici non veritate narratorum cùm ad impetrantem spectet probatio. *Calder. d. cons. x. de probat. Leonell de subreptione &c. quæst.* 13. *art.* 2. *Card. Tusch. in verbo narratiua. conclus.* 1. *num.* 7.

20 † Declara secundam, quòd quando narratiua, non est de substantia dispensationis, vel gratiæ, eo casu sufficeret illam iustificare de facto. *Garzias de benefic. par.* 6. *cap.* 2. *num.* 205. & 206. *Gonzal. in reg. Cancell. glosa* 15. §. 1. *num.* 60. & 61 *Aegid. decisio* 116. *in fine. Rota decis.* 484. *par.* 2. *in recent. nu.* 1. *Ludou. decis.* 137 *num.* 7. *limita vt per Beltramin. ad decis. D. Ludou. decis.* 84. *num.* 7. & 8., maximè, quando non agitur de illius canonizatione, *vt per Ludouis. ibid. num.* 2., & præsertim in litteris ad lites, & causarum commissiones. *Verall. decis.* 161. *nu.* 2. *par.* 1. *per Rotam decis.* 7. *in nouis. de rescript.*

21 † Declara tertiam, quod vbi in istis litteris ad lites nõ fuerit oppositum de falsa assertione impetrantis, tunc parte non opponente, non est necessaria alia probatio narratorum in impetratione, *Cranet. de antiqu. tempor. sectione* 1. *num.* 64 *per Io. Andr. in cap.* 1. *de litis contest. in* 6. *vbi Butr. Imola, & alij, Abb. & DD. in cap. constitutus, vbi Dec. in* 4. *notab. de rescript. & in cons.* 142. *col.* 4. *Ripa in cap. cum M. Ferrar. numero.* 29. *de Constitut.* nam licet rescriptum etiam sit subreptitium, attamen parte non opponente sustinetur. & tribuit iurisdictionem, *Card. Pu: decis.* 240. *nu.* 9. *lib.* 2. *Seraph. decis.* 513. *num.* 7. *Achil. de Graffis decis* 18. *num.* 1. *de rescript.* &
* est communis opinio, *vt per Bened. Capr. suis Commun. par.* 1. *conclus.* 41. *Afflict. decis.* 378. *in fin.*

22 † Declara quartam, quod quando gratia esset per Principem concessa, cum clausula motu proprio, eo casu non requiritur alia iustificatio, cum transferat onus probandi in aduersarium. *Gabr. suis Communib. in tit. de clausulis, conclus.* 2. *num.* 89. *Card. Put. decis.* 323. *nu.* 5. *lib.* 2. *Dec. cons.* 341. *num.* 5. *et in l.* 3. *col.* 1. *ff. quod quisque iuris, Card. Seraph. decis.* 1484. *num.* 10. Idem, si opponitur de deffectu intẽtionis, vt ibidem num. 11. quod diximus in secunda parte. tit. de probat. subreptionis.

23 † Declara quintam, scilicet, negatiuam, quadruplicem esse, vna dicitur iuris, altera facti, tertia qualitatis, quarta vero dicitur quantitatis, *Glos. in l.* 2. *ff. de probat. Ripa in l. in illa. num.* 12. *ff. de verb. oblig. Salycet. in lege Actor. C. de probat. col.* 3. Prima iuris negatiua dicitur, quando negatur aliquid à lege permissum, vt puta, quem non posse esse Procuratorem, tunc probare debet, cum sit regulariter permissum, *per tex. in l. necnon, §. quod eis. ff. ex quib. etiam caus. maior.* secunda dicitur facti, quæ est improbabilis, quãdo est vniuersalis, & omninò simplex, non coarctata, scilicet nec loco, nec tempore, prout si quis negat me numquam contraxisse, cũ hoc non cadat sub tempore, nec in intellectù. *Bald. in d. l. Actor. col.* 2. *C. de probat.*: secus verò si dico, me tali die contraxisse in tali loco, & loco loci, nam eo in casu testes poterunt deponere, & attestari, quod ea die, & hora ego eram alioin loco, *vt per Bald. & Ripam locis citatis.* Tertia autem qualitatis, vt puta, aliquem non esse idoneum, hæc probari potest, & debet ab illo, qui eam deducit, *glos. in dicta l.* 2. *in verbo negatiua qualitatis &c. ff. de probat. & Salycet. loc citat.* Quarta, dicitur quantitatis, hæc etiam dicitur probabilis, & probari debet ab eo, qui eam proponit, Salycet. in d. l. Actor. col. vlt. Caball. milleloq. decis. 549., prout si allegatur res non esse tanti ponderis, vel non habere tot annos, vt latius dedacit, *Butr. in cap. bona. de electionib. Orian. in cap. Quoniam contra. de probation. quæst.* 1. *nu.* 4. *circa mediũ, & seqq. & plene. per Menoch. de præsump. lib.* 2. *præsumpt.* 50. *per totam, & vide Cardin. Seraphin. dec.* 1227. & 889. & 1102. *vbi docet qualiter testes super negatiua deponere debeant, vt ibi numero* 8. *plura adducit Milius in suo aureo repertorio. in verbo negatiuam. an, et quando quis probare teneatur &c. & quomodo, vt per Ludouis. decis.* 13. *num.* 8. & 12. & 242. *num.* 2. & *decis.* 490. *num.* 7.

24 † Declara sextam, quod vbi supplicans in precibus plura proponat, sub conditione, vel modo, Ità vt videatur se astringere ad illa probandum, tunc debet omnia probare, licet vnum sufficeret, si non se astrinxisset, *Bart. in l.* 3. *vbi glos. Fulgos Salycet. & aly. C. si ex falsis testibus, vel Instrum. Felin. d. cap.* 2. *num.* 38. *de rescript. Tepat. var. sentent. in tit. de probat. tit.* 199. *cap.* 1. *num.* 4. veluti etiam si nõ se adstrinxit, sufficiat probare necessaria, *Felin. in cap.* 2. *de rescript. num.* 26. *Card. Seraphin. decis.* 330. *num.* 7. veluti, si dicatur manifestè deliquit, nam eo casu videtur se astrinxisse ad probandum qualitatem cum facto, *Felin. in cap. licet. num.* 40. *de probat.* quando vnum esset, scilicet, sufficiens ad litteras impetrandum; Ideò debet esse cautus impetrans circa superfluam expressionem in precibus &c. *vt per addentes ad Felin. in d. cap.* 2. *num.* 25. *in littera A. de rescript.* & quæ sint causæ, tantum exprimendæ. *vide Socin. cõs.* 39. *incip. visis, & inspectis &c. col.* 8. *par.* 1. Numquam autem videtur quis se adstringere, nisi quando qualitas mutat speciem actionis, vel exceptionis, vel facit quem admitti ad id, quod alias non admitteretur. *Bald. in l.* 1. *C. de cond. indeb. Felin. d. cap.* 2. *num.* 3. *circa med. de rescript. vers. præterea. &c.*

25 † Declara septimam, quod vbi plura coniunctim requiruntur ad esse rei causæ, vel probationis, tunc non sufficit

sufficit alterum esse, vel probari, *Euerard. in sua cent. legal. in loco, & est. ab effectu eorum, quæ simul requir. ad esse, num. 1 per tex. in l. vnde etiam illud. § pen. ff de itin. actuq; priuat. & in l. Fulcinius, § cum hoc, vbi Bart. ff. ex quib. caus. in possess. eatur.* Ideò impetrans rescriptũ, quando se fundat in precibus, tenetur causam probare, *vt per Euerard. loco cit. nu. 2. per Innocen. in cap. ex parte. de priuileg. vbi Butr. nu. 6.*

26 † Declara octauam, vt vbi impetrans in precibus includat, & deducat aliquam exceptionem: tunc suo ligone se percutit, & ei incumbit onus probandi ad exclusionem dictæ exceptionis, cum alias incumberet excipienti aliquid ponenti, *Cassador. decis. x. de rescriptis. num. 10. in fin per Goffred. in sua summa de except. 2. col. per tex. in l. 1. ff. de except. & l. 2. ff. de procurat. cum glos. vbiq; Ludouis. decis. 242. nu. 4.* cùm alias si non probaret redderetur rescriptum dubium, & non probata exceptione non valeret: attenta clausula, si preces veritate nitantur, quæ semper censetur inserta, *per text. in cap. 2. de rescriptis. Osasc. decis. 169. num. fin.* veluti si dicta exceptio esset negatiua, *vt per Ludouis. d. nu. 4.* Ideò si non potest illam probare, debet potius illam tacere. *Felin. in cap. fin. num. 15. circa fin. de præsumpt.* Hoc est in negatiua qualitatis extrinsecæ, vt ibi per eum &c.

27 † Declara nonam, quod quando qualitas non est de substantia actionis, nec ex ea varietur supplicatio, eo casu non erit opus eam probare, *Bald in l. 1. ff. de edendo 5. colum. vers. extraquæratur &c. Felin. in d. cap. 2. n. 30. circa finem, vers. Similiter dixit, Bald. de rescript.* Cùm etiam confirmatio primarum litterarum ex certa scientia emanata, ex defectũ substantialium, non prodesse poterit, veluti ex causa incompetentiæ Iudicis, & falsitatis narratorũ, secus circa solemnitates iuris, *Rota dec. 1. in nouis. tit. de confir. vtil. per Domin. in cap. 1. in fine, de transact. Felin. dicto cap. 2. num. 42. de rescript. in terminis etiam consuluit Celsus Hugo cons. 106. num. 10. & 15. Ruin. cons. 62. vol. 5. n. 28. Franc. Marc. quæst. 189. numero 4. par. 1.* maximè si interuenit idem defectus, prout in primis litteris. *Crauet. consil. 424. numero 17. Gratian. cons. 71. num. 15. Gallarat. de renunciat. tomo 1. cap. 5. num. 16. lib. 5.*

28 † Obserua primo, quod licet plura copulatiuè ponãtur, quorum alterum est sufficiens ad obtinendum, eo casu illud solum sufficit probare, *Io. Andr. in cap. licet. de probat. Glorit. in cap. super litteris. num. 31. de rescriptis*, intellige tamen procedere, nisi in rescripto posita copulatiuè veniant qualificatiuè ad aliud, quia eo casu vtrumq; probari debet, *Rota decis. 7. num. 1. & 2. de rescriptis. in nouis. per tex. in cap. licet causam, de probat. Achil. decis. 11. de rescrip.* & tanto magis in gratiosis, *Marchesan. de commiss. par. 2. tit. de commission. cause. caus. cap. 4. num. 97 per Felin. in dicto cap. licet. nu. 40. & seq. de probat.* puta si dicatur reum manifestè deliquisse, vt vbi per eum. Ideò

29 † Obserua secundo, quod quoties in rescripto exprimitur aliqua qualitas, quæ non est fundamentum impetrantis, dato quod illa qualitas non probetur; per hoc tamen non vitiatur rescriptum, quia etiam sine illa causa Princeps erat litteras concessurus, *Innoc. in ca. ex parte. 1. de priuileg. vbi Butrius num. 6. & alij. Felin. in cap. licet, num. 40. in fine de probat. & in cap. 2. de rescript. nu. 21. Archid. in cap. Acter. 6. quæst. vlt. Garzias de benefic. par. 6. cap. 2. § 2. nu. 225. Seraph. decis. 330. n. 1.*

30 † Obserua tertio, Principem posse exceptionem subreptionis tollere, rescribendo motu proprio, vel ex certa scientia; & ideo nisi per illum aperiantur os, non poterit quis subreptionem opponere. *Verall. decis. 218. nu. 2. & 3. par. 3. & Staphil. de litteris gratia, & iustitia. in tit. de vi, & effectu clausul. Seraph. decis. 761. nu. 3. et dec. 356. nu. 1. & 13 Marchesan. de commiss. apert. oris par. 1. c. 8. nu. 33. 34. & 39. plura cumulant Crauet. cons. 296. & Alexand. consil. 225. lib. 2. vbi &c.*

Forma litterarum Senatus Excellentissimi, in causa Consilij Sapientis.

Mandamus vobis, vt vbi Sapientis Consilium, debito tempore petitum sit, & de iure dandum est, illud Supplicanti non denegetis &c.

De interpretatione litterarum Consilij Sapientis.

PRÆLVDIVM XV.

COMPENDIVM.

1 *Consilium Sapientis de iure dandum non est in re clara, & certa, non obstante Statuto de Sapientibus dãdis, ex nonnullorum opinione, & quando procedat, vt num. seqq.*

2 *Statutum Mediolani cap. 57. volu. primo, declaratur, intellige, vt num. 22.*

3 *Amplia primo, hanc regulam, etiam locum habere, si prima facie res aliquid dubij haberet, vel opponeretur aliqua allegatio iuris, modo articulus iuris sit certus, & quomodo, num. 12. & seqq.*

4 *Amplia secundo, idem esse dicendum in causa, & re liquida, & ibi declaratur Constitutio de arbitr. §. finali, declara, vt num. 14. in fine.*

5 *Amplia tertio, idem procedere in legatis, & relictis ad pias causas.*

6 *Amplia quarto, habere locum in re euidenti, & indubitata, ac notoria.*

7 *Amplia quinto, idem esse quando calumniosè consilium petitum sit, intellige, vt num. 19.*

8 *Amplia sexto, etiam procedere in articulo probabilem Iuris dubitationem non habente.*

9 *Amplia septimo, idem ius nancisci posse, vbi Consilium Sapientis, ex causa litem protellandi petitum sit; & quando, & num. 19.*

10 *Amplia octauo, habere etiam locum, quando agitur de Instrumento paratam habente executionem, et in executiuis, vel de sententia in re prose lata, & Statut. Mediolani 42. volumine primo, & 201. volum. 2. declarantur, & num. 20.*

11 *Amplia nono, idem ius fonere, vbi pars conuenta opposuerit exceptionem litis ingressum impedientem, & quomodo.*

12 *Limita primo, non procedere, quando oriretur dubium, nam causa censeatur clara, vel ambigua, aut obscura, nam eo casu tale dubium Sapientis Consilio erit committendum.*

13 *Limita secundo, sibi locum vendicare non posse quando quæstio iuris redderetur dubia, ob legis obscuritatem, vel ob diuersas Doctorum opiniones: talis enim quæstio iuris dirimeretur.*

14 *Limita tertio non procedere, quando super Instrumento, vel sententia insurgeret dubium probabile in facto, eo enim in casu tale Consilium denegandum non est.*

15 *Limita quarto, sibi locum non vendicare, vbi legata ad pias causas excederent summam libr. 100. quia tunc non repellitur a petitione Consilij.*

16 *Limita quinto, non procedere, quando quæstio à principio haberet mixturam facti, & iuris, tunc enim communis dicitur articulus.*

17 *Limita sexto, non procedere, vbi præsumptio calumniæ*

aliund

aliud suaderet, & periculum esset in mora, vbi probatio offeratur in continenti.

18 *Limita septimo, non procedere, quando quæstio à principio esset facti, & in fine esset iuris, tale enim Consiliũ de iure dandum erit.*

19 *Limita octauo, non habere locum, quando statutum requirit Consilium pro forma, prout fit Mediolani, sũ etiam eo in casu Consilium denegandum non sit, & quando. ut hic in fine.*

20 *Limita nono, non procedere, quando ex instrumento resultaret exceptio, & ea per partem opposita fuisset, & quomodo.*

21 *Limita decimo, non habere locum, si quæstio iuris altiorem requireret indaginem, & quomodo procedat.*

22 *Declara primo, quod stante statuto Mediolani generaliter loquente, tutius erit, vt impetrentur litteræ à Senatu Excellentissimo, vt vbi per calumniam petitum sit, & de re clara agatur &c. quæ de forma Cancellariæ emanant.*

23 *Declara secundo, quod statutum, vel dispositio loquens de Sapientis Consilio, recipit interpretationem, nisi calumniosè petatur.*

24 *Declara tertio, & nota, quòd Ticini visa fuit dura sententia, Consilium Sapientis, sc. in re clara & certa sperni posse, statuto non attento, & quid Senatus declarauerit.*

25 *Declara quarto, quòd petito Consilio Sapientis, si petens procedat coram ordinario, censetur eidem Consilio renuntiatum, & quando non procedat.*

26 *Declara quinto, quod si à Iudice Sapientis Consilium petitum sit pro maiori animi sui satisfactione, esset omnino huiusmodi Consilium expectandum.*

27 *Declara sexto, & nota, quod si partes Sapientis Consilio stare promiserunt, qualecumque sit, attamen vbi sequeretur enormis læsio, & iniustitia notoria, non teneretur illud sequi, imò posset appellari.*

28 *Declara septimo, & nota, Iudicem statim petito Consilio Sapientis habere manus ligatas, & quomodo, & si procederet sententia esset nulla ipso iure.*

29 *Declara octauo, à Pronuntiatione Iudicis, vel Commissarij causam esse committendam, vel ab ipsa commissione nõ appellari; secus si causam non esse commissibilem pronuntiauerit.*

30 *Declara nono, & nota, quòd quando Consilium in Principali non datur, nec etiam in emergentibus dari poterit.*

31 *Declara decimo, & nota, quòd si Iudex causam Consilio Sapientis commiserit in contumaciam, diceretur functus officio suo, & non poterat iterum manum apponere, & quomodo intelligatur. & idem in Consultore.*

32 *Obserua primo, & nota, quod causa clara tunc dicitur, si adest aperta iuris decisio, secus vero, si altiorem requireret indaginem.*

33 *Obserua secundo, & nota, quod petitio Cons. Sapientis sonat in ius, & non in factum.*

34 *Obserua tertio, & nota, Consilium latum sub conditione, esse, sc. reum condemnandum, si est probatum, sustineri posse.*

35 *Obserua quarto, & nota, Iudici Consultori dirigi posse litteras Senatus, in quibus statuatur terminus ad consulendum, quo elapso &c. procedi potest ad actum.*

36 *Obserua quinto, & nota, in litteris Senatus, quæ Iudicibus diriguntur, de apicibus iuris non capacibus, addi solet clausula, vt Consultorem assumant de Collegio I. P. Mediolani, prout hic.*

37 *Obserua sexto, obtineri posse litteras, vt Consultor statuat parti terminum ad eius iura producendum, aliter ad expeditionem causæ deueniat &c.*

38 *Obserua septimo, Consultorem non posse consulere vltra id, quod sibi erit in causa commissum, et demandatum, & cur?*

39 *Obserua octauo, & nota, Consilium Iudicis se referens ad instrumentum in actis non productum, valere, intellige, prout hic.*

40 *Obserua nono, delegationem, seu Consilij Sapientis cõmissionem in actis registratam probare, etiam deperdito originali.*

41 *Obserua decimo, Sapientis Consilium etiam in interlocutorijs dari posse.*

42 *Obserua vndecimo, legata ad pias causas deberi, etiam si sint caduca.*

PRAELVDIVM XV.

1 † Clarum est in iure (cum iura vndiquè clament,) Sapientis Consilium in re certa, & clara petitum sperni posse per Iudicem, non obstante statuto de Sapientibus dandis. Imò neque de iure dandum esse, eleganter appostillarunt. *Alexand. & Moderni in addit. ad Bart. in l. ille, aut ille. §. cum in verbis. & in l. non aliter ff. de lega. 3. idem scripsere Bald. Fulgos. & Castrens. in l. Placet. C. de sacros. Eccles. Ias. in l. eleganter, colum. 3. in princip. ff. de condit. indebit. & in l. 1. num. 8. ff. de oper. nou. nunc. idem Alexand. cons. 145. col. fin. vol. 5. & 6. vol. 2. nu. 7. Scala de Consilio sap. c. 16. lib. 2. Mars. singul. 467. Blanc. de compromiss. quæst. 4. num. 3. Crau. cons. 140. nu. 5. Dec. in l. illam. nu. 2. & 3. C. de Collat. Angel. de Aretio, in l. 1. §. quæsitum, num. 10. de appellat. Angel. cons. 33. 136. & cons. 219. Signorol. cons. 56. Cett. suis memorab. in verbo Statuto superius relato, Plot. de in litem iurando, §. 4. sect. 1. num. 41. & in l. si quando, num. 154. C. unde vi, Vant. in tit. de nullit. ex deffectu iurisd. ord. nu. 149. per Bald. cons. 370. lib. 1. Paris. cons. 155. vol. 4. Aretin. cons. 125. in fine. Polidor. Ripa. singul. obser. lib. 1. obser. 146. num. 1. & 4. Barbat. cons. 51. nu. 12. vol. 1. Socin. cons. 52. col. 3. num. 4. volum. 1. Curtius Sen. cons. 68. col. vlt. Lafran. Balb. suis commun. conclus. 388. centur. 4. Costa de facti scientia & ig. distinct. 30. num. 9. centur. 1. Asin. sua praxi Iud. §. 25. cap. 2. Apostillator ad statutum Mediolani cap. 27. volum. 1. num. 48. Rugin. de appellat. §. 6. glos. 1. cap. 2. nu. 15. in fin.*

2 † Et ideò statuta Mediolani cap. 57. & 27. volum. 1. quòd scilicet in qualibet causa consilium peti possit &c. Iudexq; secundum tale Consilium iudicare debeat, intelligi debent in casu dubio, non autem in claro, vt signanter trad. *Brun. super statut. & const. in verbo Consilium Sapientis in causa liquida. &c. per Lafran. de arbitr. 7. par. Alex. post Imol. in l. si sic stipulatus, ff de verb. obligat. Caphal. cons. 201. num. 3. vol. 2. Castr. in l. 1. num. 4. C. de legib. Aretin. d. §. Quæsitum, lib. 1. de appell. nu. 10. Alex. d. cons. 62. col. 1. ad finem. & seq. vol. 2. Bald. in leg. Ancilla. C. de furt. & in l. 2. C. de legib. & etiam in l. pri. C. de rellat. & l. 4. C. de ingenuis. Roman. in l. si quis mihi bona, §. quod si mandauit. num. 4. ff. de acquir. hæred. Polidor. Ripa d. obser. 146. num. 1. & 4.* & ea ratio esse potest, vt inquit Paces à Scala d. suo tract. de Consilio Sapientis cap. 16. lib. 2. circa medium; quia tale statutum à iure communi interpretationem recipit, prout etiam not. *Asin. d. §. 25. cap. 2. num. 1. in fin. eidem Scala inquit, in cap. 4. lib. 1.* Sapientis Consilium introductum esse ad decidendum ambiguitates, vbi alleg. Archid., & alios, vt ibi per eum &c. intellige tamen etiam, prout in sequen. declar. vt nu. 21.

3 † Ideò amplia primo, hanc regulam, etiam sibi locũ vendicare, si prima facie inspecto facto res aliquid dubij exposceret, articulusq; iuris sit certus, *Polider. Ripa sing. obser. lib. 1. obser. 146. num. 2. & 3. Iason. in l. si quis in conscribendo. num. 22. C. de pactis.* etiam non attento statuto, *Angel. in l. 1. vbi scribentes ff. de lib. & posthum. Alba cons. 197. lib. 1. Alex. cons. 62. nu. 7 lib. 2.*

4 † Amplia secundo, idem esse in re liquida, eo enim in casu, de iure dandum non est. *Costa de facti scientia & ignor. distinct. 30. num. 22 centur. 1. Brun. super statut. &*

Constitut.

Constitut. in verbo consilium. §. 10. lib. 3. Merotius. conf. 88. num. 6. Marsil. sing. 467. num. 2. & 6. Blanc. de compromissis. quæst. 4. vers. clara, num. 3. col. 2. circa fin. §. contraria opinio, &c. Apostil. ad statut. Mediolani 27. nu. 56. vol. 1. prout si esset executio Instrumenti habentis executionem paratam; nam eo casu non datur consilium, imò nec compromissum, Alex. consil. 62. num 8. vol. 2. Rom. conf. 404. n 6 Iason. conf. 26. vol. 1. idē Alex. conf. 37 vol. 2. n. 29. Blanc. de cōpromiss. d. q. 4. vers. clara. n. 3. col. 2. circa fin. prout ēt, quado agitur de re clara, & liquida, vt ibi per eū, & sic declaratur Constitutio Mediolani de arbitr. §. fin., non dari, scilicet, compromissum, vbi agitur de Instrumento claro, & liquido, vt per Blanc. loco citato.

5 † Amplia tertio, idem procedere in legatis, & relictis ad pias causas, nam etiam non attento statuto tale consilium sperni potest, teste Polid. Ripa. suis singul. obser. lib. 1. obseru. 246. num. 3. vbi allegat decretum Senatus Excellentissimi Mediolani anni 1599. vbi inquit, fuisse declaratum statuta de remittendis causis Consilio Sapientis, non comprehendere ad pias causas relicta.

6 † Amplia quarto, hanc regulam procedere etiam in re euidenti indubitata, ac notoria, Plot. in l. si quando. num. 163. circa medium. C. vnde vi. Bald. in cap. ea to. n. 1. de iureiurando, Socin. conf. 300. in causa interpellationis vol. 2. col. pen Socin. Iun. conf. 136. vol. 2. vers. id tñ &c. col. pen. num. 7. Corn. conf. 290. vol. 1. col. pen. in fine. vide Andr. Sicul in consil. 36. col. 17. vol. 2.

7 † Amplia quinto, idem esse, quando calumniosè consilium fuerit apertè petitum, Alex. consil. 62. numero 7. circa medium lib. 2. & in d. l si quis in conscribendo, vbi Iason, & DD. C. de pactis. Plot. qui supra num. 164. vbi etiam fieret causa litem protelandi, Asin. sua praxi Iudic. §. 25. cap. 2. num. 1. Signorol. consil. 56. ad finem. Cotta suis memor in verbo Statuto superius relato &c. Calcan. consil. 83. num. 6. Iason. conf. 26. num. 5. vol. 1.

8 † Amplia sexto, idem ius fouere in articulo probabilē iuris dubitationem non habente. Iason in l. 1. coln. 5. ff. de non. oper. nunc. Costa de factis scientia. &c. distinctio. 30. nu. 9. centur. 1. Cephal. consil. 201. num. 3. vol. 2. Asin. d. §. 25. cap. 2. Plot. d. l si quando, nu. 163. circa med.

9 † Amplia septimo, idem esse, vbi Consilium ex causa litem protelandi petitum sit, Bald. in l. 1. num. 3. C. de relat. Felin. in cap. si de cetero. num. 12. ad fin. de re Iudic. Roch de Curte in cap. fin. de consuetud. nu. 104. tunc etiā dicitur calumniosè peti, Scala de consil. sapient. lib. 2. ca. 27. col. 2. Marsil. in praxi crimin. §. opportune nu. 84.

10 † Amplia octauo, etiam procedere, quando agitur de Instrumento paratam executionem habente, vel de sentētia pro se lata, vt per Bart. in l. ambitiosa, in 5. col ff de decret. ab ord faciend. & in l. causa cognita, vbi Scribentes notant, & in l. post. rem. C. de transact. Hypol. sing. 267 col. 2 circa fin. vers. Adde quod prædictum statutū &c. per Ludouic. Roman. in repetit. rubrica, ff de arbitr. col. 17. & conf. 404. Merotius conf. 88. num 6. Ioan. Baptista Costa de fact. scien. & ignor. dist. 30. nn. 12. cent. 1 Apostill. ad stat. Med. 27, n. 56. vol. 1. vel si ageretur in executiuis. Canalc. decis. 28. n. 16. et 72. par. 2. per totū.

11 † Amplia nono, idem ius fouere, vbi pars conuenta opposuerit exceptionem litis ingressum impedientem. Hyppol d. sing. 467. col. 2. vers. & subdit generaliter &c. Felin in cap. Inter monasterium. limit. 8 num 23. de re iudic., Roman. conf. 504. n. 5. Apostillator ad stat. Med. 27. num. 35. volum 1. per Bald. Salycet. Iason, & alios in l fratres. vbi etiam Alexand. & Fulgos. C. de transact.

12 † Limita primam regulam, non procedere, quando oriretur dubium, num causa censeatur clara, vel ambigua, aut obscura; nam eo casu tale dubium, sapientis consilio erit committendum, Plot. in l. si quando. n. 154. circa medium, & nu. 163. C. vnde vi. Scala de consil. sap. cap. 16. lib. 2. ad fin. Cotta suis memor. in verb. statut. superius relato &c. circa med. Vrsill. ad Afflict. decis. 109. n. 3. Alciat. consil. 227. nn. 7. Bald. in cap. Pastoralis, de rescr. prout etiam dicitur in appellatione, quando vertitur articulus, an appellabilis sit, vel ne; tunc committitur articulus, prout etiam disponunt litteræ Senatus, in eisdem causis appellationum emanatæ, Plot. d. l. si quando. nn. 155. C vnde vi; vt ex eis litteris ibi, scilicet, dubio emergente &c. Ruginell. de appellat. §. 6. glos. 7. & cap. 4. num 3. in fine.

13 † Limita secundam regulam, sibi locum non vendicare, quando quæstio iuris redderetur dubia, ob legis obscuritatem, vel ob diuersas Doctorum opiniones; tunc enim talis quæstio iuris dimmeretur, Bald. in dicto cap. Pastoralis, nu. 3. de rescript. per DD. in rubr. ff. de re Iud. & sic deberet committi sapientis consilio, Ruginel. de appel. d. §. 6. glos. 2. cap. 2. nn. 15. circa fin. Marsil. sing. 467. col. 3. per Abb. in cap. cum olim. de verb. signif.

14 † Limita tertiam regulam, non procedere, quando super Instrumento, vel sententia emergeret dubium probabile in facto; eo enim in casu tale consilium non erit denegandum, vt per DD. omnes in d. l. si quis in conscribendo. C. de pactis. Plot. in d. l. si quando, nu 163. circa fin. per Socin. conf. 300. vol. 2. col. penult. & Socin. Iun. d. conf. 136. vol. 2. nu. 7. vers. id tamen &c. Marsil. d. sing. 467. col. 3. & 4., quod procedit etiam in causis cōpromittendis, virtute statutorum; nam si pars alleget rem esse liquidam, & idcircò nō esse faciēdum compromissum; alius verò contenderet; & imò rē esse liquidam: tunc super hoc an res sit liquida, vel non, deberet fieri compromissum. Bart. in d. l. si quis in conscribendo, per glos. ibi. C. de pactis. vt ibi clarius hoc firmāt, Castr. Raphael, Alex. & Iasōn. Marsil. latè d. sing. 467. col. 4 circa fin. vers. Item scias, quod stante statuto &c. Cepol conf. x. colum. vlt.

15 † Limita quartam regulam, non habere locum, vbi legata ad pias causas excederent summam, seu valorē librarum centum Imperialiū; nam alias non intelligeretur derogatum statutis de sapientibus dandis; nec de compromissis faciendis, vt ex dispositione stat. Mediolani cap. 47. ad fin. vol. primo: quòd etiam de iure communi consentaneum est, vt per Scalam de consil. sap. cap. 9. lib. 2. Apostillator ibi. num. 147.

16 † Limita quintam regulam, non procedere, quando illa quæstio haberet mixturā facti, & iuris; tunc enim poterit cogi ad tale consilium assumendum. Bald in l. cum proponas. C. de iureiurando, & in l. ancilla. in 1. col. C. de furt. Socin. conf. 51. incip. præstantissime Doctor vol. 1. col. 2. Marsil. d. sing. 467. col. 3. circa med. per Alex. cōs. 62. vol. 2. col. 2. & conf. 12. incip. in causa. volum 7. Costa de factis scien. dist. 30. cent. 1. nu. 13. Gallia. cōs. 118. n. 71.

17 † Limita sextam regulam, non procedere, quando præsumptio calumniæ aliud suaderet, periculumq; esset in mora, quo in casu, vbi probatio offeratur parata incontinenti; tunc esset admittenda. Andr. Siculus in cap. super eo, vbi Barbat. de off. deleg. col. pen. Felin. in c. de cætero. nu. 12. circa fin. de re iud. vers. contrarium sentit &c. per Bald. in l. 1. colum. pen. C. qui accusar. non poss. facit c. litteras de restit. spoliat. vers. propterea &c. secus verò, si obstaret præsumptio vehemens calumniæ, vt per Hyppolit. sua prax. crimin. §. opportunè. nu 76. & 84. cum sequen. Signorol. cons. 8. statuto Mediolanensi &c.

18 † Limita septimam, non habere locum, qñ quæstio à principio esset facti, sed in fine esset iuris; prout in quæstione consuetudinis; tunc enim ob ignorantiam iuris deberet articulus committi; vt per Bald. in cap. pastoralis. num. 3. circa medium, de rescript. is. prout etiam quando articulus non habet causam legis, vel decisionem DD. Angel. conf. 219. col. 1. Paris. conf. 155. vol. 4. Cravet. consil. 140. in causam spolij colum. 2. Vant. de nullit. in titulo de nullit. ex defectu iurisdict. ordin. num. 149. post principium: nam causa dicitur clara, si adest aperta iuris decisio; Socin. Senior. consilio 51. numero sexto, volum. primo, Iason in leg. prima, & leg. post rem.

ff. de transact. prout per aperturam librorum. idem Iason. consil. 26. num. 5. & consil. 35. num. 1. vol. 1.

19 † Limita octauam, non procedere, quando statutum requirit consilium pro forma in omnibus causis, prout fit Mediolani per statut. 27. & 57. vol. 1. tunc enim etiã dari debet, licet videretur calumniosè peti, vt eleganter not. D. Cattellan. Cotta in suis aureis memorab. in verbo statuto superius relato, vigente &c. circa medium, vers. sed de consilio sapientis, per Felin. in capit. cum dilecta, de rescriptis, vers. sextum signum &c. nu. 6. circa medium, & vers. per hac, coln. 18. Angel. cons. 136. in quæstione. col. 4. vers. secundo est obiectum &c. Corset. singul. in verbo sententia &c. num 14. Alciat. cons. 227. si quidem non posset hic Iudex se intromittere in hac cognitione, utrum calumniosè petatur, nec ne, ideò debet committi, ut in praxi not. Apostillator ad stat. Mediolani cap. 27. num. 62. in fine, & num. 52. vol. 1. ea propter erunt impetrandæ litteræ a Senatù nostro, quòd ubi per calumniã petitum sit, & agatur de re clara, quòd ea petitione non attenta ad ulteriora procedat, tunc enim, licet in eis litteris non sit apposita clausula, non obstante statuto, uel ex certa scientia &c. attamen quando in precibus fuit facta mentio dicti statuti (cum etiam regulariter illud præsumatur Princeps scire, cum sit stat. Ciuitatis, vt per Ruin. cons. 126. nu. 7. vol. 5.) tunc intelligitur ex certa scientia emanatũ. Abb. in cap. 1. & in cap. Venerabilis, de confir. vtil. vel inutil. Roman. cons. 327. nu. 7. in fine. Dec. in cap. ad hæc. nu. 6. in fine. de rescript. Alba cons. 4. nu. 25. Castr. consil. 41. & 102. Crau. consil. 182. num. 13.

20 † Limita nonam, non procedere, si exceptio opposita sit, resultans ex Instrumento exhibito per actorem, nam censuit Senatus dandum esse Sapientis Consilium petitum, vt ex rescripto diei 11. Martij anni 1573. vt etiam not. Apostillator ad stat. Mediolani. cap. 42. num. 221. vol. 1. & cap. 201. vol. 2. n. 40., quòd pariter colligitur iure communi cautum, vt per Socin. consil. 4. incip. Visis actis &c. vol. 1. Castr. cons. 20. nu. 17. vol. 3. Marsil. d. singul. 467. col. 3. circa principium, vbi inquit, quòd quando instrumenta sunt clara, & aperta, tunc non datur consiliũ; secus vero, si aliquo modo, vel ex aliqua causa reddantur obscura, quia tunc non procedit dictũ statutum de Sapientis dandis, & alleg. Abb. in cap. cum olim. de verb. signif. nam regulariter causa dicitur dubia per oppositionem partis, vt per Socin. regul. 335. Diaz. reg. 485. negatio &c. Fallit tamen per statutum Mediolani, cap. 42. vol. 1. quando nil fuisset productum per reum, quia in casu dicti statuti non esset admittendum tale consilium, vt ibidem cauetur.

21 † Limita decimam regulam, sibi locum non vendicare, quando hæc exceptio requireret altiorem indaginem, etiam quòd ea sit iuris, Scala de Consilio sapien. cap. 16. lib. 2. Contard. ad l. vnic. limitat. 12. nu. 19. C. si de moment. possess. Et ideò istæ exceptiones, non retardant executionem, si in termino quindecim dierum ad for. d. stat. 42. vol. 1. nõ fecerint probatæ, vt idẽ Apostil. not. ibid. n. 212. & in cap. 27. n. 51. eod. vol. & cap. 201. n. 40. vol. 2. Costa de facti scient. & ignorant. dist. 30. num. 12. in fine per Morort. consil. 88. num. 6.

22 † Declara primo, quòd stante Mediolani statuto generaliter loquente, in omnibus, slz. causis dari consiliũ sapientis, vbi per alteram partium petitum sit, prout ex statutis 27 & 57. & seq. vol. 1. videtur etiam in claris dari posse huiusmodi consilium, vt per Alciat. cons. 227. vbi latius. Cotta in d. verbo statuto superius relato circa medium, per Corsett. in verbo sententia, suo sing. nu. 14. maximè cum Iudex teneatur illud consiliũ sequi, & iuxta illud sententiam proferre per stat. Med. c. 29. vers. Ità quod &c. vol. 1. Propterea, securius agẽdo impetrandæ erunt litteræ à Senatù Excell. vbi d. consiliũ petitũ sit per calumniã, & agatur de re clara, quòd ea petitione non attenta Iudex ad vlteriora procedat, prout de forma Cancellariæ emanãt &c. Polidor. Rip. sing. obser. 146. ad fin; prout etiam dictũ fuit supra, qñ fuit petitum per calumniã, n. 19. & per Apostil. ad dictũ stat. 27. n. 62. in fin. & 52. vol. 1. maxime cũ dicta statuta excipiant quosdam casus, ideò exceptio firmat regulam in non exceptis, Alex. in l. fin. ff. quod quisq; Iuris, verùm statutum excipiens aliquos casus, à Iure communi exceptos, non censetur tamen excludere casus similes iuris communis, sed erit interpretandum secũdũ ius commune, Iason in l. si constante, nu. 35. declarando, 21 & cũ ibi n. 86. & 87. ff. solut. matr. Alex. cõs. 130. vol. 4.

23 † Declara secundo, quòd statutũ, vel dispositio loquens de sapientis consilio, recipit interpretationẽ, nisi calumniosè petatur, & hoc de iure cõmuni, vt per Calcan. cõs. 83. n. 5. Hyppol. in prax. crim. §. opportunè. nu 84. Catald. de sindicator. qu. 26. n. 159 Lafran. Balb. cons. 388. Scala de cons. sapien. cap. 16 lib. 2. et cap. 27. eod. Asin. sua prax. Iud. §. 25 c. 2. Brun. super Const. & stat. l. 3. in v. Cõs. sap.

24 † Declara tertio, quod Ticini visa fuit dura sententia consilium sapientis, slz. in re clara, & certa, sperni posse statuto generaliter loquente nõ attento, vt per Polidor. Ripam suis sing. obser. lib. 1. obser. 146. n. 7. vbi n. seq. refert, Senatum nostrum rescripsisse non obstante spreto sapientis consilio, vt latius ibi per eum, quẽ videas &c.

25 † Declara quarto, quòd petito sapientis consilio, si petens procedat coram ordinario; tunc cẽseri eidem consilio renunciatum, vt per Borgn. decis. 18. n. 80 par. 2. sed latius per Angel. cons. 136. n. 4. Gallarat. de renunc. tomo 3. renunc. 142. nu. 4. & seq. Lancellott. de attent. 2. par. ca. x. de attenta consil. sap. pend. c. 9. nu. 24. Apostill. ad stat. Mediol. 57. nu. 7. in fin. vol. 1. & cap. 279. nu. 494. vol. 2. Verùm per statutũ Mediolani c. 31. vol. 1. non sufficere tacitam renunciationem, sed requiri expressam, tradit idem Gallarat. d. ren. 142. n. 7. to. 3. Apostill. ad dictũ stat. 379. vol. 2. n. 494. circa fin. & d. cap. 31. vol. 1. nu. 90. & 91. vide Vant. de nullit. ex defectu iurisd. ord. nu. 151. vbi quod Iudex poterit iudicare de consensu partium, etiam non expectato dicto Consilio sapientis petito. Apostillator d. statut. 31. num 93.

26 † Declara quinto, quod si à Iudice sapientis consilium petitũ sit, pro maiori animi sui satisfactione non esset omnino tale consilium expectandũ, Lancellott. de attẽt. consil. sap. pendente, cap. 9. par. 2. nu. 11 per Franc. in ca. ut debitus n. 43 de appell. Angel. in l. ad Principẽ, de appel. Bursat. cons. 90. nu. 35. lib. 1. vbi nu. 46. dicit communem conclusionem. * Vantius de nullit. in tit. de nullit. ex defectu iurisdict. ordin. a nu. 145. vsq; ad nu. 152. secus verò si sit petitum ex forma alicuius statuti, prout cõcludit Lancellot. d. loco c. 9. de attent. cons. sap. pend. n. 12.

27 † Declara sexto, quòd si partes Sapientis consilio stare promiserint, qualecumque sit, attamen, vbi sequeretur læsio enormis, & Iniustitia notoria, tunc teneretur illud sequi, imò posset appellari, Felin. in cap. causam quæ. num. 3. de sent. & re iudic. per glos. in cap. ex conquestione, de restitutione spoliatorum, cùm enormis læsio arguat dolum. l. qui superstitis, & ibi DD. C. de dolo.

28 † Declara septimo, Iudicem statim petito consilio sapientis, habere manus ligatas, Bald. in l. 1. num. 3. C. si quacunq; prædit. potestat. Appostill. ad stat. Mediol. cap. 27. num. 25. vol. 1. quòd intellige procedere, quoad cognitionem meritorum, secus vero circa Instructionẽ processus, idem Apostillator ad stat. 42. eod. vol. nu. 223. & dicto cap. 27. loc. citat. cum alias esset nulla. per d. stat. 27. circa medium, & 57. Iurisdictio enim Iudicis non suspenditur per commissionem consilij. Scala cap. 3. lib. 4. de consilio sapientis.

29 † Declara octauo, à pronuncia Iudicis, causam esse cõmittendã, nõ appellari posse, secus verò si causam nõ esse cõmissibilẽ pronũtiauerit, Dec. cõs. 4. ad fin. Rugin. de appellat. §. 2. cap. 3. nu 191. Apostill. ad stat. præd. 27. nu. 115. ratio ea est, quia hoc secundo casu, non potest

repararì

reparari grauamen per diffinitiuam, vt inquit Paces à Scala de Consilio sapientis, lib. 3. cap. 1. circa finem, & diximus in 2. parte hoc titulo.

29 † Declara nono, quando Consilium in principali non datur, nec etiam in emergenti dari posse, *Castrens. cons. 91. num. 9. vol. 1.* & quando sint casus, in quibus non detur in causis principalibus, not. Apostil. ad cap. 58. n. 6 & c. 27. in verbo ipsam litē &c. vol. 1. vbi videas &c.

30 † Declara decimo, Iudicem qui causam Consilio Sapientis commisit in contumaciā, legitimè tamen factā, dici functum officio suo, & non posse iterum manum apponere, Scala de Consilio sap. lib. 3. cap. 1. colum. 2. alias secus. Idem dicitur in Consultore, Rebuff. ad l. iussit. nu. 8. secundo notab. ff de re ind. Si vero dederit Consilium sapientis ordinarius Iudex, eo pendente poterit reuocare eius interlocutorium, si pronunciauerit causam esse committendam citra vitium attētatorum, *vt per Lancellott. de attentat. secunda par. c. cap. 10. limitatione 2. num. 4. Apostillator ad stat. Mediolani. cap. 57. num. 12. vol. 1. vide in 2. parte hoc titulo. Menoch. quaest. 23. num. 3. de arbitr. Iudic.*

32 † Obserua primo, quod causa clara, tunc dicitur, si adest aperta iuris decisio, secus verò, si altiorem requireret indaginem, *Iason in l. 1. & l. post rem, ff. de transactio. & cons. suc. 26. nu. 5. & cons. 15. nu. 1. vol. 1. Cotta suis memorab. in verbo statute superius relato*, etiā quod ea sit iuris. *Scala de Consilio sapien. cap. 16. lib. 2. Apostillator ad stat. cap. 27. nu. 51. & 52.*

33 † Obserua secundo, quod petitio Consilij Sapientis sonat in ius, & non in factum, *Iason. in l. ex parte, n. 7. ff. de verbor. obligat.* Et ideò non potest Iudex in facto se extendere, sed bene in iure ordinare, vt ibi per eum; cùm etiam fuerit introductum ad decidendum ambiguitates, *Scala de Consilio sapien. lib. 1. cap. 4.*, ac etiā ob imperitiam Iudicum, *Apostill. ad stat. 27. nu. 92.* prout etiam vbi Iudex esset suspectus, *Gallarat de renunc. to. 3. renunc. 142. nu. 1. circa principium.*

34 † Obserua tertio, Consilium latum sub conditione, esse, scilicet reum condemnandum, si est probatū, sustineri posse, *Iason Instit. de act. §. curare, nu. 39. declarāāo, vt per Alex. in l. ait Prator. §. si Iudex. nu. 10. ff. de re iud. Apostill. ad stat. Mediol. cap. 29. nu. 44. vol. 1.*

35 † Obserua quarto, posse obtineri litteras, quibus Cōsultori statuatur terminus ad consulendum, quo elapso ad vlteriora procedat, *vt per Bald. in cap. Cum in vestris. n. 7. de elect. fol. 72. vide Pur. de sindicat. fol. 147. n. 1.*

36 † Obserua quinto, quando diriguntur litteræ Abbatibus mercatorum Mediolani, vel illis, qui de apicibus iuris nō sunt capaces, addi solet clausula, vt Consultorē assumant de Collegio Mediolani, nam causæ arduæ nō sunt regulariter imperitis cōmittendæ, *Maran. de ord. Iudic. in tit. de appellatione, in 2. actu num. 67. par. 6. per Bald. in l. fin. C. de hared. Instit. quaes. 16. Felin. in cap. sciscitatus, col. 7. vers. dicit & c. de rescr pr. Iason in l. apertissimi. C. de Iud. vers. secunda causa &c.* & quid aliud seruare debeat Iudex iste, *vide eundem Marant. dicto 2, actu. nu. 8.* cùm etiam quando causa est ardua, debet committi, sic disponentibus *Cæsar Constit. in tit. de off. Abb. mercatorum Mediolani. §. Causa vertentes.*

37 † Obserua sexto, dari de forma litteræ, quod Consultor statuat parti terminum ad eius iura producendum, aliter ad vlteriora procedat, vt ex ritibus Cancellariæ, quod etiam not. in praxi Io. Baptista Caball. sua praxi ciuil. in tit. in quibus casibus non detur Consiliū cap. col. 6. circa med. vers. recurritur ad Princ. &c.

38 † Obserua septimo, Consultorem non posse consulere vltra id, quod sibi erit in causa commissum, & demandatum, *Iason in l. cum stipulatus sum, § cum venderet, ff. de verb. oblig.* alias nullum esset, *Bald. cons. 481. in fine, lib. primo, Asin. sua prax. §. 21. cap. 21. numero 2. eod. §. 25.*

39 † Obserua octauo, quod Consilium Iudicis, licet referat ad Instrumenta in actis non producta, attamen valebit, *Iason in d. §. curare, numero 38. Institut. de action. Apostillator ad statutum Mediolani cap. 29. numero 41. volumine primo*, secus verò, si fieret cum reseruatione, scilicet, Consulo saluo, vt infra Iason. ibi. num. 49.

40 † Obserua nono, sapientis consilij commissionem in actis registratam, probare etiam deperdito originali, *Felin. in cap. cum in iure num. 8. de off. deleg. limitando, vt ibi per eum Diaz. reg. 174. Delegationis Instrum. &c. Apostillator. ad stat. Mediolani cap. 27. nu. 9.*

41 † Obserua decimo, Sapientis consilium, ēt in interlocutorijs dari posse, *per Scalam de Consilio sapientis cap. 17. lib. secundo. Asin. §. 25. cap. tertio*, & etiam est de iure municipali Mediolani per d. stat. 27. circa fin. vol. 1. vbi Apostillat. not. nu. 112.

42 † Obserua vndecimo, legata ad pias causas, licet sint caduca effecta, attamen de iure deberi ex priuilegio, *Tiraquell. suo tractatu de priuilegijs pia causa, priuileg. 38. per tex. in l. legatum, ff. de vsuf. uct. Barc. & Florian. in l. Pater seuerinum, ff. de condit. & demonstr. per illum tex. &c.* Ideò ad explicationem aliarum litterarum, quæ in causa huius consilij sapientis emanare solent, transitum faciamus &c.

De explicatione, & forma litterarum, quæ in causis Consilij Sapientis emanant.

Dilecte noster. Visis &c. Mandamus vobis, vt vbi narratum Consilium, petitum sit per calumniam, & agatur de re clara, eo non attento, ad vlteriora procedatis &c.

PRÆLVDIVM XVI.

COMPENDIVM.

1 *Calumniari dicitur, qui in casu claro, & certo sapientis requirit consilium.*

2 *Res clara dicitur, quando adest aperta iuris decisio.*

3 *Articulus iuris, quando est certus, & indubitatus, eo casu non debet sapientis consilio, causa illa committi, quia calumniosè peti videtur.*

4 *Per calumniam dicitur consilium petitum, quando protelanda litis causa consilij petitio facta est.*

5 *Sapientis Consilium, num in re certa, & clara dandum sit, non leuis est apud Doctores controuersia, in casu tamen statuti superinde generaliter loquentis, quæ verior opinio sic ennunciatur per Authorem, & nu. 6.*

6 *Statuto Mediolani attento, generaliter loquente tutius est obtinere litteras huiusmodi a Senatu nostro amplissimo, ad tollendum litigantium tergiuersationes.*

7 *Calumniosa dicitur consilij petitio, quando causa esset inappellabilis ratione summæ à municipij iure determinata, & quomodo.*

8 *Calumniosè, & frustatoriè dicitur etiam Consilium petitum, quando præter, vel contra formam N.C. & statutorum facta est.*

9 *Frustatoriè, & calumniosè dicitur Consilium petitum, quando sinis causa, dispendium potius, quàm commodū est vtrique parti allaturum, & quomodo.*

10 *Consilij petitio est deneganda, vbi ageretur de probanda consuetudine, contra iura scripta, & cur?*

11 *Calumniosus litigator dici non potest, quamdiu potest iustificari ius deductum.*

12 *Calumnia, vt excludatur, sufficit qualibet probabilis,*

& colorata causa Sapientis Consilium petendi, & quando.

13 *Ob solam suspicionem calumniæ non solet Consilium denegari, nisi vehemens suspicio insurgeret.*

14 *Iuris articuli, vbi non sint releuantes, consilium erit denegandum.*

15 *Limita primo, quando quæstio iuris non esset certa, & clara: tunc enim consilium petitum, non erit denegãdũ.*

16 *Consultor non erit eligendus, nisi vbi esset difficultas in iure, ità vt Iudex eis indigeat.*

17 *Statutum iuris communis derogatorium, licet secundum aliquos ab ipso iure interpretationem non capiat: attamen in contrarium est communis opinio.*

18 *Per statutum etiam iuri communi contrarium, interpretatio restrictiua remoueri nõ põt, extensiua vero sic.*

19 *Interpretatio prouenions à iure communi, intelligi debet de intrinseca, non autem extrinseca.*

20 *Inclusio formæ iuris communis, in casibus à statuto non comprehensis, excludit illam in casibus per statutum prouisis.*

21 *Consilium petitum, super articulo probabilem iuris dubitationem non habente, contemni potest.*

22 *Calumniosa dicitur petitio consilij, vbi de debito legitimè constet, nec in executiuis dandum est, vt hic.*

23 *Calumnia, alia dicitur euidens, alia manifesta, alia præsumpta, alia ex causa protelandi, alia ex deffectu probationum, alia verò, quæ oritur ex contumacia.*

24 *Sapientis Consilium calumniosè petitum, processum non retardat.*

25 *Ambiguitas tripliciter sumitur, alia enim dicitur iuris, alia facti, alia verò personæ appellatur, & quomodo.*

PRÆLVDIVM XVI.

1 † NVunc optimè sequitur, vt videamus, aliarum litterarum expositionem, quæ in causa huius Sapientis Consilij emanare solent, vt vbi scilicet sapientis consilium petitum sit per calumniam, & agatur de re clara &c. quæ sanè litteræ infrascriptis fundamentis erunt intelligendæ, &

Primò † clarum est in iure, quod calumniari dicitur, qui in casù claro, & certo, sapientis requirit consilium, vt docet *Lafranc. Balb suis communib. decis. 388. per totam, centur. 4. per Iacobum de Aretio. in l. ille, aut ille. §. cum in verbis. ff de lega. 3. vbi Bart, Afin. sua praxi Iudiciar. §. 25. cap. secundo num 1. Bald. in l. 1. in fine, C. de Regib. Calderin. in quæstio. Syndica us. quæst. 26. Calcaneus consil. 83. num. 5. Marsil. in sua praxi c in u. §. opportunè, num. 84. Ca:aid suo tract. de syndicatu. quæst. 26. num. 159.*

2 † Res autem clara dicitur, quando adest aperta iuris decisio, *vt per Iason in l. 1. & l. post rem. ff. de transact. Vant. de nullit. ex deffectu iurisdict. ordin num. 149. circa medium, Salycet. in l. a nullo, numero. 2. C. de fur. Socinus sen. consil. 51 num. 6. volum. 1.* secus si requirat altiorem indaginem, etiam quod ea sit iuris, *Scala de consilio sap. cap. 16. lib. 2. colum. fin. Apostillat. ad Mediolani statut. cap. 27. vol. 1. num. 51.* vel per Instrumentum, *Ludouis. decis. 157 num. 12. & decis. 184. nu. 5.*

3 † Articulus iuris, quando est certus, & indubitatus, eo casu non debet sapientis consilio causa illa committi, quia, qui hoc petit, calumniosè petit, vt in terminis tradit *Bald in l. 1 num. 3. C. de relat. Iason in consil. 35. col. fin. volum. 1. Bart. in d. l. ille, aut ille, §. cum in verbis. ff. de lega. 3. & in l. qua ex relationibus. ad finem. ff. de leg. prout etiam trad. Ruin. consil. 7. lib. 4. numer. 4. in fin. Angel. consil. 136.*

4 † Per calumniam dicitur consilium petitum, quando protelandæ litis causa, consilij petitio facta est. *Angel. cons. 136. Signorol. Homod. cons. 56 statuto Ciuitatis Mediolani &c. ad fin. Bald. in d. l. 1. C. de relat. Alex. cõs. 62. ad fin. vol. 2. Felin. in cap si de cætero. nu. 12. ad fin. de re Iudic. Ruin d. cons. 7. lib 4 n. 4. Calcan. cons. 83. n. 6. Lancellott. de attent. cap. 9. nu. 17. Iason. cons. 26. nu. 5. vol. 1. Roch de Curte. in tit. de consuetud. cap fin. nu. 104. Apostillator loco supra citato nu. 62.* Verum quia

5 † Sapientis consilium, num in re certa, et clara dandum sit, non leuis est apud Doctores controuersia, stante statuto generaliter loquente, quòd in qualibet causa vbi petitum sit, dari debeat, vt videre est apud *Asin. sua prax. Iudic. d. §. 25. cap 2. per totum, vbi diuersos cita. Authores, & eorum opiniones, & apud Scalam de consilio sapientis cap. 16. lib. 2. maximè stante Mediolani statuto. cap 57. volum. 1. vbi Apostillator num. 52. & 62. & nu. 33. & præsertim Alciatus consultus ità respondit, Hunc Iudicem esse merum executorem, & non posse cognoscere an agatur de re clara, vel ne, sed causam teneri committere, vt in consil. suo 3. lib. 5. tom. 2. num. 1. & 2. per Castr. consil. 194. num. 1. circa fin. lib. 2. licet Castrens. ibi loquatur in causa appellationis. & sic in re diuersa, ea propter cum sit, maior & verior DD sententia, contrarium affirmantium, scilicet in re clara, & certa non dari Sapientis Consilium, etiam statuto generaliter loquente, non attento, vt per Costam de facti scien. dist. 30. num. 9. centur. 1. & etiam apud Polider. Ripam singul. obseruat. lib. 1. obser. 146. per totum, vbi in fine reffert.* Ità rescripsisse Senatum nostrum ampliss. fauore Domini Thomæ Poli, aduersus Dominos Rustionos Ticinenses &c. *Balb suis communib. decis. 288. centu. 4. Cephal. cons. 201. num. 3. volum. 2. Vant. de nullit. in tit. de nullit. ex deffectu iurisdict. ordin. num. 149. circa medium, per Angel. consil. 219. colum. 1. & Crauet. consil. 140. nu. 5. et 6. & diximus supra in præcedenti præludio num. 1. 2. & 3. cum sequent. & in par. 2. huius nostri tractatus cap. 6. §. 1. nu. 27.* quibus in locis apparet de magis communi rescribentium sententia. *Cauale. dec. 28. par. 2. n. 60. in fin.* Idẽ est dicendum, quando consilium petitum fuit calumniosè, *per Signorol. consil. 56. per totum,* vbi loquitur in specie de hoc statuto Mediolani de consilio sapientis, vbi concludit in fine, consilium non esse dandum, quando petitum fuit per calumniam &c. videas ibi &c. vbi dicit communem, *glos. fin. ibidem, per Felin. in cap. de cætero, nu. 12. circa med. de re iudic.*

6 † Et ideo, stante hoc Mediolani attento, cap. 57. vol. 1. generaliter loquente, quod scilicet in qualibet causa, vbi petitum sit narratum consilium, teneatur Iudex causam illam committere &c. tutius erit obtinere litteras à Senatû nostro ad tollendum tricas, & litigantium tergiuersationes, per ea et, quæ adducit Menoch. de arbitr. quæst. 23. num. 11. vt scilicet, vbi narratum Consilium petitum sit per calumniam, & agatur de re clara, causa non attenta Iudex ad vlteriora procedat, vt ex litibus Cancell. Senatus nostri, quæ de forma obtineri solent: & per quas derogatur dicto statuto, licet non adsit clausula, Non obstante, *Rota decis. 32. de rescript. in nouis.* cùm constet de certa scientia Senatus nostri, *per Felin. in cap nonnulli, num. 11. circa medium de rescr. vers. Fallit 4.* prout etiam dicitur de litteris positionũ, licet non adsit clausula, contumacia non attenta, vt per *Bald. consil. 121. lib. 1. per totum,* sic igitur

7 † Calumniosa dicitur consilij petitio, quando causa esset inappellabilis ratione summæ, à municipij iure determinatæ, *vt per Scalam de Consilio sapient. lib. 2. ca. 9. col. 1. in fine, Angel. cons. 136. Alex. in l. si sic stipulat. de verb. oblig.* veluti à libris centum infra, in casibus annotatis, in quibus non datur consilium &c. per stat. Mediolani cap. 47. vol. 1. in fine, vbi Apostillator nu. 147. Rayner. sing. 139. Lafranc. Balb. suis communib. concl. 94. centuria. 1. cum etiam causa non committatur, si tempore petitionis non excedebat summam prædictam, licet de in excesserit tempore sententiæ, *Mynsinger. singular. obseruatione, centuria tertia, obseruat. 100. Apo-*

100. *Apostillator. loc. citat. num.* 152. oam etiam à sententijs latis in causis breuibus. est sublata appellatio, veluti à libris vigintiquinque infra, per statutum Mediolani. cap. 139. vol. 1. circa med. vers. & prædicta &c. & à libris x. infra per aliud statutum. *cap. 48. vol. 1. vbi Apostill. num.* 24. ac etiam in casibus annotatis in statuto. *cap. 141. vol. 1. vbi Apostill. nu. 47.*

8 † Calumniosa etiam dicitur consilij petitio, & frustatoria, quando extra tempus præscriptum à statutis, vel N.C. facta est, & ideò minime concedenda, *vt per Scalam de cons. sapient. cap. 27. col. fin. lib. 2. per Alexan. ad Bart. in d. l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de lega. 3. Angel. in. l. 1. C. de transactio. & in dicto cons. 136. & per Castrens. cons. 13. in fin. lib. 2.* vel si in fine litis. *Ludouis. decis. 356. nu. 8.* sicut dicitur de remissoria. *Seraphin. decis. 1450. num* 1. siquidem ei imputabitur, qui consilium congruo tempore petere potuit, & non petijt. *per tex. in. l. sed etsi susceperit de Iudic.*, veluti intra decem dies vtiles facienda est petitio ad formam præscriptam ex N.C. in tit. de Iudic. §. possunt tamen &c. post litem contestatam, vel habita pro contestata, vt ibi legitur &c. & hinc non prohibetur, quin Iudex ex se, absq; consilio, causam decidere possit; et N.C. & Scalam loc. citat. &c. vel etiam, vbi petitum sit in casibus à statutis, & Nouis Constit. prohibitis, & sic dicitur per calumniam facta petitio. *Rebuff. super Constit. Reg. in tit. de litteris obligator. art. 10. glos. 1. nu. 4. Purpurat. in rubr. de Assessor. n. 123.* de quibus mentionem fecimus *in 2. parte huius nostri tractatus. cap. 6. §. 1. nu. 30., vbi supra* 40. casus enumerantur in quibus non datur hoc nostrum sapientis consilium, videas ibi &c. cum dicatur constare de contrario iure, prout in remissoria dicitur. *Cardin. Seraph. decis. 1460. num. 3.* Ideo vbi calumniosè petitum, venit denegandum. *Ludouis. decis. 48. nu. 7. Chirsanen. decis. 164.* cũ alias esset ad destructionem statuti. *Ludouis. decis. 184. nu. 1.*

9 † Calumniosè etiam, & frustatorie dicitur facta consilij petitio, quando non ad alium finem, quàm ad deuoluendum, & dilatandum causam, & cuius situs potius dispendium, quàm comodum vtriq; parti dilatio est allatura. *Caputaquen. decis. 66. par. 3. Cassador. decis. 2. de dilat. & sic gratia differenda litis. l. satis aperte. C. de falsis. Ludouis. decis. 184. n. 4.* maximè cũ in huiusmodi causis commissis, magnæ expensæ, & salaria debeantur virtute N.C. & ordinaim &c. Ideò

10 † Consilij petitio est deneganda, quando ageretur de probanda obseruantia, & consuetudine contraria verbis Constitutionis, vel statuti, stante Mediolani statuto. cap. 176. vol. 2. prohibente consuetudines allegari contra iura scripta, *vbi Apostill. not. Dec. cons. 11. nu. 10. per text. in cap. fin. de consuetud.* secus verò in consuetudine interpretatiua, *vt per Dec. loc. citato.* sicuti denegatur remissoria, vbi petitur ad probãdum interpretationem statuti aduersus interpretationem iam datam *à Rota. Ludouis. decis. 211. nu. 6. vbi Beltramin. in littera. D.* cum sit contra statutum facta. *Bart. cons. 64. n. 2. lib. 1.* & ideò quando dispositio statuti est clara, non admittitur declaratio, cum non debeat tollere ius quæsitum ex actù declarato, *Dec. cons. 3. nu. 44. Surdus. cons. 192. nu. 31. Ludouis. decis. 375. num. 1c. vbi Beltramin. nu. 12.* cum per calumniam diceretur emanata petitio. *Purpur. de assesso. in rubr. nu. 123.*

11 † Declara primam regulam, quod scilicet calumniosus litigator, dici non possit, quandiu poterit iustificari eius ius deductum, quando scilicet appareret ex probabili dubio super articulis iuris. *Cassador. decis. 3. de restit. spol. Egid. decis. 103. Ludouis. decis. 27. nu. 7. in fine. & decis. 125. nu. 4. per decisionem Rotæ ibi per eum allegatam &c.*

12 † Declara secundo, quòd calumnia vt excludatur, sufficit quælibet probabilis, & colorata causa litigandi, & sapientis consilium petendi. *Rebuff. super Reg. de subrogan. litig. glos. 7. num. 3. & ita fuisse decisum in Rota Romana. anno. 1598. die 19. Ianuary coram Reu. D. Pair. Litta. trad. Ludou. d. decis. 27. num. 8. & d. decis. 125. nu. 5. maxime attenta generali dispositione Statut. 57. vol. primo.*

13 † Declara tertio, quòd licet sapientis consilii petitio, de facili, ob suspicionem calumniæ non soleat denegari, prout de remissoria dicitur. *Ludouis. decis. 414. nu. 8.* tamen secus est, quando suspicio est multum vehemẽs. *Cardin Seraphin. decis. 1364. nu. 4. & decis. 1460. nu. 1. idem Ludouis. d. decis. 414. nu. 8. in fine, vbi Beltramin. nu. 13.* hęc habent locum quando datur fumus, alias ex sola suspicione calumniæ Rotam consueuisse denegare remissoriam, *trad. Farinacius. de testibus. quæst. 77. nu. 65.*

14 † Declara quarto, consilij petitionem esse denegandam, quando iuris articuli non essent releuantes, & probabiles. *Caputaq; decis. 68. part. 3. Cas. de Grass. decis. 1. nu. 10. de dilatio.* prout idem dicitur de remissoria. *Mohed. decis. 5. num. 5. de probat. Ludouis. decis. 356. nu. 1. & decis. 403. num. 3. & 7.* nec esset admittenda probatio, quando probatum non releuaret. *cap. cum contingat. de off. deleg. Roman. cons. 226. nu. 3.*

15 † Limita primam regulam, non procedere, quando quæstio iuris non esset certa, & clara, sed dubia per inspectionem librorum, tunc enim deberet causa committi sapientis consilio. *Bald. in. l. 1. nu. 3. C. de relatio. vbi glos & DD. Iason. cons. 35. nu. fin. vol. 1. per Bart. & Iason. in l. illo, aut ille §. cum in verbis. ff. de lega. 3. vbi addentes, & ibi Alex. & aly.*

16 † Ideò Consultores non sunt elligendi, nisi vbi essent difficultates, & dubietates in iure, ita vt Index eis indigeat. *Crau. cons. 140. nu. 5. per text. in cap. statnium §. Assessorem. de rescript. lib. 6. Calcan. cons. 38. col. 3. nu. 9.* secus verò si apud Iudicem non sit dubia, super articulo, de quo partes disputant, habeat causam legis, vel decisionem. *Doctorum. Angel. cons. 219. col. 1. Vant. de nullis in tit. de nullit. ex deffectu iurisd. ord. n. 149. vbi n. seq.* refert Dominos de Rota consueuisse, si causa nõ sit dubia absque consilio DD. pronunciare, *per Rotam. decis. 751.* in antiquis, eammobrem licet

17 † Statutum Mediolani. cap. 57. volum. 1. de consilio sapientis, disponens, in qualibet causa debere consilium assumi, sit contra iuris communis dispositionem, *vt per Specul. in tit. de requisit. consily vers. si vero &c. & per Siguerol. Homod. cons. 56.*, & vti iuris communis derogatoriũ, ab ipso iure interpretationẽ secundum aliquos non recipiat, *vt per Bald. in. l. maximum. C. de liber. præter. Roman. cons. 399. nu. 12. & 13. Port. cons. 499. num.* 13. attamen contrariam sententiam esse de iure veriorem, consultus respondit. *Bursat. cons. 12. nu. 53. vol. 1. Curt. Iun. cons. 7. nu. 8. & per Mandos. ad Rom. d. cons. 399. in verbo non assumat &c. Rolan. à Vall. de lucro dotis. quæst 26. num. 12. Apostillat. ad Mediol statut. vol. 1. in præludys. nu. 286.* quinimo dictum stat etiam passiuam recipit interpretationem, *vt per Alciat. cons. 19. nu. 9. lib. 1. alias. cons. 64. tom. 1.* etiam si ad litteram intelligi debeat. *Cotta suis. memorabilib. in verbo Statuto cautum est &c. circa med. vers. idem dicit Andreas &c. Dec. in cap. translato. num. 14. in fin. de Constit. col. pen.* verùm extensio non fit in statutis, quando sunt contra ius commune. *Dec. in dicto cap. translato. 2. lectura. nu. 7. per Alexand. cons. 76. lib. 5. col. 3. idem tradit Cotta loco citato*, vbi addit nec remoueri glossationem, quæ ex legibus oritur, non remouetur tamen interpretatio restrictiua, & legitima, cum non possit tolli facultas interpretandi. *Cotta. loco citato. vers. & dicit Aretinus &c.* sic igitur per

18 † Statutum Mediolani prędictum. cap. 57. vol. 1. & quęlibet alia statuta etiam contra ius commune disponentia, interpretatio restrictiua non potest remoueri, extensiua verò sic. *Cotta suis memorabilib. in dicto verbo*

Statuto

Statuto cautum est &c. vers. & dicit Aret. &c. & vers. idem dicit. Andreas siculus &c. per Dec. in cap. translato. col. pen. & sequ. & nu. 13. in fino, vbi Felin. & alij. de Constit. Aretin. cons. 144. Bart. in l. omnes popul. col. pen. in princ. ff. de Inst. & iure, prout etiam dicitur de priuilegio, *vt per Garziam de explicatione priuilegiorum. nu. 123. & seque. & quomodo videas ibi &c.* Verùm isthæc

19 † Interpretatio etiam proueniens à iure communi, intelligi debet de naturali, litterali, ac intrinseca, non autem extrinseca. *Bursat. in dicto cons. 12. nu. 36. vol. 1. Dec. in cap. translato. nu. 13. in fine de Constit. Cotta suis memorabilib. in verbo statuto cautum est &c. per Felin. in cap. super quæstionum. col. 1. de off. delegati, vt puta*, quod aliquid subaudiatur, vel restringatur. *Bursat. loco citat. nu. 36. per Alex. cons. 80. nu. 9. vol. 1. Osasc. decis. 21. nu. 14. & 15.* Qua de re, cum

20 † Includatur forma iuris communis, in casibus à statuto non compræhensis, ideo excludit illam in casibus pro statutum prouisis. *Bursat. dicto cons. 11. num. 37. volum. 1. per Paris. consil. 90. num. 16. volum. 3. Berouus. consil. 147. num. 8. volum. 2. Socin. Iun. consil. 30. num 6. in princip. & Iason. in l. 1. num. 32 C. de Sacrosanctis Ecclesijs.*

21 † Consilium igitur sapientis, petitum super articulo, qui non habet probabilem iuris dubitationem, poterit contemni. *Lancellott. de atten. cap. 9. tit. de attent. cons. sapient. pend. nu. 22. Alexan. cons. 62. visa &c. col. fin. lib. 2. vers. fortificantur &c. & cons. 145. col. fin. lib. 5. Cephal. cons. 101. num. 3 lib. 2. Ias. in l. 1. col. 3. ff. de nou. oper. nunc vers. septime &c.*

22 † Quando autem de debito legitimè constaret, ac liquidè, tunc calumniosè dicitur sapientis consilium petitum, quo casu Iudex poterit decidere, & pronunciare. *Ruinus. cons. 7. num. 4. lib. 4. Magon. in Rota Florent. decis. 63. num. 2. per Lancell. de attent. dicto cap. 9. num. 8. de attent. cons. sapient pend. Alex. cons. 92. lib. 2. in fin. Canal. decis. 28. part. 2. nu. 43. imo nec in executiuis, vt ibi. nu. 16. & 78. maximè stante statuto. Medsol. cap. 42. vol. 1. & 201. vol. 2.* quibus cauetur; vt vbi nil fuerit in contrarium probatum, constito de debito per chirographum verificatum, vel per instrum., quod remota sit sapientis consilij petitio, ideo &c. hoc. n. sanè casu, nil præter sententiam expectari dicitur, & sic per calumniam. *Scala de cons. sapient. cap. 27. lib. 2. col. 1. circa princip. per Angel. cons. 136. & in l. si sic stippulatus. de verb. obligat.*

23 † Multiplicem autem esse calumniam, colligitur ex iuris interpretibus alia .n. dicitur euidens, alia manifesta, alia præsumpta, alia verò quę committitur in differendo negotium, alia verò, quæ oritur ex deffectu probationum, aliaq; demum, quæ ex contumacia insurgit, prima enim euidens tunc oritur, quando contra dispositionem statutorum, & Nou. Constitut. est facta petitio in casibus scilicet non permissis. *Purpurat. in rubr. de Assessorib. num. 123. per Bart. cons. 64. super puncto. num. 2. lib. 1. vide Ruin. cons. 30. lib. 5 nu. 12.* manifesta dicitur, quando vel nulla causa rei dubiè adducitur, vel talis, quæ crassa, & ridicula sit, & quando de ea constet poterit eo casu Iudex pronunciare. *Odd. de restit. in integrum. quæst. 43. num. 67. & 68. Lancellot. de attent. cap. 18. num. 63.* præsumpta verò dicitur illa, quæ oritur ex coniecturis, & ex qualitate causæ, & dubij articuli, vel præsumptio sit contra petentem. *Oddus d. nu. 68. Lancellott. qui supra. d. cap. 18. nu. 68. & 74.* Ideò intelligitur quando calomnia est euidens, & manifesta, non autem præsumpta. *Menoch. de arbitr. in addit. casu 198. nu. 74. & 321. nu. 23.*, alij verò tres modi calumniæ, notantur, *per Gail. pract. obseru. lib. 1. obser. 88. nu. 10.* propterea

24 † Sapientis consilium calumniosè petitum, non potest retardare processum, etiam non obstante statuto. *Lancellott. de attent. cons. sapien. penden. cap. none. num. 17. per* Lopum *alleg. 53. nu. 8. Calcan. cons. 63. col. 3. Emilian. cons. 40. num. 8. & cons. 69. num. 12. & sequ.* postremo etiam notandum est

25 † Triplicem esse ambiguitatem, alia enim dicitur iuris, alia facti, alia verò personæ, vbi est ambiguitas iuris, tunc de similibus ad similia proceditur, vbi vero est ambiguitas facti, numquam est sententia ferenda in alterius præiuditium, si autem est ambiguitas personæ, sed factum est certum, eo casu bene ferri potest certa sententia *per text. in cap. fin; vbi glos. & DD. distinct. 33. Topat. variarum. sentent. tit. 342.* vbi plura adducuntur, & pro intelligentia terminorum, *vide Guid. Pap. sing. 514. per Bart. in l. si quis intentione ambigua. ff. de Iudic.* de obscuro autem verbo, quando potest ad diuersa ad aptari, debet illud accipi, vt res potius valeat, quam pereat. *l. cum quæritur. ff. de reb. dubijs &c.*

Litteris appellatorijs, quomodo adhærendum.

PRAELVDIVM XVII.

COMPENDIVM.

1 *APpellatorijs litteris, alij litis consortes possunt adhærere, ratione connexionis, & quomodo, limita, vt nu. 8.*

2 *Amplia primo, hanc regulam, etiam procedere, in necessario deffensore, qui & ipse adhærere poterit.*

3 *Amplia secundo, etiam habere locum, in quolibet tertio adhærere volente.*

4 *Amplia tertio, idem esse in successore, pro euictione agente.*

5 *Amplia quarto, etiam procedere in appellato, & quando non procedat, vt nu. 12.*

6 *Amplia quinto, idem esse in causa litterarum reuisionis, quia aduersario erunt communes, ratione connexionis.*

7 *Amplia sexto, idem esse in quolibet alio cuius interest, & quomodo.*

8 *Limita primam regulam non procedere, quando vnusquisq; litis consocius, seorsum appellauerit, a sententia contra eos lata.*

9 *Limita secundam, quando necessarius deffensor sententiã inter consortes latam comprobasset.*

10 *Limita tertiam, in tertio adhærente, quando appellatio est interposita in parte, & partibus &c.*

11 *Limita quartam, in diuersis, & separatis capitulis, & quomodo.*

12 *Limita quintam, in appellatione, quia adhærere non poterit, vltra capita in appellatione expressa.*

13 *Limita sextam, non procedere, quando reuisio esset petita cum clausula quatenus. & in quantum &c.*

14 *Limita septimam quando in illa causa essent latæ diuersæ sententiæ contra plures, non enim posset, quis illis adhærere.*

15 *Appellatio vnius prodest omnibus litis consortibus, licet nominatim non fuerint expressi, & quando.*

16 *Appellatio seorsum interposita per necessarium deffensorem prodest successori singulari.*

17 *Tertius, quando litis possit assistere.*

18 *Adhæsio appellationis, vbi fit per viam ratificationis, debet intra tempus limitatum fieri, & quomodo.*

19 *Limita hanc regulam non procedere, quando quis appellauit nomine proprio, & tertius velit assistere.*

20 *Appellatus potest adhærere appellationi appellantis, licet appellans illi renunciasset.*

21 *Reuisio etiam nomine colitigantium petita, intra tempus biennij, prodest etiam alijs adhærere volentibus.*

22 *Tertius*

22 *Tertius veniens ad causam, debet saltem summariè docere de iure suo.*

23 *Sententia in causa nullitatis, fauore vnius prolata, proderit etiam alijs litis consortibus.*

24 *Adhæsio non procedit, vbi non fiat re integra, & quando.*

25 *Litteræ appellatoriæ in hac Curia, à Senatu nostro impetrantur, prout etiam in Regno Galliæ seruatur, & quomodo iuuent alios litis consortes.*

26 *Litteræ tunc prosunt alijs, quando fuerunt in precibus nominati.*

27 *Adhærere volens appellationi alterius, de iure communi; debet id peragere intra 10. dies, & quomodo.*

28 *Appellatus, vbi post lapsum tempus præfixum causam prosequatur, tunc & appellans admittitur.*

29 *Amplia etiam, si appellatus intra tempora fatalium rescriptum impetrauerit, & post lapsum fatalium prosequitur; tunc & appellans illam prosequi poterit.*

30 *Remissio, seu appellatio petita in parte, & partibus; non retardat executionem illius partis, pro qua fuit iudicatum.*

31 *Capitula appellationis, vbi sint connexa; tunc poterit appellatus illi adhærere, licet in parte, & partibus sit interposita.*

32 *Appellans, vbi differat appellationem præsentare, vel prosequi, poterit appellatus illum præuenire. & quomodo.*

33 *Terminus ad docendum de appellatione elapsus; non facit, vt appellatio sit deserta, quo ad deuolutiuum.*

34 *Appellatus potest etiam inuito appellante, litteras appellationis præsentare.*

35 *Litteris appellatorijs, non adhærere possunt Consotij, si de ipsis non appareat.*

36 *Citatio requiritur, ad hoc vt litteræ dicantur communes alijs litis consortibus.*

PRAELVDIVM XVII.

EXpedita causa, solent vt plurimùm partes, grauamen prætendentes, Senatum amplissimum adire, qui de forma dare solet litteras appellatorias, sed quoniam alijs consotijs, num prodesse possint, sæpius in iudicijs disceptatur: ea propter iure merito, & de illis agendum est. Primo igitur, erit regulare

1 † Appellatorijs litteris per impetrantem obtentis, alios quoq; litis consortes posse adhærere, ratione connexionis, ita vt, neq; possit fieri executio sententiæ contra non appellantem, huiusmodi prouocatione pendente; *tex. in est. l. ampliorē, vbi glos. & Ferdinand. Bongior. & cæteri modern. C. de appellat. Oldrad cons. 190. num. 1. Magon. decis. Florent. 55. nu. 5. Lancellot. de attent. cap. 12. ampliat. 11. nu. 1. Mastrill. decis. 45. num. 17. in fin. & decis. 275. num. 37. Lancellott. de attent. dicta ampl. 11. Aluar. Velasc. decis. 51. nu. 22. Scaccia de appellatio. quæst. 177. limitatio. 21. Costa. de remed. subsidiar. remed. 56. nu. 2. & in tract. de re integra. distinct. 58. nu 4. Gratian. discept. forens. cap. 115. part. 1. nu. 1 2. & seq. Card. Seraphin. decis. 314. nu. 1. Ludouis. decis. 581. num. 5. & decis. 223. num. 4. Rug. de appell. §. 6. glos. 1. cap. 1. nu. 2. Giurba. decis. 30. nu. 5. Aldouin. cons. 65. num. 12.* & est communis opinio, vt per alios citatos, *per Giurbam loco citato.*

2 † Amplia primo hanc regulam, etiam habere locum, in necessario deffensore, qui & ipse ratione sui iuris, & interesse, alterius appellationi adhærere poterit. *Costa. dicto tract. de re integra. distinct. 58. num. 2. Capyc. decis. 197. nu. 6. Benintend. decis 92. cap. vt circa de electio. in 6. vbi glos in verbo. adhærentes. Franc. in verbo adhærentes. Franc. in cap. vna sententia. num. 5. de appell. Rug. d. § 6. cap. 1. nu. 2. Bredered. de appell. part. 2. tit. 20. col. 431. P. Grego. eod. tit. lib. 5. cap. 5. vide Couar. pract. quæst. cap. 13. & 14. & D. Giurb. decis. 1. nu. 21. & seq. & nu. 50. in fin.*

3 † Amplia secūdo, etiam procedere in quolibet tertio, adhærere volente, *per text. in d. cap. vna de appell. Frāc. de Ponte. cons 6. Costa. de re integra d. distinct. 58. num. 1. & suo tract. de remed. subsidiar. d. remed. 56. nu. 7. per Gail pract. obser. lib. 1. obser. 122. nu. 5. Gisthansin. de arbitr Iud. cap. 5. ramusc. 2. nu. 8. de contum. actor. Oldrad. cons. 255. num. 4. Rugin. de appell. d. §. 6. glos. 1. cap. 1. nu. 11. Giurba. decis. 8. nu 9. 10. cum sequ. & decis. 1. per totam. Lancellott. de attent. cap. 22. ampl. 14. vbi plura cumulat &c.*

4 † Amplia tertio, idem esse in successore pro, euictione agente, etiam quo ad consecutiua, & connexa. *Costa. de re integra. d. distinct. 58. nu. 3. Giurba. decis. 8. num. 29.*, cum emptor in iudicio pro euictione agens, uenditoris personam repræsentet. *Surd. decis. 335. nu. 21. & decis. 173. num. 24.* & ueluti quoddam adminiculum. *Benintend. decis. 75. nu. 4;* & in causis euictionum, quomodo agendum, tradit. *Afflict. decis. 16. per totum, & Giurba. decis. 59. nu. 23. & 24.*

5 † Amplia quarto, hanc regulam etiam procedere in appellato, cui etiam competit adhæsio, etiam si appellans desistat. *Costa. de re integra. d. distinct. 58 nu. 6. & sequ. & dicto tract. de remed. subsidiar. dicto remed. 56. nu. 5. Boer. decis. 73. num. 7. Mysinger. obser. 11. cent. 2. Ludouis. decis. 223. num. 4. Rug. de appellat. dicto §. 6. cap. 1. nu. 1. & 9. Scaccia eod. tit. quæst. 177 limit. 21. per tex. in d. l. ampliorem. C. de appell. Ludouis. d. decis. 223. nu. 4. & 9.* quia post præsentationem dicitur effecta communis. *Costa. d. dist. 58. nu. 3. Ludou. s. decis. 552. nu. 2. & 7;* intellige procedere, quando constat de citatione executa, alias non, declara, *prout dicto num. 7. & 8. & per Gail. pract. obseru. lib. 1. obseru. 122. num. 3. Magon. decis. Florent. 55. num. 5. & in Rot. Lucens. decis. 52. num. 2.*

6 † Amplia quinto, etiam procedere, in causa litterarum remissionis sententiæ, per impetrantem obtentatatum, ubi capitula sint connexa. *Cephal. cons. 421. nu. 20. Pacian. de probatio. lib. 1. cap. 16. Ponte cons. 61. num. 57. Giurba. decis. 30. num. 4. 9. & 12. in fine. per Schrad. de feudis. par. 2. cap. 4. num. 30. Ioseph. Ludou. decis. 59.* licet etiam aduersarius appellare, aut remissionem ipse petere, nec possit, ut ita fuisse decisum, reffert. *Giurba loco citato. nu. fin.*

7 † Amplia sexto, idem esse, in quolibet alio, cuia interest. *d. l. ampliorem. cap. vt circa de electio. in 6. vbi glos. in verbo adhærentes &c. Oldrad. d. cons. 255. nu. 4.*

8 † Limita primam regulam non procedere, quando alij litis consortes & unusquisq; seorsum appellauerit à sententia contra eos lata, quia uidetur declarasse nolle pendere ab appellatione alterius litis consortis, & sic censetur tacitè dicto benefitio adhæsionis renunciasse. *Felin. in cap. cum super num. 6. & 7. in 2. limit. de re Iud. vers. fallit. 6. Verall. decis. 57. par. 1. nu. 2. Caputaquen. decis. 37. par. 1. Costa. de remed. subsid. remed. 56. num. 7. circa med. & in tract. de factis scient. &c. dist. 31. cētur. 4. num. 7. Gratian. discept. forens. dicto cap. 115. num. 41. in fin. par 1.* & sic non procedit. *l. 1. & 2. C. si plurib. vn. senten. Verall. Gratian. & alij locis citatis. Magon. sub Rota Florent. d. decis 55. num. 28.* ueluti si alij separatim appellantes succubuissent in dicta causa appellationis, tunc non possent redire ad dictæ adhæsionis benefitiū, cum eo casu, neq; procedat dict. cap. una sententia. de appellat. *Lancellott. de attent. cap. 12. ampl. 11. num. 9. Verall. d. decis. 57. num. 1. & 2. part. 1. Magon. dicta decis. 55. nu. 27. & 28. & seq.* quia in hoc casu obstat voluntas electa benefitio iuris adsumendi, & militat illud, quod potui nolui, quod uolui adimplere nequiui. *Crau. cons. 171. num. 17. Roman. cons. 446. & cons. 496.* quia adhæsio, appellatio dicitur, cum efficiatur unus spiritus cum appellante. *Oldrad. cons. 290. nu. 2. Magon. d. loco*

d. loco.nu.3c.Costa.de remed. subsid. dicto remed. 56.nu. 3. Bots. Cremonen. cons.69. vel si non fuisset appellationem prosecutus.Gratian. d.cap.115.num.41.Magon d. loco citato. nu. 9.

9 † Limita secundam, non procedere, quando iste necessarius deffensor sententiam inter Consortem latam cõprobasset, tunc enim non posset amplius se tueri ex appellati ne alterius. per text. in .l. si quis .§. vlt. vbi glos. & DD in finc. de appellatio. Gratian.discept.forens.dicto.cap.115. num.13. & 14.Harmen. Pistor. quæst.47. num. 21. Lanfran. suis comm. decis. 46c. Franc. in dicto cap. vna sententia. de appell. vers. 7. requiritur &c. Immola. in .l. si quis separa im. §. quod est rescriptum. col. 1. in fine de appellatio. vers. si autem alter &c. vel si eidem renunciasset. Lancellott.d.cap.12.ampl.11.nu.7.& 10.Giurba.decis.30. nu. 13. circa med.

10 † Limita tertiam, sibi locum non vendicare, in tertio adhærente, quando fuisset appellatum in parte, & partibus contra se facientibus, prout seruatur in Curia Romana, tunc enim non poterit aduersarius adhærere appellationi, appellantis. Scaccia de appellatio. quæst. 177. limitat. 21. num. 21. & sequ. Lancellott. de attent. dict. cap.12. limit. 44. num.2.per Osase.decis. 142.num. 27. per dict. Mastrill decis.45. num.1c. l.ampliorem.C. de appellatio. in verbo iudicatis. Ludouis. decis. 223. nu. 9. circa fin. vbi Beltramin. Gratian. cap. 1. num. 19. discept.forens. part.1. Giurb. decis.30.num. duodecimo, & 13.

11 † Limita quartam, non procedere in diuersis, & separatis capitulis, & in re diuisibili tunc enim non esset communis, nec alteri non appellanti prodesse poterit. Philipp. Franc. in cap. si duobus. num. 5. & 6. de appellation. Magon. sub Rota Florentin. decis. 55. num. 8. circa fin. & sequen. Mastrill dict. decis.45. num. fin. in fino, & decis. 136.num.14. Gratian.discept. forens. dicto cap. 115. num. 37. & dicto cap.1. num. 19. & sequ. ratio ea esse dicitur, quia causæ deffensionis dicuntur distinctæ, & non dicitur idem negotium, ideò talis adhæsio non permittitur. Lancellott. de attent. dicto cap. 12. ampliat. 11.num. 12. & ampliat. 12. num. 10. per * Mohed. decis.14. de appellat. in recollect. & est communis opinio, vt per Prosper. Pasetb. consilio. 96. in principio.

12 † Limita quintam, in appellato, qui adhærere non poterit vltra capita in appellatione expressa. Franc. in dicto cap. si duobus. de appellatio. Bursar. cons.176.num. 47.lib.1. Rug. de appellatio § 2.cap.4. num.48. per Petr. Ferr. in form. appellatio à sentent. diff. in glos. in illis passibus &c. Apostill.ad stat.Mediol.cap.131. vol.1.n. 135. in fine.

13 † Limita sextam, non procedere, quando reuisio interposita, fuisset petita cum clausula quatenus, & in quantum, tunc enim illi reuisioni adhærere non posset aduersarius, vt post multos trad. D. Mastrill.decis. 45. num. 19. Card. Tusch. conclus. 363. num. 12. in littera. A. Giurba.decis. 30. num.12. Alexand. Trentacinq. in tit. de appellat. resolut.8.lib.2.num.10. Surd.decis.143. num.4. & 5. Bredorod.de appella. part.1. tit.20.vel cum clausula in parte, & partibus.

14 † Limita septimam, non procedere, quando in illa causa essent latę diuersæ sententiæ contra plures, nam alius non posset illis adhærere. Oldrad.cons.255. num. 5. & ità limitat. Felin.in dicto. cap. cum super nu. 7. circa med. de re iudicat. Lancellott.d.cap.12. ampl.11. nu. 11. per text.in .l. si quis separatim in principio, & §. fin. vers. cæterum .ff de appellatio. Bald. in .l.1.C. si vnus ex pluribus, vel si causæ sint distinctæ adeò, quod non sit eadem decisionis causa. d.§. fin. vers. cæterum &c. ff. de appell. Lancell d cap.12. ampliat.12. nu.1c.

15 † Declara primam regulam, vt licet consortes eiusdẽ litis non sint nominatim in supplici libello appellatorio expressi, attamen appellatio vnius, proderit omnibus consortibus, quando causa est communis, & omnibus competit; secus verò si esset diuersa, & separata. Mysinger. sing.obser. centur.2.obser. 66.num. 1. & seq. ☞ vbi refert, ità fuisse in illo Consilio decisum. anno 1541. die 28. Septembris. Rum. cons.26.n.3.& seq.lib. * 4 vbi attestatur de communi, * & Paris.cons.60.lib.1. Beroms.cons.113.nu.4.lib.3., vbi addit ab hac communi, neq; in consulendo, neq; in iudicando esse recedendum, per glos.in d. l. si qui separatim.in fine. Rug. de appell.§.2. cap.4.num.27.& 29.Oldrad. cons.290. num.1. secus verò esset dicendum in nostris litteris appellatorijs, nam ad hoc vt etiam litis Consortibus prosint, necesse erit, vt preces communi nomine sint porrectæ, & alii litis consocij sint expresse in precibus nominati. per text. in .l. 1. vbi glos. Cyn. Iason. Bart. & Bald.nu.2.& sequen. & DD. C. de diuers. rescript.Cran. cons. 45.nu. 2.& 3. P.Grego.in cap.52.num.4.lib.1. de rescript. Menoch. de arbitr.casu 203 nu. 26. quia rescripta sunt stricti iuris, & non extenduntur ad res, nec personas in eo non compræhensas. Oldrad.cons.257.nu.34. Magon.in Rota.Lucens. decis.52.nu.8.Costa.de re integra distinct. 22.num.2.per tex. in .l. quicquid astringendæ.ff. de verb. oblig. P Greg in cap.14.lib.1. de rescript. nu. 2., verùm se extendit ad connexa, vt ibidem.nu.4.circa fin. Bened. Capr.suis. commun.part.1.concl. 50. num.3. & 4.Verall. decis.191. nu. 6. part.2. Garzias de explicatione priuilegiorum. num. 1139. Magon. loco citato. num. 23. Bald. in dicta .l. 1.nu.2. in fine inquit in connexis hanc regulam procedere, secus verò in separatis, & sic rescriptum extenditur etiam ad alios in precibus expressos licet rescriptum vni tantum sit concessum, P.Greg.Bald.Castrens.per Cyn. in d. l. 1. C. de diu. rescript. & alijs locis citatis.& de Lancell.de attẽ.cap.12.ampl.11.n.14 de his latius diximus in preludio, quãdo vnum, per totum, & connexa dicuntur quando vnum pendet ab alio. Ludouis.decis.223.num.7.

16 † Declara secundam, vt vbi appellatio interponatur seorsum, per necessarium deffensorem pro suo interesse & tunc proderit successori singulari in actione reali, vbi intra decendium de iure communi, & quatriduum ad formam præscriptam ex Cæsar. Mediolani Constit. in tit. de appellat. sit interposita, per Franc. de Pont. cons. 6. & 7. Costa.de re integra.d. distinct. 98. nu. 1. in fine. & 2.l.4.§.1.ff. de appellatio. & .l.1. C. si vnus ex plurib. appell. Gailhausen.de arbitr. Iud. cap.5. Ramus. 2. nu.8. ac contum. actor. secus verò si vellet prosequi alius tertius litigator, nam eo casu etiam post decendium, vel quatriduum admitteretur. Costa.de remedijs subsid. dicto remed. 56 num.7. per Gail.obseru.122.num.5.lib.1. circa med. Oldrad cons.255.nu.7.

17 † Declara tertiam, vt vbi appellatio prodesse posset, tertio prosequẽti, tàm quò ad plenam victoriam, quàm quò ad aliqualem pręsumptionem, poterit ille assistere, etiam post tempora pręscripta ad appellandum. Bartol. in .l. 1. C. qui admitt. Felin. in dicto. cap. cum super. num. 11, vers. ita oportet &c. de re iudic. Rugineli. de appellat. §.6. glos. prima. capitul primo. num. septimo. Verùm vbi appellatio interposita à principali, non esset apta prodesse ipsi tertio, tunc si tertius vult prosequi appellationem ab alio interpositam, non potest, post lapsum tempus ad appellandum. Felin. dict. capitul. cum super num. 11. circa med. vers. 2. restrictio &c. secus verò in alio collitigante, cui statim, atq; aduersarius appellauit, fuit virtus appellationis à iure communicata, vt signanter per Ludouis. decis.581 nu. 6. & hoc in re indiuidua, per Felin quo supra. n. 9. in fin. Gratian.discept.par.1. cap.115. nu.37.

18 † Declara quartam, vt vbi agitur de appellationis ratificatione, alium nomine meo interpositæ, tunc debet adhæsio, & ratificatio fieri intra tempus ad appellandũ præscriptũ. Guid. Pap.decis.14.n 1. Oldr. cons.329.n.9. quod currit de iure communi a die scientię, & in hac

Curia

Curia, & Dominio nostro, à die intimationis sententiæ pro forma requisitæ ex præscripto Cæs. Constit. in tit. de appellat. *Costa de facti scient. & ignorant. distinct. 31. centur. prima, numero 10. Bim. consil. 3. volum. primo, Plot. in l. si quando, num. 516. C. vnde vi, Curt. sen. consil. 32. numero tertio*; nam alias sententia transiret in iudicatum, *vt per Berete. consilio 88. num. 13. Natta consilio 348. num. 4.*

19 † Ideo limita non procedere, quando quis appellauit nomine proprio intra tempus à iure præscriptum; tunc tertius poterit illi assistere, licet etiam sit extra tempus, nec habet locum, *tex. in l. bonorum, ff. rem ratam haberi. Abb. in dicto cap. Cum super. columna antep. de sent. & re iud. versiculo quæro numquid &c. & post eum Felin. ibid. numero vndecimo, circa medium, vers. secunda restitutio &c. Bald. in l. prima, C. qui admitt. modo appellarie, esset apta prodesse ipsi interuenienti, per Oldrad. consil. 255. num. septimo, Franc. de Ponte, consil. 7. numero 11.* & hoc, non per viam ratificationis, sed per modum prosecutionis, *Costa de facti scientia, d. distinct. 31. numero 12. circa medium, versicul. aut quis &c.* nam statim atque alius appellauit, etiam alio colliganti fuit virtus appellationis communicata à iure, *Ludouis. decisio. 581. numero 6.* maximè cum adhærentes dicantur, & ipsi appellantes, ac vnus, & idem spiritus cum appellante, *Oldrad. consil. 290. numero 1. 2. & sequent. Brederod. de appellation. par. secunda, titulo 20. fol. 407. Magon. ad Rota Florent. decisio. 55. num. 26. Costa de remed. subsid. remed. 56. numero 3. Franc. de Pont. dicto consilio sexto. & septimo, Bott. Cremonens. consilio 09.*

20 † Declara quintam, quòd scilicet appellatus poterit vti appellatione appellantis, licet appellans illi renunciasset, *Cran. consil. 80. numero 10. per text. in capitulo 1. de appellation. in 6. Bart. in l. si quis libellos, C. de appellation. Lancello t. dicto capitulo duodecimo. ampliatione duodecima numero duodecimo.* quòd intellige, quando est effecta communis, *Costa de re integra dicta distin. 58. numero 6. Surd. decisio. 143. numero secundo, Bursat. consilio 145. num. 31. cum sequentibus volumine 2.* hoc est post citationem, & præsentationem literarum, *Ludouis. decisio. 552. numero 7. & 8. Magon. sub Rota Lucens. decisio. 52. numero primo,* cùm alias liceat pœnitere, vt ibi nu. 2. & 3. *Gallarat. de Renunciatione, tomo secundo, renunciatione quinta, numero sexto, septimo, & sequent.* Cùm possit illi renunciare ante ius parti acquisitum, vt ibi per eum latius &c. & sic declaratur statut. Mediolani capitulo 131. volumine primo, ibi scilicet, quam commissionem, teneatur appellans, uel appellatus; secus verò si res non esset amplius integra, & ageretur de præiuditio appellati. *Felin. in c. ex parte, 2. numero quinto, & sexto, de rescriptis, Ofascus decisio. 131. numero 12. & 13. Costa dicta distinct. 58. num. 10. & 12.*

21 † Declara sextam, quòd vbi nempè biennio nondum elapso, reuisio fuerit ab vno ex colligantibus nomine etiã aliorum consortium petita, per Cæsar. Constit. huius Domin. in tit. de Senat. § à decretis ibi in termino à iure præfixo, hoc est intra biennium, vt in specie tra d. *Menoch. de arbit. in addit. q. 70. n. 13. & 39. per tex. in auth. quæ supplicatio. C. de precib. imper. offerend. Iason cons. 16. ad fin. lib. 3.* tunc proderit etiã, & alijs consortis adhærere volentibus, vt post multas distinctiones tradit *Giurba d. decis. 30. n. 8. 11. & 14.* vbi aduertit etiã procedere à die, quo parti reuisio fuerit notificata per d. auth. quæ supplicatio. & l. 1. C. de off. Præfect. Pretor. Verùm executio statim fieri debet, ac etiam deposito aureorũ centum penes Secretarium ipsius amplis. ordinis; sed de iure communi, vbi petita esset reuisio intra decem dies, victor tenetur præstare fideiussionẽ de restituendo etia in casu succumbẽtiæ, vt optime aduertit idẽ *Menoch. d. qu. 70. n. 39. circa med.*, secus verò, si elapsis dictis decẽ diebus sit petita, quia nullam præstabit fideiussionẽ, *vt per Iason in d. auth. quæ supplicatio. n. 6. Loffred. cons. 14. nu. 71. & est communis opinio ad trad. per Lancellott. de attent. c. 12. lim. 50. n. 73. per Carau. rit. 252. n. 15. qu. 7. vbi latè &c dixi.* etiam modò nomine aliorum petita sit reuisio, quia Mediolani obtinentur litteræ huius reuisionis à Senatu Excellentissimo; & ideò, cùm beneficiũ non impartiatur, nisi petenti, *vt per Monter. decis. 35. n. 83.* & in rescriptis debeat etiam aliorum consortium mentio fieri, vt supra allegauimus, *per text. in l. 1. vbi Iason, & aly. C. de diuers. rescr.*: ea propter, & de eis est mentio facienda in precibus, sicuti dicitur de Lusitanis à Principe petentibus reuisionem dari, *vt per Velasc. decis. 51 num. 8. Giurba d. decis. 30. nu. 9. videas &c.*

22 † Declara septimam, quòd quilibet tertius veniens ad causam, debet saltem summariè de iure suo docere antequam admittatur, & debet admitti in eo statu, & gradu, in quibus causa reperitur, *Felin. in d. cap. Cum super nu 15. & 16. de re iudicata. Couar. pract. quæst. cap. 13. & 15. per totum, Franc. de Ponte cons. 6. & 7. Gail. pract. obser. lib. 1. obser. 69. nu. 4. & obser. 70. nu. 23. & 71. num. 1. eod. lib. Vant. de nullit. in tit. quis. poss. dicer. de nullit. nu. 22. & 25.* Secus verò si adesset præsumptio malitiæ ad impediendum causam, & vt faueat reo differendo expeditionem; nam eo casu non esset audiendus, *Felin. in cap. veniens. col. 4. de testibus, vers. fallit pri. Vant. loco citato, nu. 27.* Verùm vtrum intra quatriduum, præscriptum ex Cæsar. Constit. huius Dominij, in tit. de appellatio. sit audiendus, & intra decendium de iure cõmuni, adhoc, vt res clara remaneat, sunt distinguendi tres casus; primus erit, quando ipse tertius, venit non per viam adhesionis, sed ad prosequendum tantum causam appellationis pro suo interesse, ab alio tamẽ interpositam, tunc enim etiam post quatriduum audietur, *per tex. in l. à sententia §. Idẽ rescripsit. vbi Bart. & aly, ff. de appell. Oldrad. cons. 155. nu 4. & 7. Rebuff. in tit. de arestis, glos. vlt. art. 1. nu 5.* Secundus ille erit, quando iste tertius vult dictæ appellationi adhærere, & tunc illam appellationem intra quatriduum debet ratã habere, *per text. in cap. vt circa, de elect. in 6.* Tertius est, quando idem tertius principaliter vult appellare pro suo interesse, & tunc requiritur nedum, vt intra dictum quatriduum appellet, verùm etiam, & causas exprimat & nuncupatim grauamina describat, *per tex. in l. 2. ff. de appell. Ita intelligendus est Costa de re integra. d. dist. 58. nu. 1. & de remed. subsidiar. remed. 56. num. 7. per Gail. pract. obser. lib. 1. obser. 122. num. 5.* quæ omnia intellige procedere, modò non essent latæ plures sententiæ contra diuersos, nam eo casu vnius appellatio non poterit prodesse alteri, cũ non sit eadẽ causa deffensionis, *vt per Oldrad. d. cons. 255. num. 5. circa med per tex. in l. 1. & 2. C. si plures vna sent.* maximè in causis separatis vbi per vnum tantu appellatum extiterit *Felin. in d. c. cum super, nu. 6. de re iud. Lancellot. de attent. d. c. 12. ampliat. 11 nu. 11.*

23 † Obserua primo, & nota, sententiam pariter in causa nullitatis in fauorẽ vnius prolatam, prodesse etiã alijs litis consortibus, *Bald. in l. 1. in fine, vbi Cyn. C. si vnus ex pluribus &c. Vant. de nullit. in tit. quot, & quib. mod. null. in iud. propon. poss. n. 22. per Franc. in cap. vna sententia. in fine. de appell.*, quòd intellige, modò sit omniũ par causa deffensionis, ac eadem iure vtantur, *l. si quis separatim. ff. de appell.* veluti si vnus obijceret sententiam irritari ex eo, quia ipse non fuerit citatus, sententia ipsa quo ad alios non iuuaret, quia respectũ aliorum cessat causa nullitatis, *l. vnica. C. si commun. eadem in causa* militet dispar causa deffensionis. *l. nam & si, §. fiuns, & l. circa, ff. de inoff. testam. Vant. loc. citato. num. 123. & sequentibus.*

24 † Obserua secundo, quòd licet etiam in precibus appellatorijs, esset adiecta clausula, pro se, & adhærere volentibus, adhuc tamen ipsa adhæsio non defertur.

nisi fiat re integra, hoc est intra præfixum tempus à iure communi, *ita not. Bonerius suis singul. in cap. appellatio &c. num. 26. & post eum Costa de re integra d. dist. 58. num. 5. per Brederod. de appell. par. 2. tit. 20. vers. Adhærens &c. pag. 407.* quòd est intra decendium de iure communi, & quatriduum ad præscriptum Cæsar. Constitut. huius Dominij, in tit. de appell. Ità scripsit dictus Costa loco citato num. 1. in fine. per Franc. de Ponte cons. 6. & 7. Ideò erit necesse, vt in specie preces Principi offerantur, nedum nomine impetrantis, sed etiam nomine aliorum consortum eorum nomina, & cognomina exprimendo, adhoc, vt illis litteræ appellatoriæ debito tempore porrectæ, alijs possint prodesse, *per tex. in d. l. 1. vbi Cyn. Bald. Bart. & alij, C. de diuer. rescript. ita etiam explicat P. Gregor. in cap. 52. num. 4. de rescript. lib. 1.* prout etiam dicitur de saluoconductu, qui prodest fideiussoribus, si eum in precibus fuerint in specie nominati, *vt eleganter tradit Rebuff. in tit. de litteris dilatoriis ann. glos. 1. art. 1. num. 42. in fine. & post eum Menoch. de arbitr. Iudic. casu 203. num. 26.*

25 † Obserua tertio, quòd in hac Curia litteræ appellatoriæ non ab alio Magistratu sunt impetrandæ, quàm à Senatu Excellentissimo nostro, quæ de forma Cancellariæ emanare solent, sicuti etiam in Regno Galliæ seruari, *tradit Rebuff. super Constit. Regni, tom. 1. in tit. de euocat. art. 1. num. 94. per DD. in rubr. de appellation.* cum sapiant defensionem, *l. 1. & 2. ff. de Iust. & iure,* ob id, cùm litteræ, & rescripta sint personalia, nec egrediantur personas in eis non compræhensas, *per tex. in c. significante. de rescript. & cap. P. & G. de off. deleg. vbi glos. & DD. passim:* ea propter de stylo Curiarum nõ seruatur rubrica, C. si vnus ex pluribus appell. vbi quòd appellatio vnius prodest alij consocio, nam requiritur, quod quilibet exprimatur in precibus, & appellet, alioquin non poterit iniori appellationi alterius, nec sententia, quoad eum reformabitur, & ità fuisse conclusum in Curia Burdegal. reffert Boer. decis. 73. nu. 8. circa finem, per Ægid. de Lame. cons. 18. col. 3. & ità etiam seruari in Francia, tradit Rebuff. ad Constitut. Regn. in tit. de appellation. in præfat. num. 26. tomo 3. Imo hoc etiam procedere, quoad expensas voluntariè factas, quas non poterit is petere, qui non appellauit, nec alio beneficio adhæsionis, prout ità decisũ fuisse per ☞ Senatum anno 1544. die 15. Maij, reffert idem Rebuf. ad Constit. Regias tom. 1. in proemio glos. 5. num. 98. vbi etiam tradit, posse obtinere quis litteras Regias, vt sententia, siue aresium et supplicanti prodesse possit, licet non appellauerit, & reffert ita vidisse seruari contra cap. ex parte 2. de rescriptis.

26 † Obserua quarto, hac ratione, quòd cum litteræ prorogationis fatalium impetrari soleant à Senatu Excellentissimo, cum expressione aliorum litis consortũ, quòd eo casù prorogatio facta, & vni eorum consortũ cõcessa, excusabit alios consortes in desertione; Thom. de Thor. decis. 12. incip. procurator., *Lancellott. de attent. cap. 12. ampliat. 11. num. 3. & 14. per tex. in d. l. 1. C. de diuers. rescript. vbi Iason, Bald. & alij, Rota decisio. 779. num. 30. lib. 1. diuersorum.* Consors autem dicitur ille, qui habet litem communem contra aliũ. *Menoch. consil. 123. num. 39. lib. secundo, & per Gozad. consil. 79. colum. 1.*

27 † Obserua quinto, quòd de iure communi volens adhærere appellationi alterius, id facere debet intra 10. dies datos ad appellandum, & eam appellationem ab alio ex consortibus interpositam ratificare, *Bald. in auth. hodie. num. 6. vbi Salycet. nu. 4. C. de appellat. per text. in cap. vt circa de appellation. in sexto, Oldradus consil. 326. numero 17. & consil. 376. in fine, & 329. numero 9. Lancellott. de attent. capit. duodecimo, limitatione 50. numero 59. 60. & sequent. vsque ad numerũ 69. Magon. in Rota Lucens. decisione noua, numero 29. Contard. ad leg. vnic. limitatione 23. numero 20. & 21. C. si de momentanea possess. Gail. practicar. obseruat. lib. primo, obseruat. 122. numero quinto, Apostillator ad* ✱ *Mediolani statut. cap. 131. volumine primo, numer. 151.* & de eorundem omnium testatur Grauat. ad Vestriũ, lib. 7. cap. 3. num. 49.

28 † Limita hanc regulam, non procedere, quando appellatus vellet appellationem prosequi post lapsum termini ad eam prosequendam, & impetrauerit superinde litteras, tunc enim, & appellans deberet ad prosequendum admitti, quia litteræ sunt communes, *Ità scripsit Panorm. in cap. ex parte, 2. de rescriptis. numero octauo, circa medium. versicul. & aduerte ad vnum &c. & post eum Dec. in capitul. Oblatè, numero quarto, de appellation. per Rotam decisione sexta, in nouis. & decisione 37. de appellation. in nouis. Costa de re integra, distinctione 58. num. 5.* Ea propter

29 † Obserua sexto, & declara, eadem ratione, quòd licet appellãs post lapsum fatalium ex persona sua prosequi appellationem non possit, attamen, si appellatus intra fatalia rescriptum impetrauerit, vel prosequi inchoauerit, & prosequatur post lapsum fatalium, tunc ipse appellans poterit ex persona appellati etiam lapsis fatalibus suaoi prosequi appellationem, *Osasc. decisio. 28 numero octauo, per tex. in l. secunda, § final. Cod. de temp. appellation. Bart. in auth. ei qui, circa finem. Cod. de tempor. appellat. versicul. venio ad finem, &c.* quod intellige præsertim habere locum, si de desertione appellationis non opponatur, *Dec. in cap. ex ratione, de appellat. Osasc. loco citato, numero nono, & decimo, per Felin. in cap. Rodulphus. de rescriptis, versicul. limita secundo &c. colum. 24. Costa de re integra dicta distinct. 58. num. 5. in fine.*

30 † Obserua septimo, quòd appellatio, vel reuisio petita in parte, & partibus, contra se facientibus, non retardat executionem illius partis in qua fuit pro appellante iudicatum, cum sint causæ omnino distinctæ, & uti nullam coonexitatem in se habentes, *Boer. decisione 73. numero quarto, Lancellot. de attentat. lite pendente, limitatione secunda, numero 12. Ludouis. decisione 552. numero tertio, vbi Beltramin. numero octauo, alias secus. Gabr. consilio 38. numero secundo, tertio, & sequentibus, libro primo. Ludouis. decisione 223. numero quinto.*

31 † Obserua octauo, & limita, quòd licet appellationi interpositæ in parte, & partibus, quatenus contra, non possit appellatos adhærere; attamen hoc non procedit, quando Capitula essent inter se connexa, quia tunc non obstante appellatione, poterit appellatus illi adhærere, *Lancellott. de attent. parte 2. cap. 12. limitat. 44. numero tertio, Gabr. dicto consilio 38. numero secundo & tertio cum sequent. Ludouis. dicta decisione 223. numero quinto, vbi Beltramin. numero nono. circa finem, & dicta decisione 552. numero tertio, & sequentibus.*

32 † Obserua nono, quòd vbi appellans differat appellationem præsentare, & illam prosequi, poterit appellatus obtinere litteras, effectus, vt Iudex eidem supplicanti statuat terminum breuiorem ad docendum de ipsa appellatione, & ad eam committi faciendum, aliter quod eo termino elapso procedat ad vlteriora, prout etiam seruari in Regno Galliæ, & litteras anticipationis dici, tradit *Rebuff. in titulo de anticipatione rubr. glos. vn. numero primo. secundo, & sequentib. per tex. in cap. personas, vbi Dec. num. 10. de appellationib. idem Dec. in capitul. Oblatè. numero secundo eod. & colu. penult. versicul. in glos. Menoch. de arbitrar. Iudic. casu 204. numero tertio, & quarto.* cùm maximè appellans possit expectare vltimum mensem anni ad eam appellationem prosequendam, *per text. in authent. ei qui, C. de tempor. appellat.* & per dispositionem statutariam Mediolani capitulo 131. volumine primo, datur annus, modò supersint dies viginti vtiles, ad eam appel-

appellationem committendam, ea propter arbitrio Iudicis relinquitur, num appellatus nimium præcurrat in impetrando huiusmodi litteras ad docendum de appellatione, *vt trad. Dec in dicto cap. oblata col. 2. circa fin. nu. 6. circa med. vers. quarto quia, de appellatio. Menoch. dicto casu 204. nu. 5.* easdem litteras poterit appellatus impetrare, quando quis ad Senatum appellasset in casibus à iure permissis, prout ità fuisse iudicatum in supremo Senatu Galliæ anno. 1510. die 9. Iulii, *trad. idem Rebuff. dicto tit. de anticipationibus glos. vn. num. 9. & 10.* qui terminus debet esse competens, iuxta facti contingentiam, *per text. in dicto capitul. oblatè de appellatio. vbi Dec. num. 5. Abb. & alij*, & ex causa poterit etiam prorogari, *vt per Dec. in dict. cap. personas. num. 13. & cap. cum sit Romana. num. 13.* respectu etiam absentis, vel distantiæ locorum, & qualitatis personarum, *vt ibi nu. 6. 7. & 8. de appellatio.* etiam virtute litterarum, *vt ibi nu. 15.* sic igitur

33 † Obserua decimo, quòd vbi appellans promisisset istud tempus à Iudice statutum ad docendum de appellatione, ex vi litterarum Senatus vt sup. forte labi, non propterea ferri poterit sententia, vt appellatio ipsa censeatur deserta, cum saluum sit ius appellanti, quoad deuolutiuum, sed tãtum operabitur, quò ad suspensiuum, quia Iudex à quo, poterit procedere ad executionem. *Seraph. decis. 565. n. 6. per Dec. in d. cap. personas. nu. 10. de appellat. vbi Felin. nu. 2. Roman. singul 163. Federic. cons 128. Rota decis. 13. de appell. in nouis. & decis. 40. in antiquis. eod. tit.*, cum etiam Iudex ipsæ à quo, etiam impedimentis non attentis, suam sententiam exequi poterit, etiam citra vitium attentatorum. *Card. Seraph. decis. 1335. n. 1. Federic. de senis. cons. 27. nu. 2. Lancell. de attent. cap. 12. limitat. 14. nu. 6.* & de his alibi diximus, *vide in prælud. 7.* in verbo litteræ anticipationis.

34 † Obserua vndecimo, quod etiam absque dictis litteris ad docendum de appellatione, poterit appellatus eandem appellationem prosequi, vbi litteræ appellationis fuissent præsentatę etiam inuito appellante. *Rota. decis. 1. alias 38. de electio. Costa de re integra. d. distinct. 58. n. 6.* cum sint effectæ cõmunes, *per text. vbi Abb. in c. ex parte. 2. vbi scribentes, de rescript. Vuames. cons. 186. Surd. decis. 175. nu. 11.* & sic iste appellatus, vbi etiam dictæ litteræ non fuissent præsentatæ, sed aliter de eis appareret, coram suo Iudice poterit dictas litteras è Cancellaria leuare, & eis vti, iuxta etiam memoratum stat. Mediolani cap. 131. uol. 1. vbi teneatur appellans, vel appellatus &c. *Rngiu. de appell. §. 6. glos. 1. cap. 1. nu. 21. & seqq.*

35 † Obserua duodecimo, non posse litis consortes, litteris appellatoriis adhærere, si de ipsis non appareat, licet etiam eorum nomine fuissent impetratæ, & parti non intimatæ, *Rota decis. 6. alias 41. de appellat. in nouis. & decisio. 1. alias 38. de electione, Felin. in d. cap. personas num. 4. circa fin. de appellat.* cum litteræ non fiant communes, nisi post præsentationem, *Costa de remed. subsidiar. d. remed. 56. num. 5. Ludouis. decisio. 552. num. 2. & ibi Beltramin. num. 7.* cùm alias ante præsentationem posset impetrans illis renunciare, *Milius in suo Aureo Repertorio. §. appellans potest re integra &c. per Ioan. Andr. in cap. interposita, §. illo, de appellat.* maximè cessante interesse appellati, *Costa de re integra, d. distinct. 58. num. 14. et dist. 60. nu. 7. Ludou. d. decisio. 552. Gallar. de renunt. tomo 2. renunt. 5. num. 7.*

36 † Obserua decimotertio, & vltimo, quòd non sufficit inhibitio emanata appellatione pendente, adhoc, vt litteræ dicantur communes, nisi fuerit pars citata ad dicendum contra litteras, & eas præsentandum, cùm alias interim sit locus pęnitentiæ, nec appellatus posset eis vti, vbi impetrans eis vti nolit, *Rota decis. 317. nu. 1. par. 2. in recentiorib. & nu. 2. Bald. in cap. ex conquestione nu. 6. de restit. spoliat. Gallarat. de renunc. to. 2. d. renunc. 5. num. 6. Ludouis. d. decisio. 552. num. 8. per Aretin. consil. 33. num. 3.* vbi etiam limitat non procedere, quando vigore litterarum, appellans deuenerit ad plures actus, tunc enim efficeretur communis, *per Rot. decisio. 17. de dolo, & contumacia in nouis.* Beltramin. *d. decisio. 552. nu. fin. circa finem, Guid. Papa decis. 456. num. 3. Bellamer. decisio. 100. & 117. Bald. consil. 308. num. 1. lib. 5.* Fallit quando partes non contradicerent, quia tunc valeret, *Aegid. decis. 48. Vant. de nullit. ex deffectu iur. ordin. nu. 75. Gratian. discept. forens. cap. 170. nu. 24.*

Rescriptum quando aliis prosit.

PRAELVDIVM XVIII.

COMPENDIVM.

1 *Rescriptum in communi causa ab vno ex sociis impetratum, regulariter, prodest aliis litis consortibus, si preces communis nomine porrectæ sint, licet vni soli responsũ sit.*

2 *Amplia primo, hanc regulam, procedere etiam in litteris restitutionis in integrum per minorem impetratis: nam & alijs maioribus prosunt, ratione indiuiduitatis.*

3 *Amplia secundo, idem esse, si minor vteretur priuilegio, & electione fori, nam tali electione vti possent alij litis consortes.*

4 *Amplia tertio, idem ius nancisci posse in litteris delegatorijs, ac etiam causarum commissionibus: nam priuilegium vnius, suffragatur alteri.*

5 *Amplia quarto, idem esse dicendum in appellatione ab vno interposita: quia proderit alijs adhærere volentibus, & quomodo.*

6 *Amplia quinto, idem ius nancisci posse in restauratione, & prorogatione instantiæ: nam alijs consociis proderit ad eos excusandum a desertione.*

7 *Amplia sexto, etiam habere locum in fideiussoriis litteris, ab vno ex vniuersitate impetratis: nam traherentur ad singulos de ipsa Vniuersitate.*

8 *Amplia septimo, idem ius fonere in litteris per aliquem alicuius Capituli, Hospitalis, vel Congregationis impetratis.*

9 *Amplia octauo, idem esse in litteris remissionis caducitatis; nam alijs maioribus proderit, ratione solidicatis.*

10 *Amplia nono, procedere pariter in priuilegijs ad litis decisionem pertinentibus; nam concessum vni litigatorũ proderit, & alteri.*

11 *Amplia decimo, habere etiam locum in sententiis ab vno ex socijs obtentis, quæ aliis etiam proderit ratione communionis.*

12 *Amplia vndecimo, idem esse in communi causa ab vno ex fratribus instituta: nam alterum fratrem iuuaret.*

13 *Amplia duodecimo, idem esse in causis transactionis, vel præscriptionis, pro minoribus actitatis, adhoc, ne aliis currat præscriptio, nec transactio noceat.*

14 *Amplia decimotertio, idem esse in causis, vbi Consilium sapiẽtis petitum sit; nam ratione cõmunis proderit aliis.*

15 *Limita primam regulam, non procedere: si in precibus de aliis consortiis mentio non sit facta, eo enim in casu, alios litis consortes non iuuaret.*

16 *Limita secundam regulam, sibi locum non vendicare, si minor contra alium minorem litteras restitutionis impetrasset: nam eo in casu, sicut nec ipsi proderit, sic etiam nec aliis, & cur?*

17 *Limita tertiam regulam, vires nancisci non posse, si causa non esset indiuidua: nam vnusquisque coram suo Iudice conueniendus est.*

18 *Limita quartam Regulam, non procedere, si alij consortij huiusmodi delegationem, et commissionem ignorassent: nam illos hoc in casu iuuare non posset.*

19 *Limita quintam regulam, non habere locum, si litteræ appellationis essent emanatæ cum clausula, in parte, & partibus: nam alij consortij huic appellationi adhærere non possent.*

20 *Limita sextam. Reg. sibi vires nancisci nequire, in causa, et litè diuisibili, nam illo casu alijs prodesse non poterit.*

21 *Limita septimam Reg. non habere locum, si de vniuersitate, vel alijs in precibus, mentio facta non fuisset, nam ad alios non traheretur ipsa fideiussio, & quomodo.*

22 *Limita octauam Reg. nō procedere, si alij de vniuersitate, congregatione, & capitulo, contradixissent dicto rescripto obtento, ante illius præsentationem, allegātes nolle dicto rescripto vti, nam eo casu alijs contradicentibus preiudicare non posset.*

23 *Limita nonam reg. nō procedere, quando dicto minori esset in diuisione obuētum creditum, super quo caducitas esset remissa, nam minori tantum competeret dicta remissio, & non alijs.*

24 *Limita decimam reg. quando priuilegium, vel rescriptum esset emanatū & c. ad partis instātiam absq; causa cognitione, nō alijs nō proderit huiusmodi rescriptum cū non haberet vim legis, nec pro exemplo allegari posset.*

25 *Limita vndecimam reg non procedere, si agatur de sententia condemnatoria, siue absolutoria in causa criminali vnius ex Inquisitis, nam eo casu non prodest alteri.*

26 *Limita duodecimam non sibi locum vendicare, si alter ex fratribus huiusmodi causam ignorasset, eo enim casu illum non iuuaret.*

27 *Limita decimā tertiā reg. quando præscriptio esset decursa, vel transactio, facta ante obitū Patris dicti minoris, nam eo casu minori, & alijs nocerent huiusmodi præscriptio, & transactio.*

28 *Limita decimamquartam reg. non procedere si causæ in quibus fuit petitum sapientis Consilium essent diuersæ, & separatæ, nam petitio vnius non proderit alteri.*

29 *Declara primam reg. quod licet in literis, nomen propriū litis consortum appositum non sit: attamen sustinetur si nomen appellatiuum tantum apponatur*

Et quid Senatus noster consueuerit.

30 *Declara secundam reg. quod rescriptum regulariter nomine proprio impetratum, ad aliam personam non porrigitur, nec ad rem in eo non expressam, & cur?*

31 *Declara tertiam reg. quod si essent plures Inquisiti de vno delicto, quòd vnusquisq; per suum Iudicem puniri debet, & quomodo.*

32 *Declara quartam reg. quod licet maior non vtendo via, amittat seruitutem: attamen si habeat socium minorem iuuabit ex illius Priuilegio.*

33 *Declara quintam reg. causam appellationis vnius, prodesse omnibus litis consortibus, etiam in appellatione nō nominatis, quando causa deffensionis omnibus competit, & inter vincentes causa est communis, secus autem in causa diuisa, & separata.*

34 *Declara sextam reg. quod si essent plures Instantiæ, & plures personæ in diuersis causis, nō proderit alijs in precibus non nominatis.*

35 *Declara septimam reg. quod fideiussio præstita in fauorē vniuersitatis, & simpliciter accepta cēsetur eo modo, quo agebatur, & quo ad omnes qualitates ipsius causæ.*

36 *Declara octauam reg. quod si euictio facta fuisset contra vnum ex correis ipsius vniuersitatis, quod etiam perpetuaret, & præiudicaret contra alios.*

37 *Declara nonam reg. quòd si vnus ex fratribus haberet vsumfructum, minor verò proprietatem, cum res esset diuidua, non posset alterum iuuare.*

38 *Declara decimam reg. quod rescriptū declarans dubium iuris, habet vim legis, & potest pro exemplo allegari.*

39 *Declara vndecimam reg. quòd sententia lata contra vnum, potest alijs præiudicare, secus vero quando sententia est lata per contumaciam, nam eo casu tantum contumaci nocet.*

40 *Declara duodecimā reg. quod si vnus ex fratribus haberet possessionem naturalem, & alter ciuilem, nam eo casu non procederet regula.*

41 *Declara decimā tertiā reg. Præscriptionem incohatam cōtra maiorem, currere etiam contra minorem hæredē, nec illi competit restitutio in integrum.*

42 *Declara decimā quartā quòd Consilium sapientis peti potest, tam in diffinitiua, quam in interlocutoria.*

43 *Obserua primo, & nota, quod licet rescriptū non extendatur ad alias personas, quam in precibus nominatas, extenditur tamen ad successores rei, & vtiles eius.*

44 *Obserua secundo, & nota, restitutionem in integrum propriè aliis consortiis non se extendi, nec prodesse, cum sit remedium personale, secus in appellatione, cum ipsa sit remedium iuridicum, & quando.*

45 *Obserua tertio, & nota, quòd si plures deliquerunt, & fuerunt inquisiti, tunc eorum causa poterit separari, & singuli puniri possunt per diuersos Iudices.*

46 *Obserua quarto, quod si causa erit communis, & rescriptum reale sit, tunc erit vtrique parti commune, & quomodo.*

47 *Obserua quinto, & intellige, quod appellatio vnius tunc prodest alteri, quando vna est causa, secus quando essent diuersæ, nam tunc sigillatim ab omnibus est appellandū, maxime quando in precibus fuit expressus tenor sententiæ, nam tunc non est necesse exprimere omnia nomina aduersantium.*

48 *Obserua sexto, quod instantia perempta, pereunt acta iudicij, non autem probatoria.*

49 *Obserua septimo, quod fideiussor videtur intercessisse in omnem casum, & causam, quæ ex natura negotij procedit.*

50 *Obserua octauo, Rescriptum ratione connexionis, extendi ad duo petita, licet vnum fuerit concessum.*

51 *Obserua nono, quod inhabilis gaudet priuilegio habilis, ratione indiuiduitatis causæ.*

52 *Obserua decimo, quod priuilegium, seu rescriptum concessum dignitati, & non personæ, durat, & eius successor tenetur obseruare.*

53 *Obserua vndecimo, sententias latas contra alios non extendi contra Reg. Fiscum, cum ipse sit priuilegiatus.*

54 *Obserua duodecimo, quod responsio facta ad vnam ex duabus quæstionibus, extenditur etiam ad alteram, quando vtriq; est applicabilis ratione connexionis.*

55 *Obserua 13. quod licet rescripta ad alias personas, quam nominatas, non se extendāt; attamē quando alias personas tangit, in illas etiam habet vires, cum in connexis idem sit Iudicium.*

56 *Obserua decimoquarto, rescriptum esse consortibus commune, quandoque intelligi ex parte impetrantis, quandoq; ex parte concedentis, quandoq; ex parte rei petitæ, & aliquando ex parte executionis eiusdem, & quomodo.*

57 *Obserua decimoquinto, quod si causa respectu alicuius personæ non sit appellabilis, eundem operari effectum poterit quoad consortes non priuilegiatos.*

58 *Obserua decimosexto, quod ratione communionis, & immixtionis, maius dignum trahit ad se minus dignum.*

PRÆLVDIVM XVIII.

NVnc sequitur videre in genere, quos effectus operetur rescriptum, in communi causa impetratū ab vno ex collitigantibus, adhoc vt iuuet alios.

1 † Et primo sciendum erit regulariter, quòd rescriptum in communi causa ab vno ex socijs impetratū prodest alijs litis consortibus, licet de ipsis in specie in eis litteris mentio non fiat, voluerunt. *Iaf. in l. 1. C. de diuers. rescript. nu. 1. & in l. Lucius. nu. 17. ff de vulga. & pupill. substit. Crauet. cons. 45. nu. 2. Natt. cons. 5 nu. 4. lib. 2. P. Greg. Tholos cap. 52. n. 4. lib. 1. de rescr. Lancellot. de attent. appell. pend. cap. 12. ampl. 11. nu. 5. Gomez. super reg. Cancell qu. 14. nu. 2. tit. de annual. possess. Butr. in cap quia nonnulli. nu. 7. de rescr. Mysing. cons. 8 in 1 decad. Franc. Marc. qu. delfinal. 149. lib. 2. & Alciat. cons. 41. lib. 8. n. 3. tom. 2. Fach suis controuer. iur. cap. 66. lib. 8. Rota. Luccens. per Magon. decis. 52. num. 23. Gratian. discept. forens. lib. 1. cap 115 nu. 2. Mastrill. decis 42. n. 4. & 8.*

cum

cum seq. lib 1. Seraphin decis. 970. num. 1. Odd. de restit. in integrum, quaest. 46. per totam.

2 † Et ideo amplia primo, hanc regulam procedere etiã in litteris restitutionis in integrum, per minorem impetratis, nam, & alijs maioribus litis consortibus, competere poterit, *Afflict. decis. 213. num. 2. & 3. D. Marius Muta super ritibus mag. Cur. rit. 134. nu. 23. & seq. Petr. Bim. cons. 98. nu. 31. vol. 1. Benintend. decis. 4. nu. 2. Mastrill. d. decis. 42. num. 8. & seq. & decis. 275. nu. 28. lib. 3. Apostillator ad stat. Mediolani cap. 409 num 218. circa medium vol. 2. Vrsil. ad Afflict. d. decis. 213. num. 3. Scac. de appellat. lib. 3. cap. 2 quaest. 7. num. 122. & sequen. Giurba decis. 30. nu. 6. Molfes. ad consuetud. Neapol. qu. 8. par. 4. num. 3. & 4. tit. de success. ab intest. vide Riccium Collectan. 2448. nec potest per eum renunciari. Vincent. de Franc. decis. 269. Ruin. cons 77. lib. 4. Couar. pract. quaest. cap. 7. Mastrill. d. decis. 42. num. 9. & 10. Cardin. Tusch. conclus. 180. num. 2.*

3 † Amplia secundo, idem esse, si minor vteretur priuilegio, & electione fori; nam huiusmodi electione, alij consortij vti poterunt. *Ritius d. collect. 2448. & Bald. in l. praecipimus. 32. in fine. de appellat. Socin. cons. 82. nu. 10. lib. 3. Aretin. consil. 25. viso, col. fin. Gratian. Discept. forens. d. cap. 115. num. 8. Mastrill. decis. 138 num. 8. & d. decis. 42. num. 5. et 13. Natt. cons. 590. Thesaur. d. decisio. 177. num. 2. in fine, & num. 5. Vrsil. d. decis. 213. num. 7., Couar. pract. quaest. cap. 7. per totum.*

4 † Amplia tertio, idem ius nancisci posse in litteris delegatorijs, ac etiam causarum commissionibus; nam priuilegium vnius eò casu suffragatur alteri, *ut per Alciat. consil. 41. num. 3. lib. 8. Salycet. in d. l. 1. & ibi scribentes, C. de diuers. rescript. Gratian. discept. forens. cap. 115. num. 6. par. 1. per text. in l. si communem. 10. ff. quemad. seruit. amitt.*

5 † Amplia quarto, idem esse dicendum in appellatione in communi causa, ab vno ex socijs interposita: nam alijs consocijs prodest, Ruin. cons. 26. num. 3. lib. 4. Paris. cons. 66. lib. 1. num. 1. cum sequent. Imol. in l. si quis, separatim. §. quòd est rescipr. de appellat. & ibi DD. Alciatus d. cons. 41. num. 2. lib. 8. Crauet. d. cons. 45. nu. 2, Ruginell. de appellat. §. 2. cap 4. num. 27. & 29. Mastrill. d. decis. 42. & decis. 273. num. 57. Gratian. discept. forens. d. cap. 115. num. 1.

6 † Amplia quinto, idem ius nancisci posse in restauratione instantiae, vel prorogatione; nam alijs consocijs proderit ad eos excusandum à desertione. *Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. ampliat. 11. num. 13. per Thom. de Thanis decis. 22. quos reffert, & sequitur idem Gratian. d. cap. 115. nu. 4. & 5. discept. forens. vbi de restauratione instantiae per Carthar. in Rota Genuens. decis. 65. per totã, Ruin. cons. 26. num 3. circa fin. lib. 4.*

7 † Amplia sexto, etiam procedere in litteris fideiussorijs, ab vno ex vniuersitate impetratis; ad singulos .n. traherentur de ipsa vniuersitate. *Crau. d. cons. 45. nu. 2. circa finem, vers eodem modo &c. & num. 3. in fine, & post eum Gratian. discept. forens d. cap. 115. num. 3:* nam istae litterae, seu fideiussio praestita, intelligitur fauore omnium de Vniuersitate, si communi nomine fuerint impetratae. *Ias. in l. Lucius, num. 17. ff. de vulga. & pupill. substit. & d l. 1. vbi omnes scribentes, C. de diuers. rescript.*

8 † Amplia septimo, idem esse in litteris per aliquem alicuius Capituli, Hospitalis, vel Congregationis impetratis, quia ab omnibus impetratae censentur, & sic illis poterit praeiudicare. *Bellamer. decis. 583. & sequenti. Marchesan. de commiss. in tit. de commission. signat. gratiae cap 2. par. 1. num. 85. Mastrill. decis. 275. nu. 46.*

9 † Amplia octauo, etiam procedere in litteris remissionis caducitatis per minores obtentis: nam alijs maioribus proderit ratione soliditatis, *per text. in leg. quòd si minor. §. restitutio. ff. de minor. Caldas in l. si curatorem, vers. sua facilitate, C. de in integr. restitut. Miluas. cõs. 202. & cons. 118.* sicut de in integrum restitutione dicitur, *Riccius Collectan. 2448. Mastrill. decis. 42. num. 8. et vt supra num. 2.*

10 † Amplia nono, idem esse dicendum in priuilegiis ad litis decisionem pertinentibus: nam vni concessum ex litigatoribus proderit alteri. Dyn. in reg. in Iudiciis, nu. 4. & 5. ff. de reg. iuris, Gail. pract. obser. lib. 1. obser. 122. num. 5. tex. in l. vnicuiq; de proxim. Sacr. Scrin. lib. 12. & in l. fin. C. de fruct. & lit. expens. & in §. sed, & quòd Principi. ff. de Constit. Principum.

11 † Amplia decimo, habere etiam locum in sententiis, ab vno ex sociis obtentis, quae aliis etiam prosunt ratione communionis, Alex. cons. 186. lib. 2. num. fin. in fine, per tex. in l. si qui separatim. §. quòd est rescriptum, de appellat. Crauet. cons. 45. num. 2. circa medium, & cõs. 206. num. 7. per tex. in l. res haereditariis, ff. de crim. expil. haered. Ruginell. de appellat. §. 2. cap. 4. n. 27. Bertaz cons. 538. num. 10. vol. 2.

12 † Amplia vndecimo, etiam procedere in causa communi ab vno ex fratribus instituta, nam alterum fratrem iuuaret, Crau. d. cons. 45. num. 2. Alciat. cons. 41. lib. 8. num. 3. Rota Lucens. per Magon. decis. 52. nu. 23. Lancellott. de attent. par. 2. cap. 12 ampliat. 11. num. 5. Fachin. controuers. iuris, cap. 66. lib. 8. in princip. Natta cons. 5. num. 4. lib. 2.

13 † Amplia duodecimo. idem esse in causis transactionis, vel praescriptionis pro minoribus actitatis, adhoc, ne aliis currat praescriptio, nec transactio noceat, Alciat. d. cons 41. num. 1. 2. & 6. per tex. in l. fin. ff. de negot. gestis, Gratian discept. 115. num. 6. l. idem in duobus, ff. de pactis, Felin. in cap. sedes. de rescriptis, per tex. in l fin. ff. mandat.

14 † Amplia decimotertio, etiam procedere in causis, vbi consilium sapientis petitum sit: nam ratione communionis proderit aliis litis consortibus, Ruin. cons. 26. num. 4. in fine, lib. 4. per tex. in l. si separatim, de appel. quando, scilicet, petitio respicit diuersos, & ad plures dirigitur. l. 1. §. penul. vbi DD. de appellat; & singulae personae nominentur in petitione facta, per Ruin. loco citato.

15 † Limita primam regulam, non procedere, vbi in precibus de aliis consortis, mentio non sit facta; nam eo in casù alios litis cõsortes non iuuaret, Iason in l. Lucius, num. 17. de vulgar. & pupillar. substit. & in l. 1. C. de diuers. rescript. vbi Fulgos. Salycet. & alii, P. Gregor. in cap. 52. num. 4. lib. 1. de rescriptis, Crau. cons. 45. nu. 2. Fachin. controuers. iur. cap. 66. lib. 8. Mysinger. cons. 8. in prima Decad. Franc. Marc. qu. Delphin. decis. 149. lib. 2. Alciat. cons. 41. lib. 8. nu. 3. Rota Lucens. per Magon. decis 52. num. 23.

16 † Limita secundam, non habere locum, vbi minor contra alium minorem litteras restitutionis impetrasset, nam eo in casù, sicut nec ipsi proderit, sic etiam nec aliis. *Mastrill. decis. 44. num 5. par. 1. per tex. in l minor, filio familias, & l verum, §. fin. de minorib. Cephal. consil. 7. per totum. Odd. de restit. in integrum, quaest. 18. art. 5. num. 35. limita tamen, vt ibi &c. & vide quaest. 46. cum sequentibus.*

17 † Limita tertiam, non procedere, si causa non esset indiuidua; nam eo casù vnusquisq; coram suo Iudice conueniendus est, *per tex. in cap. penult. de appellat. Grat. discept. 115. nu. 37. vbi citat Bald. & alios. Specul. in tit. de restit. in integr §. fin. in fin. Bellamer. dicto cap. fin. nu. 15. eodem tit.*

18 † Limita quartam, non militare, si alij consocii huiusmodi delegationem ignorassent, & commissionẽ, quia hoc tali casù alios non iuuaret, maximè, si in precibus non fuerint nominati, *Felin. in cap. cum super, numer. 9. de re iudic. Bellamer. decis. 583. & seq. per tex. in l. 1. vbi Iason num. 1. & Salycet. ibi, C. de diuers. rescriptis, Pet. Gregor. in cap. 52. nu. 4. lib. 1. de rescriptis, Gratian. d. Disceptat. 115. numero 36.*

19 Li-

19 † Limita quintam, non procedere, vbi litteræ appellationis essent emanatæ, cum clausula in parte, & partibus; nam alij consocij huic appellationi adhærere non possent, per text. in cap. Raynaldus. vbi Abb. num. 7. de testam. Asin sua prax. iud. §. 31. cap. 20. num. 2. Bursat. cons. 145. num. 21. lib. 2. Cauale. decis. 15. num. 10. par. pri. Surd. decis. 143. num. 5. Gratian. disceptat. forens. parte 1. cap. 1. numero 19. & 21. Mastrill. decis. 45. numero 20. parte prima.

20 † Limita sextam, non suffragari in causa diuisibili, cùm illo casù alius prodesse non posset, Gratian. discept. forens. par. 1. cap. 115. num. 37. & num. 6. per text. in l. si communem fundum 10. ff. quemadmodum seruit. amitt.

21 † Limita septimam, non procedere, si de Vniuersitate, vel alijs, in precibus mentio facta non fuisset; nam ad alios non transiret, Marchesan. de commission. in tit. de signatura gratia diuers. cap. 2. num. 85. per Bellamer. decis. 583. & seq., vel si causa non esset communis, tàm vniuersitatis, quàm singulorum, Gratian. discept. forens. d. cap. 115 num. 2. parte prima; maximè si dictis litteris non sint vsi, vt per Marches. loco cit.

22 † Limita octauam, non habere locum, quando alij de Vniuersitate, Congregatione, vel Capitulo, contradixissent dicto rescripto obtento, ante illius præsentationem, allegantes nolle dicto rescripto vti: nam eo casu, istis contradicentibus non posset præiudicare, Marchesan. de commissio. d. tit. de signatura gratia diuers. cap. 2. num. 85. circa fin. asserendo contra eorum voluntatē, & absq; mandato fuisse impetratum, vt ibi per eum & c. Bellam. decis. 583. & 584.

23 † Limita nonam, non procedere, quando dicto minori esset in diuisione obuentum illud creditum, super quo caducitas esset remissa: tunc enim minori tantum competeret dicta remissio, & non alijs, Papon. cons. 85. n. 6. Alex. cons. 18. nu. 3. lib. 1. quando autē caducita acenseatur remissa, vide plenè Costan. de facti scientia, & ignorantia in respons. ad inspectio 85. per totum.

24 † Limita decimam, quòd, scilicet, priuilegium, vel rescriptum, vbi esset emanatum ad partis instantiam, absque causæ cognitione, tunc alijs non nominatis non proderit, Iason in l. si libellum, nu. 1. vbi Angel. Salycet. & alij, C. de diuers. rescript.

25 † Limita vndecimam, non procedere, quando ageretur de sententia condemnatoria, siuè absolutoria in causa criminali vnius ex inquisitis, nam eo casù non proderit alteri, Mastrill. decis. 138. num. 4. et 5. par. 2. ad tex. in l. nulli, C. de iudic. D. Gutier. pract. quæst. lib. 1. quæst. 6. vbi latissimè.

26 † Limita duodecimam, sibi locum non vendicare, si alter ex fratribus, huiusmodi causam ignorasset; eo enim in casù illum non iuuaret, Gratian discept. forens. cap. 115. par. 1. numer. 26. per Felin. in cap. cum super, 17. col. 2. vers. septimo quando & c. num. 9. de re Iudic. maximè in re diuisibili, vt ibi num. 37.

27 † Limita decimamtertiam, non procedere, quando præscriptio esset decursa, vel transactio facta ante obitum Patris ipsius minoris; nam eo in casù minori, & alijs noceret dicta præscriptio, vel transactio, Cephal. consil. 215. num. 10. lib. 2. Paris. consil. 48. num. 26. lib. 3. quia cum minore nil actum dicitur, Natta consil. 492. Mar. Anguisola cons. 212. nu. 14. lib. 1.

28 † Limita decimamquartam, non habere locum, vbi causæ, in quibus consilium sapientis fuit petitum, essēt diuersæ, & separatæ, tunc enim non proderit alteri. Ruin. d. cons. 26. num. 3. lib. quarto. in fine, Bart. in l. separatim. in princ. de appellation. l. hæredes. §. si pluribus, ff. fam. heris.

29 † Declara primam regulam, quòd licet in litteris nomen proprium litis consortum, appositum non sit; attamen potest sustineri, si nomen appellatiuum tantū fuerit appositum. Bald in cap. eam tè, nu. 16. circa med. de rescrips. per tex. in l. fideicomissa. §. plerumq; ff. delegat. 3. solet enim Senatus in eius litteris vti nomine appel-☞latiuo, scilicet, Visis precibus Titij, & Consortum &c. ideò sufficit eos fuisse expressos in precibus, l. 1. C. de diuers. rescript.

30 † Declara secundam, quòd scilicet, rescriptum regulariter nomine proprio impetratum, ad aliam personam non porrigitur, nec ad rem in eo non expressam, Bald. in cap. quia nonnulli. num. 7. vbi glos. & DD. de rescriptis, per tex. in cap. significante. & cap. Rodulphus. eod. tit. nostro. P. Gregor. in cap. 52. num. 4. in princip. lib. 1 de rescript. & cap. 55. nu. 8. in fine eod. tit.

31 † Declara tertiam regulam, vt vbi essent plures inquisiti de vno delicto: tunc vnusquisq; per suum Iudicē deberet puniri. Mastrill. decis. 138 num. 4. & 6. Cancer. variarum lib. 2. cap. 2. nu. 131. Bouadigl. in sua polit. lib. 2. cap. 17. nu. 90. Clar. sua prax. crimin. in §. fin. quæst. 36. num 41. vbi inquit hanc opinionem in praxi receptam esse ☞ in Senatu nostro, prout etiam seruatur in Siciliæ Regno, vt per Mastrill. d. decis. 138. num. 6. circa fin.

32 † Declara quartam, quòd licet maior in non vtendo via, amittat seruitutem: attamen si habeat sociū maiorem, iuuabitur ex illius priuilegio, Gratia. discep. forens. par. 1. cap. 115. num. 6. & 7. Marsil. singul. 180. nu. 1. per text. in l. si is, qui duos, 30. de liber. legat. Corset. sing. 71. in uerbo Communitas.

33 † Declara quintā, scilicet, causam appellationis vnius prodesse omnibus litis cōsortibus, etiam in appellatione non expressis, quando causa deffensionis omnibus competit, & inter vincentes causa est communis; secus verò in causa diuersa, & separata, Paris. consil. 66. num. 2. 11. & seq. lib. 1. Ruin. consil. 26. num. 3. lib. 4. Mysing. obser. 66. cent. 2. Berous consil. 113. num. 4. lib. 3. Verùm prædicta intelligerem procedere, de iure communi, per Bart. in l. 3. §. sed illud. ff. de appellat. & d. l. si qui separatim, ff. eodem; secus verò de stylo Curiarum, cùm in hac Curia nostra, volens appellare, tenetur preces Senatui nostro porrigere appellationis, & in eis exprimendi suc omnes litis consortes, adhoc, vt adhæsio locum habeat quòd etiam seruari in Regno Galliæ, tradit Rebuff. super Constitut. Regni tom. 1. in proemio, glos. 5. num. 98., vbi addit. ità censuisse Senatum anno 1544. die ☞ 15. Maij, sicut etiam dicimus saluum conductum, non extendi ad fideiussores, nisi in specie de fideiussoribus ipsis, in precibus mentio facta sit, Menoch. de arbitrar. Iud. casu 203. num. 26. centur. 3. per Rebuff. qui supra. in tit. de litteris dilatorijs, annalib glos. 1. art. 1. nu. 42. circa medium. vers. hæc tamen quæstio & c. tom. 2. alioquin vexari possent. Menoch loco cit. num. 27. & seq. propterea

34 † Declara sextam regulam, vt vbi essent plures instantiæ, & plures personæ in diuersis causis, non proderit alijs in precibus non nominatis. Ruin. d. cons. 26. n. 3. in fine, lib. 4. Paris d. consil 66. num. 11. lib, 1. prout etiā post eos tradit Ruginell. de appellat. §. 2. cap. 4. nn. 27. 28. & seq. Verùm iam, vt diximus supra numero antecedenti, hoc in Curia Mediolani non seruatur, cum oporteat, quòd quilibet nominetur in supplicatione, & appellet, alioquin non posset iuuari appellatione alterius, prout pluries obseruatum vidi, vt per Rebuff. dicta glos. 5. in proemio num. 98. tomo primo, ea ratione, quia rescriptum est stricti iuris, nec se extendit ad personas in eo non nominatas, per text in cap. significante, vbi glos. & DD. de rescriptis, & in cap. P. & G. de off. delegat., prout etiam latius diximus supra in præludio XI. per tot. in tit. Rescripta, an sint strictè intelligenda, vbi videas &c.

35 † Declara septimam, quòd fideiussio præstita in fauorem Vniuersitatis, & per eam simpliciter acceptata: tunc censetur præstita, & acceptata, eo modo, quo agebatur, & quoad omnes qualitates ipsius causæ, vt per Crauet. cons. 45. num. 4. par. 1. Bart. in l. 1. in principio, ff. de recept & l. si quis seruum, §. fin. ff. de lega. 2. relatū enim est in refferente, cum omnibus suis qualitatibus,

Bald.

Bald.conf.212. Ea quæ &c. lib.5. Gratian.discept.forenf.par.1.cap.28.num.3a. Felin.in cap.2.num. 11. de rescriptis, verf. aliquando vero &c.

36 † Declara octauam, quod vbi citatio facta fuisset cõtra vnum ex correis ipsius litis; tunc etiam perpetuaret actionem etiam respectù aliorum litis consortum, sicut dicitur de tutoribus, *l. fin. C. de auctor. præstand.*, *vbi glos. in verbo sufficere &c. Gratian. discept. forenf cap. 194. par. 1. num. 5. distingue, vt ibi num. 35. 36. & seqq.*

37 † Declara nonam, quod si vnus ex fratribus, haberet vsumfructum, minor verò proprietatem; tunc nõ posset alterum iuuare, ratione diuiduitatis, *Mastrill. decis. 275. nu. 46. lib. 3.* & sic in re diuidua, & separata, *Franc. in cap. si duobus, de appellat. Mastrill. decisio. 136. num. fin. lib. 2.*

38 † Declara decimam, quod rescriptum declarans dubium iuris, habet vim legis, & potest pro exemplo allegari, *Afflict. decis. 96. num. 12. circa medium, Cranet. consil. 135 num. 39. in fine, Card. Tusch. conclus. 207. & 218. num. 7. in littera R. de rescriptis, Sanchez. de matrimonio, lib. 2. disputat. 31. nu. 6. circa med.*

39 † Declara vndecimam, quòd sententia lata contra vnum, poterit & aliis præiudicare; secus verò quando sententia lata est per contumaciam, & contra contumacem, quia tunc contumaci nocet, *per textus in leg. qui repudiantis, in fine, & l. Papinianus, §. meminisse ff. de inoff. testam. Mastrill. decisio. 213. num. 10. & seqn. Thom. Doc. consil. 38. num. 5.*

40 † Declara duodecimam, quòd si vnus ex fratribus haberet possessionem naturalem, alter verò ciuilem; eo casù regula non procederet, nec alteri prodesset, *per tex. in l. vnica, vbi Bart. Salycet. et aly, C. si in commun. ead. caus. l. 1. & 2. C. si vnus ex pluribus, Mastrell. d. decisio. 276. num. 44. 45. & seqq.*

41 † Declara decimamtertiã, slz. præscriptionem inchoatam contra maiorem, currere etiam contra minorem hæredem, nec illi competere restitutionem in integrũ, *Costa de portione rata, quæst. 126. num. 4. Corbul. de iure emphiteutic. tit. vlt. ampliat. 99. nu. 7. cum sequen. Papon. consil. 85. num. 6.*

42 † Declara decimamquartam, Sapientis, slz. Consilium peti posse, tam in diffinitiua, quàm in interlocutoria, *Asin. sua praxi Iudic. §. 25. cap. 3. num. fin. in fine,*
* *vbi attestatur ae magis communis DD. opinione,* * *Pacet à Scala de Consilio Sapientis, cap. 17. lib. 2. & cap. 18. Ripa in rubr. de re iud. num. 5. Specul. in tit. de requisitione consily num. 12. vers. nota quod &c.*

43 † Obserua primo, quòd licet rescripta non extendantur ad alias personas in precibus non nominatas, extenduntur tamen ad successores rei, & vitij eius, *P. Greg. in cap. 55. lib. 2. nu. 8. in fine, de rescriptis, Andr. Butrig. in cap. quia de Iudic. l. 1. §. fin. ff. de Constitut. Principum, Magon. sub Rota Lucens. decisio. 52. nu. fin.* ac etiam se extenduntur ad connexa, & ex identitate rationis, *Alba consil. 164. num. 17. par. 1. Leonell. de subreptione, qu. 18. art. 7. col. 2.*

44 † Obserua secundo, & nota, restitutionem in integrum, ad alios consocios non se extendere, cùm sit remedium personale, secus vero in appellatione, cum sit remedium iuridicum, secundum *Mastrill. decisione 275. num. 39. per tex. in l. vnic. C. si in comm. ead. caus. & in l. 1. & 2. C. si vnus ex pluribus, vbi Bart. & Salycet.*: & rationem adducit *Odd. de restit. in integr. quæst. 46. n. 5. & seq. & quæst. 50. num. 2 par. 1.* Verùm, cùm ista restitutio sit beneficiũ immediatè reale, & mediatè personale, *per Dyn. in cap. priuilegium. de reg. iur. in sexto, vbi Io. Andr. & aly, Afflict. super Const. Regni. rub. 40. lib. 2. nu. 19.* Ideò iure meritò vbicumq; res, vel causa est taliter communis, & connexa, ità vt diuidi non possit, tunc ista restitutio prodest etiam aliis litis consortibus ratione connexionis, *Mantuinus de restitut. in in-*
* *tegrum cap. 185. & 191. vbi communem dicit.* * *Afflict. decis. 213.* nec dissentit idem *Odd. de restitut. in integr. d. quæst. 46. num. 12. & seqq.*

45 † Obserua tertio, quòd vbi plures deliquerunt, & fuerint inquisiti; tunc eorum causa poterit separari, & singuli puniri possunt per diuersos Iudices, *Crau. consil. 232. nu 1. Aretin. consil. 129. col. 12. per tex. in cap. si quis obiecerit, 1. quæst. 3. glos. in cap. 1. de filys presbyterorum, in verb. tale &c.* quia quando vnum potest stare sine alteto, non datur connexitas, nec idem constituitur ius in vtroque, *Bart. in l. sed si plures, §. 1. vbi Iason in secũdo notab. ff. de vulga. in vers. tertio adde &c.*

46 † Obserua quarto, quòd si causa erit communis, & rescriptum reale sit, tunc erit vtrique parti commune, & quomodo, *vide Leonell. Barthol. in. de subrept. rescrip. quæst. 3. art. 14. per tex. in l. 1. & 2. C. si vnus ex pluribus, Menoch. de præsumpt. lib. 3 præsumptione 103. nu. fin. per tex. in l. 1. C. de diuers. rescript.*

47 † Obserua quinto, quod appellatio vnius, tunc prodest alteri, quando vna tantum est causa, secus vero si essent diuersæ; tunc enim sigillatim ab omnibus est appellandum, maximè si in precibus fuerit tenor sententiæ expressus, *vt per Paris. consil. 66. nu. 11. & 12. vol. 1. per tex. in l. si quis separatim. §. fin. ff de appellatione*, sed hoc de iure communi, ideò in precibus sunt exprimendi alij Consortes, vt supra diximus.

48 † Obserua sexto, quòd scilicet instantia perempta, pereunt acta iuditij, non autem probataria, *Asin. sua prax. Iudic. §. 3. cap. 1. num. 12. per tex. in l. cum. lite mortua, ff. iudicatum solui, l. properandum, C. de Iudic. Alex. in l. 2. C. de edendo.*

49 † Obserua septimo, quòd fideiussor videtur intercessisse, in omnem casum, & causam, quæ ex natura negotij expressi in fideiussione procedit, *Cranet. consil. 45. num. 6. per tex. in l. mora rei, ff de verbor. oblig. Castrens. consil. 23. solet aromatum &c. par. 1. col. 3. ad fin per text. in l. quæro, ff. locati, & natura fideiussiones est se obligare insolidum, Mastrell. decisio. 135. num. 14.*

50 † Obserua octauo, quòd rescriptũ ratione connexionis extenditur ad duo petita, licet vnum fuerit concessum, *Alba conf. 164. num. 14. & 17. lib. 1.* & etiam ad consecutiua. *Magon. in decisio. Lucens. 52. num. fin.*, fallit ad gratias, *Costa consil. 15. num 8*, ex identitate tamen rationis, *Alba d. num. 17.*

51 † Obserua nono, inhabilem posse gaudere priuilegio alterius habilis, ratione indiuiduitatis causæ, *Mastrill. decis. 42. num. 5. ad tex. in l. si communem, ff. quemadmodum seruit. amitt. Abb. in cap. ad audient. de præscript.*

52 † Obserua decimo, priuilegium, seu rescriptum concessum dignitati, & non personæ, transire ad successorẽ, & eius successor tenetur obseruare, *Abb. Felin. Barbosa, & aly in cap. Quoniam, Abbas de off. deleg. Oldrad cons. 334. vlt. & fin col. pen. Cardin. Seraphin. decisione 1058. numero 3.*

53 † Obserua vndecimo, ex sententiis latis contra alios, non posse eas extendi contra Fiscum; cum ipse sit priuilegiatus, *Mastril. decisio. 213. num. 17. Cumia de syndicatoribus, cap. 23. num. 5. Farinac. de Inquisit. quæst. 4. num. 13.*

54 † Obserua duodecimo, responsionem, scilicet factam ex duabus quæstionibus, ad alteram quoque extendit, quando vtrique est applicabilis, & ratione connexionis, *Crau. d. consil. 45. num. 3. Alex. consil. 225. num. 28. lib 6. per Iason in d. l. 1. C. de diuers. rescript. nu. 4. & 5. & in l. substit. col. fin. ff de vulgar.*

55 † Obserua decimotertio, quòd licet rescripta ad alias personas, quam nominatas, non se extendãt: attamen quando alias personas tangũt, in illas quoq; habent vires, cùm in connexis idem sit iuditium, *Vrsill. ad Afflic. decisio. 227. num. 2. Felin. in cap. P. & G. num. 5. de off. deleg.* & ità fuisse iudicatum per Senatum Neapolitan. referente D. Thoma Grammat. trad idem Vrsil. loco citato, anno slz. 1552.

56 Obferua

56 † Obserua decimoquarto, rescriptũ esse consortibus commune, quandoque ex parte impetrantis, quandoq; ex parte concedentis, quandoque ex parte rei petitæ, & quandoque ex parte executionis, vt copiosè explicat *Leonell. de subreptione rescriptorum, quæst. 3. art. 14. circa finem, & art. 9. ead. quæst. per text. in cap. priuilegium, de regul. iuris in 6. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt.* 103 *per totam.*

57 † Obserua decimoquinto, vt vbi causa respectũ alicuius personæ, non sit appellabilis, eundem poterit effectum operari quo ad alios, cum & inapellabilis reddatur etiam quò ad consortes non priuilegiatos, *Mastril. decis. 42. nu. 14. & 15. Marsil. cons. 84. per tot. lib. 2. Ias. in Auth. quæ supplicatio. C. de precib. imper. offer.*

58 † Obserua decimosexto, ratione communionis, vel immixtionis, maius dignum, trahi ad se minus dignũ, *vt per Felin. in rubr. de off. deleg. num. 1. Abb. in cap. quanto, nu. 2. de Iudic. Iason consil. 74. col. 2. lib. 3.* quòd etiam præcipuè intelligitur, si posset relishate diuersos effectus, *Dec. in l. imperium nu. 3. & 5. ff. de Iurisd. omn. Iud.* quando autem rescriptum non fundaretur in qualitate digniori, sed in connexitate, tunc sequi deberet naturã sui principalis, etiamsi dignius sit, *Iason in d. cons. 74. col. 2. lib. 3.* vbi plura exempla cumulat, videas eum ibi &c. ideò cum de istis satis exposuerimus, ad signaturam litterarum, erit adnotatio dirigenda &c.

De Litterarum Signatura.

PRAELVDIVM. XIX.

COMPENDIVM.

1 *Signatura dicitur Libellus Principi, vel Senatui oblatus, cum responsione superinde emanata.*

2 *Signaturæ quinque sunt partes, & quomodo, vt num. sequen.*

3 *Partis petitio, quæ continere debeat, explicatur hic.*

4 *Senatus nostri responsio, & subscriptio, quomodo emanent.*

5 *Principis decretum, regulariter non subscriptum, non valet, & qua in parte supplicationis illud fieri debeat.*

6 *Decreta manu Senatoris lectura non subscripta, redargui possunt de falso.*

7 *Signatura supplicationis, & rescripti, quomodo in Curia Mediolanensi emanet, & quanam solemnitates seruandæ sint.*

8 *Decretum attenditur, & non petitio; si non conforme petitioni fuerit emanatum; secus vero, si iuxta petita emanet. & nu. 9. & 10.*

11 *Omnia petita, censetur Princeps concessisse: si per verbũ fiat decretum emanet, quando vero dicatur summariò concessisse, vt num. 12.*

13 *Princeps, si decretum cum clausula summariè procedat, Iudex emanet cum dictione &c. tunc censetur omnes alias clausulas emanasse, scilicet, simpliciter, & sine figura iudicij &c.*

14 *Princeps, si reseruabat cum clausula, audiat talis, & iustitiam faciat, non censetur litteras summarias concessisse, & cur?*

15 *Senatus Mediolanensis non consueuit litteras emanare cum clausula, sola facti &c. sed tantum absque illa dictione, sola, & cur? quid autem seruetur in litteris de forma, vt nu. 16.*

17 *Rescripta, quæ pro lege emanant, habent vim cogentem, & quomodo. Quid autem Cancellarij in litteris de forma firmare teneantur, vt nu. 18.*

19 *Galliæ in Regno, Cancellarij Senatus, minutas supplicationis, absque Senatoris decreto, facere non prohibentur, modo sint de forma: Mediolani autem secus.*

20 *Cancellarij Senatus nostri, minutas neque in minimo restringere, nec ampliare possunt, & quando.*

21 *Signaturæ minutarum, in hac Curia Mediolanensi quomodo expediantur, & num. 22. & quando agitur de interesse Reg. Fisci, quid seruetur, vt num. 23.*

24 *Illustrissimo Præsidi Senatus, minutas corrigere, alterare, ac in totum tollere, tantummodo permissum est.*

25 *Minutas litterarum ab Illustrissimo D. Præside non subscriptas, viribus non subsistunt; incognitum enim non est subscriptionem Principis autenticam facere scripturam, & nu. 26.*

27 *Signatura, quando expediuntur, nulli permissum est in Aulam introire, demptis Cancellarijs, & Hostiarijs Senatus Excellentissimi, cum neq; coniunctis personis hoc permissum sit.*

28 *Nocturno tempore, vt plurimum decreta expediuntur, & signatura, prout Summum Pont. consueuisse. Legitur apud Ripam de Nocturno tempore.*

29 *Signaturas expeditas quomodo emanare consueuerit Curia Mediolanensis, & quid Reg. Thesaurarius seruare soleat, vt num. 30.*

31 *Officium Coadiutoris Reg. Thesaurarij, quale sit, & quid Cancellarij Senatus seruare soleant, vt nu. 32. & 33. & quid facere teneantur, vt nu. 34. cum seq.*

37 *Regij Secretarij, minutas diligenter in omni parte inspiciant, antequam subscriptioni locus sit, & quomodo, vt num. 38.*

39 *Sacri Quæstores, antiquitus, responsiones Principum subscribere solebant, secundum Iustinianam Constitutionem.*

40 *Principes, viros probos, & in veritate dicenda fidos, & intrepidos, consueuerat eligere, & quid in eorum subscriptionibus seruandum sit, vt nu 41. & 42.*

43 *Regij Archiuij Custos, quomodo expeditiones Senatus nostri, in scrinijs custodire debeat.*

44 *Litteræ missiuæ Senatus nostri, constitutis in dignitate, dirigi solent.*

45 *Inscriptiones litterarum Senatus nostri, quomodo emanent, & quando ad successores in dignitate transire dicantur, vt nu. 46.*

47 *Litteræ Principum, quando ad successores Iudices propriè non transeant, & nu. 48.*

49 *Expeditiones litterarum, cum sigillo litterato ceræ purpurea loco conchilij, & muricis, quo Imperatores vtebantur per Hostiarios Senatus imprimuntur, cum Ducalis sigilli impressione, & nu. 51. in fine.*

50 *Litteræ, quando apertæ, vel clausæ emanent. & nu. 51.*

52 *Stylus est, apud Senatum nostrum, & lectura Senatores, vt quæ reiecerint postulata, amplius non proponãtur.*

53 *In signatura, si agitur de re graui, vel adeo dubia sit, vt Senator ipse ex se subsistat, illam in auditorio alijs confert, & ex totius Senatoris voto supplex obtinet, & quomodo.*

54 *Preces, si aliquid continent, quòd alteri infert præiuditium, non solet Senatus, id sine partis vocatione concedere. Imò fit decretum, vt preces parti intimentur, & quando.*

De Litterarum Signatura.

PRÆLVDIVM. XIX.

SVpra visum est, quomodo rescriptum in communi causa impetratum alijs prodesse possit: sed quia antequam perficiantur litteræ, per multorum manus transeunt: ea propter necesse est, vt de Litterarum Signatura aliqua subnectemus: & sic, primo dicendum est, quid sit Signatura, vt à deffinitione proficiscamur, vt nos docet Cicero lib. officiorum 1. per l. 1. ff. de iust. & iure. Et ideo

1 Signatura

1 † Signatura propriè dicitur libellus oblatus Principi, vel Senatui, seu supplicatio cũ responsione, seu rescripto superinde emanato, *vt innuit capitul. cum dilectus, §. Nos igitur de confirm. vtil. vel inutil. P. Gregor. Tholosan. in cap. 39. lib. 1. huius tituli, numero 3.* vbi addit, quòd vocant Galli requeste appointee, & fit in papyro non in membrana, seu pergameno, & est veluti exẽplar, vnde litteræ sumuntur, quæ extensionem habet signaturæ, ex qua veluti ex primis lineis in mundum transcribitur, *iuxta l. contract. C. de fide Instrumentorum, Tholosan. d. capitulo 39. lib. primo, numero 3. de rescript.*

2 † In supplicatione, seu signatura quinqne sunt partes. Prima dicitur corpus signaturæ, quæ est supplicatio, & petitio, vt ibi in principio precum, scilicet. P. R. Supplicando dignetur &c. vt inquit *Rebuff. in sua prax. Benefic. in titulo de signatura gratia numer. 15.* Secunda dicitur subscriptio Senatoris, & eius responsio, quę fieri debet in medio supplicationis, non in fine, *per text. in l. hac consultissima, C. de testam.* Tertia pars sunt illæ clausulę, quæ vocantur non obstantiarum, & sunt illæ, quas Princeps conscribit, & exprimit, eas tantum, quæ concedere intendit, quia interdum non omnia conceduntur; & hanc partem vocant pragmatici dispositionem, seu clausulas obstantiarum, *vt per Rebuff. qui supra, in dicto titulo de signatura gratia num. 22. & 23.* Quarta pars signaturæ data concessionis litterarum appellatur, vt ibi. Dat. Mediolani &c. *& tex. in cap. cam te, de rescript.* Quinta pars est subscriptio Cancellarij in supplicatione, & subsignatio Regij Secretarij, quæ expediuntur ex Cancellaria, cum similibus, *P. Greg. in cap. 39. lib. 1. de rescriptis, à nu. 4. vsq; in fine.* Dixi ergo supplicationem esse signaturam, quia propriè supplicatio, ea omnia supradicta continens, dicitur signatura, cum sit subscripta à Senatore lecturæ, ab Illustrissimo Præside, à Cancellario, demùm ab Egregio Secretario; & ideò dicitur signatura quasi supplicatio, & scriptura signata, idest subscripta, cum in iure signatura dicatur, nisi signata sit, & subscripta, *l. subsignat. ff. de verborum significatio & ibi Rebuff. & Doctores, & in dicto titulo de signatura gratia numero vndecimo, & decimoseptimo;* & ideò de singulis solutionem sigillatim adnotabimus.

3 † Partis autem petitio ea continere debet, quæ negotij qualitas postulat, iuxta enim preces rescripta conceduntur, *Tholosan. d. cap. 39. num. 9. lib. 1. hoc tit. fol. 95. & num. 5. ead.*

Eaque omnia exprimenda sunt, quæ morari possent rescripti concessionem, alioquin omnino vitiatur rescripti, *per tex. in cap. super litteris, & ibi omnes Canonistæ hoc titulo, Felin. in cap. in nostrarum, eodem. l. 1. & 2. C. si contra ius, Tholosan. dicto capitulo 39. numero quinto, circa medium.*

Nomen pariter, & cognomen in petitione supplicationis inserendum, & iustum petendum, vt concedi possint, ea quæ petuntur, *per text. in cap. 1. vbi Glos. & DD. de libell. oblatione, & in l. prima, ff. de edendo,* non enim tamen semper omnia conceduntur, nisi tantum ea, quæ iusta sunt, *l. 1. ff. de inoff. test. in. Rebuff. qui supra in for. signatura, vers. Ioannes etc.*

Sicut etiam dicitur, quod supplicatio humiliter fieri debet, & petenti prodesse, & alij non obesse, qui enim humiliter precatur, & cum reuerentia facilè obtinet, ea quæ petit: humilitas enim Deum ipsum placat, *vt in text. cap. quicunq; 26. quæst. 5. & in Euangel. Qui se humiliat, exaltabitur;* cum etiam mandatis Principũ humiliter executioni demandari cautum est, *per tex. in cap. cum contingat, §. 1. de rescriptis,* regulariter enim supplicatio continere debet, vt petenti prosit, & alij nõ obsit, *l. rescripta, & ibi Bart. Bald. & DD. C. de precib. imper. offerend.* tamen intellige, secundum Bart. modo parum obsit, quod conceditur, vt *in d. l. rescripta,* licet enim alij obsit, si Princeps, vel Senatus concedit valere debet, modo ius quæsitum non tollatur cum hoc Senatus noster non soleat alicui per suas litteras auferre, *vt in specie notat Sen. Alciat. cons. 3. alias 48. to. 1. nu. 28. 29. & 30. lib. 2. & diximus etiam alibi.*

Quando autem rescriptum in præiudicium tertij concessum valeat, *egreg. ponit D. Præses Menoch lib. 2. præsũp. 9. à n. 18. vsq; ad nu. 28. fin. vbi vide alia multa notabilia.*

4 † Secundo, Senatoris responsio, & subscriptio, est forma signaturæ, quæ in precibus Senatui Excellentissimo porrectis seruari solet, vt infra, videlicet. Postquam .n. supplicatio alicui ex Perillustribus lecturæ Senatorib⁹ porrecta est, per eundem Senatorem in medio supplicationis fit decretum, & responsio cum subscriptione, *Rebuff. de signatura gratię, num. 13. P. Grego. Tholosan. in cap. 40. num. 4. lib. 1.* hoc tit. vbi, quòd postquam supplicatio data fuerit, rescriptio, vel responsio fit. Sicut enim per Principes, & Imperatores rescriptio, & responsio ad libellos fieri solebat, ità, per Senatum nostrũ precibus ei porrectis fieri solitum est, *per tex. in l. fin. ff. de off. pro cons. l. 4. ff. de appel. recip. l. 23. ff. de vsuf. cũ sim.*

Et in hoc laudatur Augustinus Sueton. in eius vita cap. 53. quod promiscuis salutationibus admitteret plebẽ tita comitate adeuntium desideria excipiens, vt quendam ioco corripuerit, quòd sic sibi libellum porrigere dubitaret quas licet quasi Stipem. & capitulo. 45. scribit eundem, inter spectandum epistolis, libellisq; legendis ac rescribẽdis vacasse. Lampridius vero not. in vita. Commodi; Commodum in subscribendo tardum, & negligentem fuisse, ita ut libellis vna forma multis subscriberet, *vt per eundẽ Tholos. d. c. 40. n. fin. lib. 1. hoc tit.*

Et ideò hęc decretatio dicitur signatura. quia per Senatorẽ subscripta, alias signatura non diceretur, nisi signata sit, *l. subsignata. sum. ff. de verb. signific. & ibi DD. & præsertim Rebuff. & in d. tit. de signatura gratia, num. 11. & nu. 17.* si autẽ non ab ipsa Senatore, sed ab alia persona esset subscripta, non haberet nomen signaturæ, sicut denarius falsus denarius non est, *per glos. in l. non omnes. C. de hæret. l. eleganter §. qui reprobus. ff. de pig. act. Rebuf. in l. Paulus, ff. de verb. signific.*

5 † Decretum enim Principis regulariter non subscriptum non valet, *vt per Iodech. in sua prax. crimin. in verb. rescrip. in tit. de inst. & sent. Select., et Io de Grassis in tit. de rescript. Apostolicis in pri. rub. nu. 13. eleganter Speculator in titul. de rescripti præsentatione, §. 1.* ibi quòd non est subscriptum &c. Decretum enim adhoc vt valeat, debet esse subscriptum, vt etiam tenet *Gulielm. à Peinà Syrac cons. 23. num. 1. inter consilia feudorum.* Ideò hæc subscriptio Senatoris fieri debet in medio supplicationis, non autem in calce, *per text. in l. hac consultissima. C. de test. vt dictũ est e tiam nu. 2.* Quinimò

6 † Rescripta manu Senatoris lecturæ non subscripta, possunt argui de falso, *vt inquit Hieronymus de Monte in tract. variar quæ. quæ. 16. 13. n. 8. Gomes. in reg. Cãcel. reg. 27. in compendio vtriusque signaturæ.*

7 † Ideò hæc signatura in hac Ciuitate, & decreta Senatoris per Hostiarios Senatus ad Reg. Cancellariã in manibus Cancellarij hebdomadarij defferuntur, qui omnes supplicationes in peculiari libro describit, deinde eas Thesaurario consignat, mox ipse Cancellarijs distribuit, quibus diriguntur, secus remanent penes eundem Thesaurarium, adhoc, vt vnusquisq; illas reperire possit, vt ex ordinibus Senatus cauetur anni 1566. *facit Tholosan. dicto capitulo 45. numero quinto, lib. 1. hoc tit.*

Quibus decretis per Cancellarios Senatus habitis per eosdem fiunt extensiones, quas minutas vocant, iuxta tenorẽ eorum Decretorum, si illa in specie concedantur, si autem de forma, tunç iuxta formam Cancellariæ

extenduntur, Tholos.d.cap 45.num.5 circa principium, de rescriptis, lib. 1. idem cauentur ordines diei 2. Aprilis anni 1566.in tit.de Cancellarijs, nec tales minutas scribendi, aliis tradere possunt, cum neque Scriptoribus Cancellariæ, illas faciendi permissum sit, vt ex decret. Senatus in tit.de Scriptoribus Cancellariæ, vers. à minutis, sed neque hoc faciendi Coadiutoribus permissum est, vt constat in tit.de Coadiutoribus vers.a faciendis minutis &c. licet hodie permittatur etiam, vt aliqui Coadiutores (à Senatu tamen approbati) & in hoc prouecti minutas faciant, prout trad. Zau. in praxi Mediolani num.386.cum seqq.

8 † Regulariter .n. vbi decretū Senatoris lecturæ nō sit conforme petitioni supplicantis in totum; tunc attendi debet decretum, & non petitio, quia Princeps videtur restrinxisse ad petitionem, sic intelligo Abb.in cap.fin. num.2.in fine, de tregua, & pace ibi. Quia Papa signando supplicationem eo casù restringit petitionem, vt latius per eum, ibi Felin.in cap. super litteris num. 10.in fine, hoc tit. vers.limita regulam &c. Paris.cons.29.num. 119.lib. 1. Osasc. decis.23.num.4. & post eum Mastrill. decis.261.num 100.lib.3.

9 † Si autem signatura dicat, fiat vt petitur; tunc debet extendi minuta, prout in petitione, slz. prout in supplicatione expressum fuit, per supplicantem, vt per Butr.cons.49.Visis litteris &c. alias 2.num.5. & 6. & post eum Felin. in d.cap.super litteris num 9. circa principium, vers.quarta regula &c. hoc tit. nam illa clausula, fiat vt petitur; hoc casu perinde habetur, ac si expressum foret specificè in decreto, & ideò tale decretum ad petitionem reffertur, per tex. in l. ait Prator, §. si Iudex. ff de re iud. l. asse. ff. de hæred. instit. l si ita scripsero. & ibi DD.ff. de cond. instit. Abb d. cap fin. num. 2. circa fin. de tregu. & pac. indefinita enim operatur quoad omnes, Alex.cons.235.num.3.lib.6.

10 † Verū hęc signatura etiā valebit, & deberet extendi prout supra, licet dicatur fiat, vel concedatur; & non sit apposita illa dictio, vt petitur, per text. in cap. quamuis de elect. vbi Caldar. & Scribentes & glos. etiam in regul. Cancell. Roman. 60., nam licet non apponatur attamen intelligitur apposita, Rebuff. d. titulo de signatura gratia in secunda par. nu. 25. & ita seruatur in prax. etiam in hac Curia Mediolanensi. §. Præterea, de inutil. stipulat. l. si deffensor. §. qui interrogatus, de interrogat. act. Tholosan. cap. quadragessimo, numero septimo. lib. 1. in fine hoc tit.

11 † Omnia enim petita videntur concedere Principes, dicendo, fiat, vel, concedatur, licet compendiosa sit, & ideò iuxta petita erit facienda extensio, per tex. cap. inter, in fine, de fide Instrumentorum. l. si deffensor, §. 1. ff. de interrog. act. l Antiquitas, C. de vsufruct. Lucas de pen. in l eos, C. de excusa. mun. lib. 10. Rebuff. qui supra d. secunda. par signat. numero 27. Limita hanc regulam, vt per Card. Hostiens. ad capit. 1. de translat. Episcop. & per glos. ad dictas Regulas Cancellaria, ac etiam per Tholosan. vt in dicto capitulo 40. numero 7. libro 1. hoc titulo, & per Abb. d. cap. fin. nu. 2. de tregu. & pac. vbi glos. & D.D.

12 † Si autē petitur causam committi summariè, & sola facti veritate &c., & signatura, dicat, talis audiat &c. tunc secundum Felin. intelligitur commissa summariè, modo adsit illa dictio &c. vt per eundem Felinum in d. cap. super litteris num. 10. circa medium, versiculo Quod si petitum est, causam committi summariè &c. per dictam decision. 28. in nouis., de rescriptis, & per Aegid. conclus. 276.

13 † Verùm hoc intelligo, si in signatura dicatur, audiat talis summariè &c. tunc attenta illa dictione &c. veniunt omnia alia, scilicet, simpliciter de plano, cum aliis clausulis sequentibus, vt per Alex. in l. Gallus. §. idem credendum, numero duodecimo, & ibi Iason not. ff. de liber. & posthum. & in l. secunda, C. de diuersis rescriptis, Rota decisione 358. in nouis. Onded. consilio 94. volumine. primo, Cardinal. Tusch. in sua aur. praxi conclus. Iuris, conclus. 211. num. 41. de rescriptis, in littera R. Marsill. consil. 75. num. decimoquinto, in consilio criminal. Rugineli. pract. quæstion. capitulo primo, numero 18. in fine, & diximus in capitulo tertio, numero 36. par. 1.

14 † Nam per hanc clausulam, Audiat talis, & iustitiā faciat; non censetur data potestas procedendi summariè, si enim Princeps, vel Senatus voluisset hoc vtique expræssisset, Rota Romana in decisio. 379. incip. Nota. quod in commissione &c. in antiq. per text. in cap. ad audientiam, de decimis. & hoc licet sit petitum procedi summariè &c. P. Gregor. Tholosan. in capitulo 40. libro primo, numero nono, circa medium, hoc titulo nostro, Alex consilio 94. lib. 2. num. tertio, & quarto, & per Marantam sua prax. Iud. part. quarta dist. 9. numero quarto, & diximus dicto capitulo tertio, numero. 155. Sed neque

15 † In litteris Senatus nostri, quæ conceduntur, vt summariè procedatur, nō est apponenda illa clausula, sola facti, sed tantum facti veritate, vt ex formula Cancellariæ in tit. de litteris summarij Iuris, idem etiam seruatur in Curia Roman. vt in suo Formulario rescriptorum signatura Iustitia in tit. de signat. Iustitia cap. 1. numero primo, vbi dicit, quòd si petatur, vt committatur causa audienda summariè, & sola facti &c. quod cassantur illa verba, sola facti, & signatur per Papam per verbum, Placet, quæ clausula placet, in litteris Iustitiæ solet apponi, & cōmissarij petiti sint Curiæ Apostolicæ. Si verò extra Romam dicitur, fiat, placere autem censetur, quod tantum bono viro placere debet, per tex. in l. Thais 41. §. Βὑκολος de fideicōmiss. Pet. Gregorius in capitulo 40. numero decimo, & sequent. lib. 1. de rescript. Nam hæc clausula, sola facti, multum afferret præiuditium.

16 † Quando autem signatura dicit in forma, tunc Cancellarij Senatus, minutas facere tenentur, iuxta formam præscriptam in Formulario Cancellariæ, aliter minutæ non admitterentur per signaturam, Cæsar. de Grassis in Rot. Roman. decis. 0.47. numero quarto, Aegid. conclus. 609. Sarnens. in regul. de non iudicando, quæst. prima; hæc enim decretatio certam, & deffinitam formam exigit, per text. in capitulo Postulasti 27. de rescriptis, facit tex. in capitulo Cum secundum Apostolum, de prabendis, Tholosan. capit. prædicto quadragesimo, numero nono, in princip. lib. primo hoc titulo. Cùm etiam regulariter Regibus, Principibus, ac Senatoribus, sua cuique litterarum formula obseruanda sit, Tholosan. not. d. lib. primo, cap. 47. vbi inquit, Principes, Reges, & Imperatores habere, suas formulas rescriptorum, quas obseruari iubent, vt ibi per eum, maximè cum habeant vim legis in hoc dominio, vt per Plot. in l si quando. nu. 156. C. vnde vi.

17 † Leges enim, & rescripta, quæ pro lege emanant habent vim cogentem; ideò necesse est auctoritatem præbere illis, vt sustineantur, vt per Borellu. de Regis Cathol. præstantia, cap. 31. numero 33. 35. & 36. & ideò Senatus noster cum iure Principis supremi fungatur, nedum has formulas litterarum condere potest, verum etiam, & leges decernere, vt per eundem Borell. dicto capitulo trigesimoprimo, & num. trigesimosecundo, & diximus supra in prologuio latius alibi.

18 † Verùm isti Cancellarij Senatus nostri, minutas supplicationum (etiam de forma) facere minimè possint, nisi prius à Regio Lecturæ Senatore fuerint tales supplicationes decretatæ, aliter imponitur eis pęna, vt ex ordine Senatus diei 2. Aprilis anni 1566. in tit. de Coadiutoribus, & Cancellarijs in fine, quod etiam iure cōmuni cauetur, vt per D. Guid. Papam in suo tit. de rescr. n. 45. in repetens. vbi inquit Cancellarios Principis

rescripta

rescripta concedere minimè posse, *per tex. in l. secunda circa principium, C. de temp. & repar. apell. & l. nec auus, C. de emancipatione liberor.*

19 † In Regno autem Galliæ, Cancellarij isti ex generali consuetudine ipsius Regni, tales supplicationes, cum decreto in forma expedire, eis permissum est, absque Regis decreto, prout in litteris appellationis, in integrum restitutionis, prorogationis instantiæ, cum similibus, *vt per Rebuff. ad Constitut. Galliæ in secundo tomo in præfatione huius tituli, num. 24. & in tit. de appellat. glos. 2. art. quarto, nu. 5. & in dicta præfation. nu. 14. hoc titulo nostro:* hoc enim agunt nomine Regio, & non aliter, *per tex. in cap. Porrecta de confir. vtil. vel inutil.*

Et non solum Cancellarij Senatus nostri decreta de forma facere non possunt, imò postquam factum fuerit decretum per Regium lecturæ Senatorem.

20 † Minutas imo decreta restringere, nec ampliare, aut alterare possunt, *vt per Butr. consil. 49. num. 5. et 6. Episcopus Cassador decis. 7. num. 1. ibi in compendio decisionis de rescr. D. Ludou. Pont. decis. 108. n. 16. in fin.* hoc enim solum Illustrissimo Præsidi, reseruatum est, *per tex. in clementina Romani de electione, §. Præterea, in titulo de inutil. stipulat. Cassador. dicta decisione 7. numero primo, circa medium,* & sic per eundem Illustrissimum Præsidem, possunt corrigi, & subsignari, *Guid. Papa. d. titul. de rescript. num. 13.* Secus vero circa proœmia litterarum, nam ea addere possunt iuxta ritus Cancellariæ.

21 Quæ supplicationes, & decreta sic extensa (quas minutas vocamus) defferuntur iterū per Hostiarium Cācellariæ Senatus, eidem Reg. Senatori, qui decreta concessit: Is enim vbi legitimè extensa sint, illa approbat ibi apponēdo eius subscriptionem; alias enim tales minutæ non valerent; regulariter enim decretum nō subscriptum non valet, *per tex. in l. sacri affatus. et ibi Bart. Bald. & DD. C. de diuers. rescr. Gulıel. à Perna Syrach. cons. 23. num. 2. inter consil. feudorum, Gomes. in regula Cancellariæ Apostolicæ reg. 27. in compend. vtriusq; signaturæ quæst. 16. Iodoch. sua prax. crimin. in verbo rescript. Io. de Grassis d. tit. de rescript. apostol. num. 13. cum aliis supra relatis Io. Anto Zan d. sua prax. for. Mediolanensis à num. 386. vsque ad num. 390.*

22 † Postquam autem ab eodem Regio lecturę Senatore fuerint tales minutæ approbatæ, & subscriptæ, deferuntur ad Illustrissimum Præsidem, qui tales minutas, & supplicationes, vna cum decretis, diligenter examinat, & vbi admittenda sint de iure, illas approbat, & admittit subsignando, & ponēdo eius cognomen: alias enim tales minutę, vel decreta uiribus nō subsisterent, & nullius essent momenti, *per Guid. Pap. d. tit. de rescr. numero. 13. per Speculator. in tit. de rescripti præsentatione, §. primo, ibi quod non est subscriptio principaliter &c.* Vbi enim ab Illustrissimo Præside firmata nō sint, fidem eis non adhibendum, statuerunt, *Diocletianus, & Maximil. in l. 3. & Leo, in l. sacri affatus, 6. C. de diuersis rescriptis, Tholosan. capitulo 42. num. 3. lib. 1. & capitulo 44. num 7. eod. lib. hoc titulo nostro.* Sicuti enim literę Principis debent esse subscriptæ manu ipsius Principis, ita, & litteræ Senatus ab Illustrissimo Præside, *per tex. in d. l. sacri affatus. C. de diuer. rescript. Crau. cons. 277. num. 1.*

23 † Quandoque autem istæ supplicationes continent aliquod interesse, vel præiuditium Fisci Regij, ideò D. Senator ponit eius decretum hoc modo, Egreg. Fiscalis subiiciat, relinquendo locum, vbi nomen Regij Fiscalis ponitur, & tunc defferuntur illam ad præf. Illustrissimum Præsidem.

Qui nomen Regij Fiscalis ponit in albo, puta Rhaudensis, vel Arguis, prout negotium postulat *Mastrill. in suo tractatu de Magistratibus tomo secundo, capitulo octauo, lib quinto, num. 40. vbi num. sequen multa cumulat de auctoritate Præsidis videas eum &c.*

24 † Cum etiam idem Illustrissimus Præses possit ipsis minutis aliquid addere, vel diminuere, prout iuris ratio postulat *Episcopus Cassador. dicta decision. 7. num. primo, de rescriptis ibi.* Si licet Cardinali Præsidenti signaturæ, data est potestas addendi &c. *per tex. in §. Præterea, Instit. de inut. stipulat. Guid. Papa. dicto titulo de rescriptis, num. 13.* & sic per eum fit correctio & subscriptio.

25 † Minutæ enim rescriptorum tunc dicuntur per Illustrissimum Præsidem approbatæ, si manu ipsius subsignatæ sint, *facit Castrens. in leg. si procuratorem absentem, ff. de procurator. Marsil. ad l. Corneliam, de falsis, §. qui in rationibus, numero septimo, vbi vide &c. per tex. in dicta l. sacri affatus. & ibi DD. omnes de diuersis rescriptis. Specul. dicto §. primo, versic. quomodo,* impugnetur rescriptū, ratione falsi, ibi, quod non est *subscriptio principaliter, Io. Anto Zan. sua prax. Mediolani num. 170.*

26 † Incognitum enim non est, subscriptionem Principis, vel Præsidis, facere autenticam scripturam, & rescriptum, *per tex. in l. sancimus 3. C. de diuers. rescriptis:* Itaut, eius signatura, omnes solemnitates, & defectus supplent, *vt in l. omnium, C. de Testament. Tholosan. cap. 44. num. 7. libro primo titulo de vi, & effectu signaturæ &c. de rescriptis.*

27 † Qn aūt fit signatura, tunc Cancellarij Senatus, vel Secretarij solum, in Cancellaria signatarij ingrediuntur, non autem aliæ personæ; licet etiam essent coniunctæ, *per tex. in l. Imperator. ff. de pact. Rebuff. in coment. ad constitution. Galliæ. glos. 4. art. 4. circa medium, per tex. in l. quamuis adultery, C. de adulterijs.*

28 † Quandoq; ēt istæ signaturæ fiunt noctis tempore, tunc enim negotia importuna magis silent, sicut etiam legimus. Pont. Innocent. in prima eius Pontificatus nocte, multa subsignasse rescripta, quæ ei tunc porrecta fuere, *si Polidor. Ripa credimus, in suo tractatu de Nocturno tempore cap. 103. per totum.*

29 † Et ideò postquam expeditæ sunt ab Illustrissimo Pręside, iterum defferuntur ad Regiam Cancellariam, in manibus Cancellarii hebdomadarij, qui eas consignat Reg. Thesaurario; is autem illas distribuit Cancellarijs, quibus diriguntur, sin minus penes eum remanent, adhoc, vt vnusquisq; supplicans, illas è Cancellaria leuare, & taxam ordinariam soluere possit, postquam sunt Thesaurario exhibitę. Ideò

30 † Idem Thesaurarius honoraria recipit, iuxta taxationem Cancellarię, superinde æditam à Senatu Excellentissimo, *Vestrius sua praxi. capitulo septimo, lib. 1. & ex decreto Senatus nostri anni 1551.* Summamq; pecuniarum in calce minutæ describit, ac etiam in litteris ædendis, ponit nomē suum, vbi ponitur est sigillum, *facit Rebuff. qui supra in præfat. huius tit. nu. 19. & diximus alibi latius.*

31 † Deinde Coadiutor Thesaurarij, tales minutas, vna cum summa honorarij soluti, in libro particulari describit, adhoc, vt ipse Thesaurarius reddere rationem possit de exactis, prout etiam cauentur ordines ☞ Senatus anni 1566. in tit. de Thesaurar., tenetur enim hunc librum tenere, *Ludouic. Pont. decis. 274. numero primo,* nam per registrum probatur expeditio litterarum. *vt per eundem Ludouic. decis. 12. numero 10. Tholosan. capitulo 43. lib primo huius tituli, num. 2. & capitulo 45. numero quinto. eodem libro, & capitulo 54. num. septimo,* vbi, si de falso dubitatur, fit collatio cum registro; Thesaurarius enim Comes ærarii appellatur, *Conradus suo templo omn. Iud. § 4. in tit. de off. Thesaurary, num. 5. & diximus supra cap. 1. num. 25.*

32 † Et nunc Cancellarij Senatus, ipsis minutis expeditis & à Cancellaria, vt supra leuatis, nihil eis possunt addere, vel diminuere, sed secundum talem expeditionem, tenentur illas parti supplicanti edere, iuxta per Illustrissimum Dominum Præsidem

V 2 explo-

explorata, & disposita, facit Tholos. in cap. 54. num. 2. lib. 1. huius tit. per Valent. & Gratian. in l. 2. C. de senten. expers. recit. lib. 7. Scripturā enim rescripti tot solemnitatibus compactam, & formatam, liquet maturitatem responsi repræsentare, quæ veluti per manus plures explorata, & decocta est, per text. in cap. Apostolica Sedis 4. & ibi glos. 35. quæst. 9.

33 † Quarto, in litteris sic expeditis apponenda est data iuxta diem per Regium lectutæ Senatorem appositū, & vbi decretum fuerit emanatum absq; appositione diei, eo casu data in litteris, apponitur, statim quod minutæ fuerint ab Illustrissimo Præside expeditæ, & ad Cancellariam delatæ, quod cauentur ordines Senatus super inde editi, per text. in l. 1. §. editiones, C. de edendo, facit tex. in cap. ex tenore, de testibus, Tholos. in cap. 42. num. 1. & 2. lib. 1. de rescriptis: per text. in l. optimam. C. de contrah. & committ. stipul. prout in litteris appellationum, in integrum restitutionis, prorogationū instantiæ, nam in similibus ponitur dies per lecturę Senatorem à die expeditionis. Afflict. decis. 253. num. 5. per Castrens. in l. 1. C. vt lite penden. aliter sufficiā die expeditionis litterarum vt supra, Tholos. d. cap. 42. num. 5. cum seq. lib. 1. hoc tit. nostro, per text. in cap. eam te, de rescriptis, & ibi omnes Canonistæ, & sic attenditur tempus præsentationis; nam semper censetur inesse clausula, si pars rescripto vti voluerit, per Ripam in d. cap. eam te, num. 54. eod. tit. nostro. Cauagnol. ad consil. Menoch. lib. 1. cons. 35. nu. 48. cum seq.

34 † Verum Cancellarij supplicationes, tam originales, quàm earum copias expletas, diligenter inspicere tenētur, ne in eis aliqua falsitas, vel fraus fiat, nam eas subscribere debent, si cum originalibus conferant, facit Tholosan. cap. 45. num. 5. circa med. & cap. 44. num. 6. lib. 1. de rescriptis. Ità enim fieri conuenit, vt à falso aliena dici possint, Io. de Grassis in tit. de rescript. nu. 6. cap. dura sæpe. de crim. falsi. Quod enim caret hac subscriptione, speciem habet falsitatis, per tex. in l. Iubemus 29. C. de testam. Verùm præsumitur pro rescripto habente formam authenticā, quamdiù non docetur falsum esse, & interim fit executio eius, Tholosan. cap. 48. nu. 9. lib. 1. hoc tit. l. 2. C. ad l. Cornel. de falsis, & quando adest falsū, potest interrogari nū falso rescripto vti velit, vt per eundem Tholos. d. cap. 48. lib. 1. nu. 10. eod. tit. nostro.

35 † Ideo in litteris sic expeditis, includitur plica supplicationis collationatæ, & à Cancellario subscriptæ, in venire ipsarum litterarum, antequam sigillo commendentur, facit Tholos. in dicto. cap. 45. nu. 5. circa med. lib. 1. huius tit. Franc. Marc. decis. delph. 1160. n. 5. par. 1. Ita cauentur etiam ordines Senatus in tit. de Scriptoribus, & diximus in cap. 2. num. 25. par. 2.

36 † Quinta signatura est subscriptio officialium; nam postquam hæc omnia ritè facta erunt, defferuntur minutæ, & litteræ editę Regiis Secretariis, qui

37 † Secretarij minutas in omni eorum parte respiciunt diligenterq; aduertunt, nū omnes offitialium subscriptiones, (quas subiecta materia desiderat) adsint & nū data litterarum, cum data supplicationis concordet, ac etiam nùm caracteribus abrasis, dealbatis, aut aliter deformatis, afficiantur litteræ, demum à quo supplicatio collationata sit, seu Indicata, vt per ordines Senatus anni 1566. in tit. de Secretariis, quinimò, si ipsi Regio Secretario videbitur, talem supplicationem alteri iterum collationandam dare poterit ex arbitrio, vt per Tholos. d. cap. 45. num. 5. circa fin. lib. 1. huius tit. & cap. 47. per tex. ead. lib. Decius d. consil. 175. num. 1. Butr. in cap. 2. col. fin. de fide Instrument.

38 † Deinde vbi tales litteræ ritè emanatæ, aliqua suspicione careant, tunc manu sua in angulo ipsarum litterarum, idem Secretarius eius cognomen ponit, & subscribit, ità videlicet. Besitius &c. quod signū Questoris antiquitus appellabatur, quod tamen hodie subscriptio Secretarii nuncupari solet, vt per Podil. in leg. vniuersa. nu. 5. & ibi DD. C. de diuers. rescript. Fabius de Anna cons. suo 105. lib. 2. nu. 2. & diximus in cap. 2. num. 15. par. 2.

39 † Antiquitus enim solebat sacer Quęstor (qui Secretarius nunc appellatur) subscribere responsiones rescriptorum, seu litterarum Principum, secundum Constitutionem Nouellę 114. vt diuin. iussiones subscriptionē habeāt, Gloriosissim. Quæstoris, vt in auth. C. de diu. resc. eius aūt subscriptionis, hęc erat formula, Questor legi, vt in Cōstitut. nouella Iustinian. de filijs liberorum, & ideò istæ litteræ signantur ab vno ex Secretariis Regijs. Tholos. d. cap. 40. num. 5. lib. 1. huius tit.

40 † Et ideò cum totum onus ad Quest. Regios spectet solitus est Princeps eligere à Consiliis viros probos, & in veritate dicenda fidos, & intrepidos, vt per eundem Tholosan. in cap. 51. lib. 1. huius tit. num. 10. Curt. consilio 73. Barbat. cons. 24. lib. 2. & in istis exercendis intrepidi esse debent, & præmissa claræ discretionis, vt ait Innocent. in cap. 4. de Iureiurando.

41 † Secretarij enim Regij tales subscriptiones in litteris Senatus nostri agunt nomine Regio cum Regiis Senatoribus esset hoc nimis onerosum, ex consuetudine etiam generali Curiæ Mediolanensis, facit text. in cap. porrecta de cōfir. vtil. vel inutil. qui. n. per alium facit, per se ipsum facere videtur, vide Rebuff. in sua prax. beneficiorum fol. 99. num. 16. facit Tholos. d. cap. 47. circa med. lib. 1. huius tit.

42 † Quinimò sic diligenter visis, litteras ipsas editas subsignant, originalia penes se retinendo, vsque ad Cancellariæ expeditionem. Originalia scilicet rescriptorum, seu litterarum expeditarum per Reg. Secretarius retinentur, statim expeditis litteris editis cum eorum subscriptione, vt ex decreto Senatus in tit. de Scriptorib. vers. eorum officium circa med. Ibi Secretarium acta tenere &c. anni 1566.

43 † Postea officio peracto ad Archiuij Custodem spectat onus, dicta omnia originalia colligendi, & in Archiuium, seu registrum illa omnia custodiendi, ac etiam suis filiis cooptare, sic disponente decreto Senatus in tit. de custode Archiui anni prędicti 1566. prout etiam notat Plin. in epistola ad Troianū 63. lib. 10. vbi inquit morem esse antiquū asseruari rescripta in scriniis Principis, adhoc etiam, vt quod actum est, probari possit, l. contrahitur 4. ff. de pignor. si enim de falsitate litterarum dubitatur, fit collatio illarum cum registro, vt in cap. cum ex litteris 5. de in integrum restitutione lib. 1. tit. 41. Tholosan. cap. 54. lib. 1. nu. 7. huius tit. nostri, & diximus alibi.

44 † Et quia litteræ missiuæ semper diriguntur Iudicib. vel aliis personis in aliqua dignitate cōstitutis, P. Greg. in cap. 53. lib. 1. num. 2. de rescriptis.

45 † Ideò in istis litteris fit inscriptio atergo, & ponuntur tituli Iudicum, & seu dignitatum, prout quando diriguntur alicui ex Prętoribus dominij, fit inscriptio similis, videlicet. Sapienti I. C. Prætori Alexandriæ nostro dilecto; Si verò alicui ex Prætoribus Cremonæ, vel Papiæ, tunc ponitur. Spectabili &c. nostro dilectissimo &c. cum sint Regij Senatores; si verò diriguntur alicui personæ particulari, additur nomen proprium, alias, si sub nomine dignitatis, sufficit nomē generale, vt supra, scilicet. Prætori Nouariæ &c. & tunc eius successor, vel locumtenens exequi poterit, vt per Lancellot. de attentat. par. 2. cap. 20. limit. 24. num. 10. cap. quoniam. Abbas, & ibidem Canonistæ de off. deleg. Rota decis. 17. alias 434. eod. tit. in nouis. Bald. dicto cap. quoniā, Abbas n. 1. & Io. Andreas. Et ideò rescriptum directum alicui in dignitate constituto, cessante illa qualitate, cessat rescriptum, vt per Tiraquell. suo tract. causa cessante cessat effectus. limita. 4. num. 4. Felin. in d. cap. quoniam. Abbas col. 3. vers. sed numquid, & ibi Dec. de off. delegat. Menochius. de arbitrar. quæstione 68 per totam.

46 Fallit

46 † Fallit tamen hæc regula, si iurisdictio fuisset prorogata per ipsas partes, vel si esset iurisdictio ordinaria, *vt per eundem Bald. d. cap quoniam. Abbas. num. 2. & ibi Card. Hostiens.* prout etiam accidit in Consultoribus Mediolanensibus Iustitiæ, qui finito eorum officio per delarionem scripturarum dicuntur prorogati, *prout etiam not. per Carpan. ad stat. Mediolani cap. 55. vol. 2. num. 3.*

47 † Fallit secundo, quando locumtenens Prætoris, vel alterius Iudicis constitutus fuisset ab ipso Prætore, tali enim casu non transit auctoritas delegationis; ratio est quia ipse Prætor in tali casu non cognoscit tamquam potestas, sed vt delegatus, *Alex. in l. & quia. num. final. de iurisd. omn. Iud. l. qui liberis. §. hæc verba, col. fin. vers. nota incidenter ff. de vulg. & pupillar.* prout etiam quando ipse locumtenens fuit à Principe deputatus, tunc omnes prerogatiuas ipsius Prætoris consequitur, *vt per Bart. in l. filius. ff. de leg.* sicut etiam si litteræ fuissent emanatę sub nomine dignitatis, tunc ipse eius successor esse dicitur, & ideò transiret in eum. *vt per Dec. d. cap. quoniam. Abbas num. 15. circa med.*

48 † Cùm etiam, si moritur delegatus, cui facta erat commissio expresso nomine dignitatis, talis commissio de nouo debet præsentari successori, *Dec. d. cap. quoniã. Abbas num. 2. per Bart. in l. 1. C. de edendo, cum similibus & diximus cap. 2. num. 38. par. 2.*

49 † Deinde his expeditis defferuntur hæ litterę Hostiariis Senatus, qui tales expeditiones, & litteras imprimunt cum Regij, & Ducalis sigilli impressione, *vt per Tholosan. d. cap. 47. num. 1. circa medium. lib. 1. huius tit.* hoc enim sigillum dicitur auctoritas Principis, per tex. in cap. nobilissimus. 96. distinct. sigillo .n. litterato imprimunt, & signantq; cera purpurea loco forsan cóchilij, & muricis, quo vtebantur Imperatores, vt inquit *Conrad. Laudens. suo templo omn. Iud. cap. 1. §. 4. versi. 6. num. 6. in fin. Tholos. d cap. 47. num. 1. Massir. Laudens. quæst. 33. de Priuileg. & rescript. vide infra nu. 51. in fin.* sigilla enim cõmittuntur personis fide dignis, *Dec. d. cons. 175. nu. 7. circa med.* maximè cum sigillum sit substantiale, *Afflict. decis. 351. num. 2.* aliter litteræ non valerent, *Io. de Grassis. tit. de rescriptis Apostolicis num. 4. circa finem. Idem Afflict. decis. 21. nu. 9. circa med. Scappa de iure non scripto cap. 24. lib. 2. num 5.*

50 † Postremo conceduntur istæ litteræ per Senatum nostrum Excellentissimum, uel apertæ, vel clausæ: apertæ sunt illæ, quæ continent gratias ex plenitudine potestatis, & ex gratia Principis: clausæ verò, vt plerumq; continent delegationes, & alia rescripta ad lites, & iustitiæ cum similibus, *Tholosan. in c. 36. n. 4. li. 1. & c. 2. n. 13. de rescr. Staphil in suo tract. de litteris gratiæ, & inst. in tit. de rescrip. Apost., quæ expediũtur in for. breuis in tit. de litteris Iustitiæ &c;* Ideò litteræ patentes, dicũtur quia apertæ emanant, *vt in cap. 1. de tempor. ordin. in 6. lib. 1.* & cum sigillo magno muniuntur, *cap. nobilissimus 96. distinctione;* & ponitur atergo clausula, slz. Registrata in filo patentium &c. *cap cum dilectus, de consuetud. DD. in cap. 2. de fide Instrumentorum.*

51 † Clausæ autem emanat litteræ missiuæ, & quæ sigillo paruo muniuntur. Ideò ex hoc sigillo Regio omnia censentur in Forma autentica facta, *vt in d. cap. 2. de fide instrumentorum lib. 2. tit. 22. cap. cum dilectus. 9. ead. tit. Tholos. d cap. 2. lib. 1. num. 10. circa med. hoc tit. Encaustum autem in d. l. sacri affatus fiebat purpurea inscriptione,* slz. cocti muricis, & triti conchilij ardore quod priuatis habere prohibitum, cum solum Imperatori spectet, pęna enim erat imposita vltimi supplicij, tanquam tyrannidem affectanti, qui habuerit, *l. 3. 4. & 5. C. de vestibus oloterislib 11. l. 1. C. quæ res vend. non possis, li. 4.* materia est addusta picturæ apta, *vt meminit Plinius lib. 35. cap. 11.* pro rescripto conchilio addusto subscripto, ponitur dictio sola, *Encaust. l. vni. C. de Collegiatis, & Chartoprates lib. 11. Tholos. d. cap. 2. lib. 1. numero decimo circa medium. hoc titulo. vide ibi in fine.*

52 † Stylus consueuit emanare in Mediolanensi Curia, vt postulata per supplicantem, semel reiecta, iterato nõ proponantur etiam sub pęnis contentis in decreto Senatus anni 1580. diei 15. Ianuarij. *idem notat Vestrius sua praxi Roman. Curia cap. 3. lib. 1. num. 4.*

53 † Quando autem in signatura agitur de re graui, & non solita concedi, vel adeò dubia sit, vt Senator lecturæ ex se decidere non possit, illam in pleno Senatu aliis confert, & ex totius Senatus voto supplex obtinet, secundum ẽt ritus, & decreta ipsius Senat. anni prædicti 1580. *idem notat. Vestr. d. sua prax. Rom. Cur. d. cap. 3. n. 2. circa medium, vers. quod si supplex. lib. 1.*

54 † Si verò preces aliquid continerent, vt alteri possit præiuditium inferre, non solet Senatus aliquid sine partis vocatione concedere, *Bald. in rubric. de rescript. num. 8.* vbi dicit, hoc procedere quando multum læderet alium, *& cons. suo 301. num. 1. lib 5. Vestr. d. cap. 3. lib. 1. num. 2 circa medium, Leonell. Bartolin. de subscriptione rescriptorum quæst. 6. art. 1. col. fin. P. Gregor. lib. 1. de rescript. cap. 51 num. 2. circa medium.*

Et quia de his satis, idcircò ad alia transitum faciamus.

De Litteris cessionis bonorum.

PRÆLVDIVM. XX.

Mandamus vobis, vt vbi Supplicans sit in casù bonis cedendi, eum admittatis ad cedendum, citra formam pudendam &c.

COMPENDIVM.

1 *Senatus rescribens, vt supplicans admittatur ad cedendum bonis, vbi sit in casu; dicitur illum ignominiosã formam remittere, licet non adsit clausula, non obstante statuto, contrarium disponente, & cur?*

2 *Littera cessionis bonorum, nõ liberãs cedentem ab actione: sed a carcere, limita, vt nu. 24.*

3 *Index absque litteris Senatus, non potest hanc cessionem admittere.*

4 *Paupertas allegata in precibus per debitorem, quomodo probanda, attento decreto Senatus, vt assumantur informationes.*

5 *Creditores omnes citari debent, coram Iudice per cedentem, et quomodo.*

6 *Casus, in quibus non potest quis cedere bonis, qui sine.*

7 *Littera cessionis per principalem debitorem obtenta, fideiussors non prosunt.*

8 *Amplia idem esse, si in precibus de fideiussoribus mentio facta sit, vbi in litteris non reitereiur, & quomodo.*

9 *Rescriptum non extenditur ad aliud subiectum, & quando.*

10 *In Gallia solet in litteris exprimi, etiam nomen fideiussoris.*

11 *Petitio si indeterminata sit, & concessio determinata, attenditur concessio.*

12 *Rescripta, in his quæ sunt contra ius, restringenda sunt, cum non valeant ex deffectu præsumpta voluntatis Principis.*

13 *Mandata omnia Principum, & eius rescripta, semper intelliguntur concessa, absq; alterius grauis præiuditio.*

14 *Littera cessionis bonorum, nequeunt impetrari, vbi debitor prius quinquennalem dilationem impetrasset, & quando?*

15 *De-*

15 *Debitor detentus, volens cedere bonis, ali debet à creditoribus.*
16 *Debitor Fisci, num cedat bonis.*
17 *Litteræ cessionis, non nocent creditoribus, & quando.*
18 *Litteris cessionis, re non integra renunciari nequit.*
19 *Cessio bonorum pluries fieri potest.*
20 *Recursus ad Senatum in causa cessionis, non impedit executionem præcepti, & quando.*
21 *Litteræ cessionis, lite etiam pendente impetrantur.*
22 *Effectus litterarum cessionis incipit à die datarum litterarum.*
23 *Creditores grauati, in admissione cessionis, appellare possunt.*
24 *Cedens bonis ignominiosè, liberatur in totum.*
25 *Beneficio cessionis, renunciari non potest.* * *ex communi.*
26 *Debitor extra carcerem non est audiendus, licet preces porrexerit, pro obtinendis litteris &c.*
27 *Curator datur bonis cessionis, basteq; subiiciuntur, vbi immobilia cessa sint.*
28 *Debitor iste postquam bonis cessit, si ad pinguiorem fortunam deuenerit, deducet alimenta.*
29 *Obtentis litteris cessionis, vna cum declaratione, deberet partis denunciari ad molestiam euitandam.*
30 *Cessio absque ignominia in iure permittitur.*
31 *Decoctus, postquam bonis cessit, attestificando repellitur regulariter, secus limitatiuè.*

PRÆLVDIVM XX.

OBerati ære alieno, vbi decoctores sint, & omni alio auxilio destituti, litteras cessionis bonorum à Senatù nostro impetrare cunantur: propterea cum frequenter de eis disceptetur in Iuditiis: Ideò, & nonnulla de eis erit adnotandum. Primum erit igitur regulare, vt vbi

1 † Senatus noster rescribat, quod supplicans admittatur ad cedendum bonis, vbi sit in casù, tunc dicitur illam ignominiosam formam à statuto Mediolani præscriptam cap. 408. vol.1. remittere, licet etiam non adsit clausula, non obstante statuto contrarium disponente. *Bald.consil.3*[illegible]*1.vol.5.num.3.per tot.tit. C. & ff. de cessio. bon. Brunus suo tract. de cession. bonorum, quæst. 6. princip. num.7. per Apostillator. ad Bart. in l. alia eleganter. ff. solut. matrimonio, & in specie etiam trad. Apostillator ad dictum statutum 408. nu.180. & seq. per Roland. à Vall. consil.7. num.16. & 17. vol.2. Marchesan. de commissio. admissio. ad bon. cessio. num.10. & num.111. par.2. cap.7.* maximè attenta illa clausula, in litteris apposita, slz. citra formam pudendam; ideò Senatus illam remisisse censetur, cum alias isthæc forma ignominiosa, nihil vtilitatis accrescat creditoribus, nec eos lædat, sed supplicanti prosit: Ideò facile concedi debet, *per tex. in l. beneficium ff. de Constit. Principum. vbi Bald Salycet. & aly. Bald. d. cons. 301. num.3. in fine,* iubet enim statutum prædictum, vt cedere volens, nudus sit, & discalciatus, & coram populo pulsatis campanis, & super Pallatio magno cōis Mediolani, ascēdat tempore quo Iudices sedent, iuxta etiam disposita in statuto cap. 86. Potestas &c. vol.2. *Apostillator etiam ad d. cap. 408. vol.1. num.172. & 173. Bald. d. num.3.* Ideò attenta illa clausula, citra formam pudendam, dicitur ex certa scientia dicto statuto derogasse, *Felin. in cap. nonnulli, num.11. circa med. de rescriptis. versic. fallit quarto &c. Dec. cons. 588. num.3. Rota decis. 32. in nouis. de rescript.* Verum

a † Istæ litteræ cessionis bonorum, non liberant cedentem ab actione reali, sed tantum à carcere, & personali actione, *per tex. in §. fin. Instit. de actiō. Gail. pract. obser. lib.1. obseru.13. num.2*[illegible] *per tex. in l. si, qui, vbi glosa, & DD. ff. de cessio. bonorum. Costa de remed. subsid. remed. 27. nu.2.* : & ideò super postea acquisitis conueniri poterit, deducto ne egeat, *per tex. in d. §. fin. vbi Iason. nu. 4. & l. is, qui, & in l. cū & filiis familias. C. eod. tit. Gail. d. obseruat. 43. num. fin. circa fin. Papo. suis consuet. tit. de cessio. §.72. vers. nec hoc si anno &c. Costa de remed. subsidiar. d. remed. 27. num.3.*

3 † Imò Iudex absque litteris obtentis à Senatù, non poterit hanc cessionem admittere, *Giurba decisio. 41. nu. 2. per Afflict. dec. 296. in fine, & decis. 379. in princ. Costa de remed. subsidiar. remed. 27. nu.11. Mnseatel. sua praxi in glos. decernebitur, nu. 81. par.2.* prout etiam

4 † Paupertas allegata in precibus per debitorem, non sufficit; quia allegans se pauperem, hoc probare debet, *per tex. in l. si creditores ff. de priuileg. creditorum. Brun. de cessio bonorum, quæst. 15. princip. nu 5. l. fin. ff. de liber. agnos. Costa de remed. subsidiar. remed. 27.* quia est fundamentum intentionis suæ. *l. ei qui dicit, ff. de probation.* Hinc est, quòd prius debet Senatus assumi informationes, quæ probari possunt per cognoscentes eum pauperem, & per famam viciniæ. *Brun. d. quæst. 25. num.9. & 10.* & per libros æstimi, *Bart. in l decem. de verb. oblig.* propterea cedere volens, tenetur iurare coram Iudice de consignando bona fide; omnia bona sua creditoribus, & illa designare tenetur, alias non valet, per statut. nostrum cap. 409. vol.1. & de iure communi sufficeret iuramentum, quòd non dolo, ad dictam cessionem veniat, *Papo. suis consuet. tit. de cessio. §.71. vers. secundo casu &c* prout etiam ex decreto Senatus diei 2. Ianuarij 1599. iste supplicans debet esse, bonæ qualitatis, & honestæ conditionis: & assumi debent informationes de numero debitorum, & à quo tempore citra, ea contracta fuerint, citatis ipsis creditoribus, quę cessio etiā fuit admissa a Senatù nostro contra mercatores Heluetícos, anno eodem, & non attenta eorum comparitione diei 27. Octobris 1598. Sic igitur

5 † Citari debent omnes creditores, coram Iudice, ad videndum per dictum supplicantem, eidem Iudici in scriptis dari omnia nomina creditorum, & debitorum suorum, & quantitates, & res, & iura debita, & omnia bona mobilia, & immobilia, quę habet, à valore solidorum 20. imper. supra *per statut. Mediolani cap. 410. vol.1. Papo. suis consuet. tit. de cession §.71. in princ. Apostillator ad dictum statutum 408. nu.166. & d. cap. 410. num.4. & seq. vol.1. Giurba decis.41. num.19.* cum alias cessio in præiudicium non citati, non teneat. *per dictum statutum 410. in fine.* nec litteræ in dicta causa emanatæ valerent per prædicta.

6 † Casus autem, in quibus non potest quis cedere bonis suis, infra enumerantur. Primus est, contra mercatores descriptos, habentes executiones personales ex forma ordinum, vel statutorum; *per dictum statutum 408. circa fin. vol.1. vers. qua tamen cessio &c.* Secus verò, si dictus mercator non esset descriptus, vel non legalis, & contractus non fit realiter, & sincerè factus, vel vsurarum prauitatē saperet, vel si fraudem contineret, prout declarauit *Senatus noster anno 1552. die 2. Septembris.* Secundus, nec per Colonos. & Fictabiles, nec aliquos de sui familia, *etiam per stat. 379. volum.2. vbi Apost. num.394.* slz. maiores annis 14 *per statutum Mediolani cap.167. vers. Pro debito &c. vol.1. circa finem,* quod ampliatum est supra annos 20. *per N.C. in tit. de prohibitis execut. cap. colon. §. Idem de his &c.* vel pensionantes, & qui societatis nomine animalia tenent, *per N.C. dicto tit. cap. colonis, §. nec hi &c.* Tertius est contra fideiussores, & qui sint cauent, *in cap. 413. vol.1. vbi Apostillator num.63.* Quartus, nec contra illos, qui pro alio se obligauerunt, prout in statuto prædicto de fideiussore exonerando. Quintus erit contra emphiteutam, *per N.C. d. cap. coloni, & d. stat. 408. in fin. Socin. regul. 65. cedens bonis &c.* Et sic adnotandum est has

7 † Litteras cessionis bonorum per principalem debitorem obtentas, eius fideiussori prodesse non posse, quinimò poterit à creditoribus molestari, *per tex. in § fin.*

vbi

vbi Aretin. Instit. de replicat. Pet. Iac. de cession. bonorum in princip. idem tradit Brunus eod. tit. quaest. 8. princip. num. 1. & num. 6. & 20. Guid. Papa decis. 211. ad finem, incip. Debitor non potest &c. per tex. vbi glos. in l. vbicumq; ff. de fideiussor. Marches. de commissio. d. titul. de commissio. ad bon. cession. nu. 103.

8 † Amplia, hoc etiam procedere, si in precibus de fideiussoribus mentio facta sit, in litteris autem nulla mentio de fideiussore fiat, quia statur signaturae, & non petitioni. *Brunus dicto tit. de cession. bonorum, dicta quaest. 8. princip. num. 11. & 12. Paris. consil. 107. est. 21. vol. 4.* quia rescripta sunt stricti iuris, nec se extendunt ad personas in eis non comprahensas, *per tex. in cap. P. & G. de off. deleg. & cap significante. vbi P. Greg. Felin. & alij. de rescript. Magon. in Rota Florentiae decisio. 87. num. 4. & decis. Lucens. 52. num. 8. & 23.* Hinc dicimus

9 † Rescripta non extendi ad alia subiecta in eis non compraehensa, vt in specie trad. *Salycet. in l. & si non cognitio. num. 4. C. si contra ius, & vtil. publ. per tex. in cap. significante, de rescript. & in cap. P. & G. de off. delegati*, nam persona non videtur repetita, *per tex. in l. si Ita stipulatus, §. Chrysogonus de verb. oblig.* Cum etiam, quòd de vno dicitur, de alio negari videtur, *l. & si sine. §. sed quod Papinianus. ff. de minoribus:* Secus verò, si essemus in casù, qui procederet per eandem rationem, & in connexis: tunc enim quòd de vno conceditur, videtur & de alijs concedi, *vt distinguit Bald. in l. 1. C. de diuer. rescriptis, num. 1. circa med.*, prout in consortibus litis ratione indiuiduitatis causae, *Leonell. de subrept. quaest. 18. art. 7. colum 2. Crauet. consil. 45. num. 2.* prout supra diximus suo proprio titulo.

10 † Propterea in Gallia, cautum est, etiam in litteris, quae nomine principalis debitoris emanant, vt exprimatur etiam nomen fideiussoris, hoc modo, scilicet. supplicantem, & eius fideiussorem ad soluendum minimè compellatis, & praesertim in litteris quinquennalibus, *vt per Rebuff. super Const. Regn. tomo 2. in titul. de litteris dilat. annalib. art. 1. glos. 1. num. 42. Menoch. de arbitrar. Iud. casu 203. num. 26. per Cyn. Salycet., & Bald. in l. quoties. C. de precib. Imper. offerend.* prout etiā diximus.

11 † Quòd vbi petitio indeterminata sit, & concessio determinata; tunc concessio attenditur, quia vires à concessione, & non à petitione sumunt litterae, *Felin. in cap. super litteris num. 10. circa finem, colum. 6. in fine, de rescriptis, Brun. d. titulo de cessio. bonorum quaest. 8. princ. num. 19;* sicuti etiam dicitur, quòd vbi signatura ampliet, vel limitet rescriptum, tunc non attenditur petitio, sed ipsa signatura, *Menoch. de praesumpt. lib. 2. praesumpt. 29. num. 7. per Ruin. consil. 43. num. 3. lib. 1. Iason consil. 173 colum. 4. in principio. lib. 4.* Propterea

12 † Rescripta in his, quae sunt contra ius, restringenda sunt, & imò non valent ex defectu praesumptae voluntatis Principis, *Brun. de cessio. Bonorū, d. quaest. 8. principal. num. 13. & 15. per tex. in cap. cum dilecta, vbi glosa & DD. de rescript. l. rescripta, & l. damnosa, C. de precibus imper. offerend.* & ideò licet etiam decretum diceret, fiat vt petitur; ad fideiussorem tamen non refferetur, cum sit contra ius, & benefitium personale debitori concessum, ad fideiussorem non extenditur, sed tantum ad supplicantem refferetur, *vt idem Brun. concludit d. quaest. 8. num. 13. in fine.*

13 † Siquidem rescripta omnia Principum, & omnia mandata, intelligūtur semper concessa, absque alterius grani praeiuditio, *Brun. de cessio bonorum quaest. 16. num. 13. per Bart. in l. quotiens, C. de precibus imperat. offeren. & in l. 1. vbi DD. ff. de constit. Princip.* Ideò

14 † Litterae cessionis bonorum, nequeunt impetrari, vbi debitor prius quinquennalem dilationem impetrauerit, nisi in litteris adesset clausula, non obstante dilatione quinquennali iam obtempra, *Brun. de cessio. bonorū, quaest. 27. princip. num. 1. & 2. per glos. in l. fin. C. de cessio. bon. Afflict. decis. 178.*, vbi inquit ità fuisse iudicatum, *Muscatel. sua praxi Ciuili in glos. detinebitur num. 103. part. 2.*

15 † Debitor detentus volens cedere bonis, debet interim ali à creditoribus, & expensae enim ei subministrādae, *Guid. Papa decis. 211. nu. 2. per glos. sing. in l. fin. C. de erog milit. anno. lib. 12. Costa de remed. subsidiar. remed. 27. num. 1. & 80. in 2. lectura, adsunt etiam ordines Senatus anni 1597. dies 8. mensis Nouembris*, quinimò si ceperit administrare alimenta, & postea desistat per tres dies: tunc potest excarcerari, *Muscatell. sua praxi ciuil. par. prima, in d. glos. detinebitur, num. 72.* & ità seruari faciunt Egreg. DD. Protectores Carceratorū Mediolani &c.

16 † Debitor autem Fisci non potest cedere bonis, *Guid. Papa d. decis. 211. nu. 3. per Bart. in l. cum anū. ff. ad l. Iul. in l. pec. & per Cyn. in l. 1. C. qui bonis ced. poss. & ità seruari in Curijs Delphin. tradit idem Guid. Papa d. num. 3. circa principium*, quòd intelligo procedere, si ex pœna secus verò, si ex contractù, *Costa de remed. subsidiar. remed. sub 27. nu. vndecimo.*

17 † Cessionis litterae autem istae bonorum non nocent creditoribus, qui postea superuenerunt, cum de eorum creditis non fuerit agnitum; secus verò si tēpore impetratarum litterarum erant debitores, & ipsi fuerint citati, & vocati, ad talem actum faciendum, *Salycet. in l. 1. num. 4. C. de his, qui bonis ced. poss. Marchesan. de commissio d. tit. de commissio. ad bon. cessio. num. 10. vbi num. sequen.* inquit, executionem super vestibus, quas portant debitores, esse eis relinquendas, *per Bart. in leg. penult. ff. de cessio. bonorum, limita, vt per Thesaur. decis. 182. per totam.*

18 † Litteris autem cessionis, re non integra, renuntiari nequit, *Bald. in l. fin. num. 4. C. qui bonis cedere poss. Costa de re integra distin. 97 num. 6. Brun. d. tract. de cessio. bonorum quaest. 10. princip.*; secus vero, si parte citata illis litteris vsus sit, ob ius parti acquisitum. *Costa d. tit. de re integra dist. 92. num. 12. per Bald. in l. petenda nu. 6. C. de tempor. in integr. restit. Idem Costa de remed. subsidiar. remed. 24. num. 10.*

19 † Cessio bonorum potest fieri bis, & pluries, cum sit actus reiterabilis, *Salycet. & Castrens. in l. ex contractu in fine, C. de bon. aucto. Iud. poss. Brun. de cessio. bonorum quaest. x. num. 6. & post eum Costa de remed. subsid. remed. 27. prima lectura num. 16. per Thesaur. decisio. 182. Idem Brun. loco citato quaest. secunda, num. 8. in fine*, nam alias prima cessio non se extenderet ad creditores futuros, & qui post cessionem orti sint, *Iason in §. fin col. 2. in princ. Instit. de actio. Brun. qui supra, d. quaest. 2. num. 8. & seq. verum Marchesan. de commissio. in tit. de commissio. admissio. ad bon. cession par. 2. cap. 7. num. 72.* inquit, semel admissum adhoc cessionis beneficium, non debere iterato admitti, sed contrarium in hac Curia obseruatum vidi, cum pluries, possint istae litterae impetrari, cum sit remedium subsidiarium. *Costa d. remed. 27. num. 16.* cessante tamen malitia, & dolo debitoris, cum regulariter dolus nemini patrocinari debeat, *cap. in acio 22. q. 2.*

20 † Verùm vbi ageretur de sententijs latis, & de executione personali contra debitorem emanata, eo casù licet coram Senatù Excellentissimo assumerentur informationes pro huiusmodi litteris cessionis emanandis; attamen, vbi non adesset supersedentia per Senatum facta, tunc dictae sententiae executio non suspenderetur, *per ordines Senatus anni 1566. dies 12. Iunij., Asin. sua prax. Iud. §. 31. cap. 2. ampliat. 9. num. 3.* quae supersedentiae fieri non solent adsq; causae cognitione. *Aluar. Valas decisio. 51. num. 30.*; secus verò post emanatas litteras & dicta cessione bonorum facta, *Bart. ad l. vbicumque num. 8. ff. de fideiussor. Cenal. com mun. contra commun. qu. 725. nu. 11. Costa d. remed. 27. nu. 6.*

21 † Sic igitur clarum est in iure, huiusmodi litteras cessionis bonorum, etiam lite pendente, a Principe, vel ab eius

ab eius Senatù impetrari posse, per tex. in l. fin. in principio. C. qui bonis cedere poss., quinimò olim solus Princeps hoc poterat. Afflict. super Constit. Regni in tit. quæ sint Regalia, in verbo Regalia num. 182. & in decis. 379. per totam: Verùm Senatus noster solet huiusmodi litteras emanare, vt etiam in praxi. trad. Apostillator d. statut. 408. vol. 1. nu. 180. Bald. cons. 301. vol. 5. Roland. à Vall. d. cons. 7 nu. 16. vol. 2.

22 † Effectus autem istarum litterarum cessionis, à Senatù, vel Principe emanatarum, incipit currere, à die datarum ipsarum litterarum, & non à die præsentationis, per tex. in cap. eam tè, vbi Ripa. Bald. Felin. & alij de rescriptis. Oldrad. consil. 50. num. 1. circa fin. per text. in cap. si eo tempore de rescript. in 6. idem etiam trad. Marchesan. de commissio. d. tit. de commissio. admissio. ad bonorum cession. num. 101. per Guid Pap. decis. 109.

23 † Vbi autem creditores essent grauati à Iudice inferiori, circa declarationem admissiones huius cessionis bonorum, tunc possunt appellare, Card. Paris. cons. 80. num. 49. vol. 1. Marchesan. de commissio d. tit. de cōmiss. admissio ad bon. cession. num. 93. in fine, veluti si in dicta admissione non fuisset seruata forma prædicta statutorum Mediolani, vel, vbi cedens, non esset in casu cedēdi bonis, vel aliter esset nulla: nam, vbi cum causæ cognitione, & seruatis seruandis fuisset emanata; tunc pro ea præsumeretur, quousq; declaretur nulla, vel reuocetur, per tex. in l. herennius. § gaia. ff. de euiction. Paris. d. num. 49. circa fin. per text. in cap. in præsentia. de procurator.

24 † Vbi autem quis vellet bonis suis cedere, non citra formam pudendam, sed ignominiosè, & absq; literis Senatus; tunc iste cedens liberatur in totum: Itàut, nil suis creditoribus soluere teneatur, Bald. in l. fin. ff in ius vocando, Guid Papa decis. 343. Thesaur. decis. 182. n. fin. Brunus à Sole quæst. 7. num. 10. & quæst. 9. nu. 38. Trentacinq. variarum resolut. 27 num. 8. Ceual. commun. contra commun. quæst. 719. num. 12. Menochius de arbit. casu 183. num. 13. Costa de remed. subsidia. remed 27 num. 3. Giurba decis. 41. num. 21.

25 † Cessionis autem huius benefitio, renunciari nō posse, communem esse testatur Couar. lib. 2. variarum cap. 1. num. 7. Neuiz. cons. 50. num. 6. D. Menoch. de arbitr. d. casu 183. num. 18. Gallarat. de renunciat. tom. 3. renunciat. 179. num. 4. vbi inquit, esse magis communem, & receptam sententiam, per Capell. Tholosan. decis. 230. Caball. milloloq. 325. Beatus de inopia debitoris cap. 1. nu. 41. & vti communiorem, ac veriorem dixit, Muscatell. sua praxi ciuil. in glos. detinebitur, nu. 108. Ceual. commun. contra commun. quæst. 701. num. 7. Cancer de cession. bonorum cap. 8. num. 34. Giurba dicta decisione 41. num. 3.

26 † Per huiusmodi autem litteras, quæ è Senatù emanant, quatenus supplicans, vbi sit in casù eum admittat ad cedendum bonis, non censetur Senatus dispensare debitorem extra carceres, esse audiendum, ubi detentus sit, vel de iure, & ex præcepto Iudicis alias esset detinendus, cum istæ litteræ prouideant, prout de iure. & quatenus iuris, & non aliter, Bald. in cap. cum venissent, num. 2. de testibus. Monal. consil. 8. nu. quinto, Giurba d. decisio. 41. num. 6. maximè cum requiratur prius cognitio, vbi sit in casù: ideò dicuntur Iustitiæ, & non gratiæ, vt eleganter trad. Oldrad. consil. 227. incip. De toto Themate num. 2. & 3 per text. in l. & si non cognitio. vbi glos. Bald. Angel. & alij. C. si contra ius &c. Montier. decis. 15. num. 44 & decis. 8. num. 35.

27 † Praxis autem cessionis est, vt cessione facta à debitore, secundum, vel iuris communis, vel statuti dispositionē, Curator detur bonis cessis (vbi adsint immobilia,) & illius auctoritate, hastę subijciantur, plusque offerenti liberentur, Crauet. consil. 213. nu. 1. per Angel. consil. 191. colum. 2. Menoch. de arbitr. Iud. d. casu 183. num. 19. Bald. consil. 327. Visa serie facti &c lib. 5. colu. 2. per tex. in l. creditores. C. de bonis. auth. Iud. poss.

28 † Debitor igitur iste postquam ad pinguiorem fortunam peruenerit, congrua, ex suæ personæ conditione, licet alias teneatur, alimenta tamen deducere poterit, per text. in l. 4. vbi glos. & DD. ff. de cession. bonor. Menoch. de arbitr. Iud. d. casu 183. num. 21. et 26. cùm, etiam de iure communi cauere teneatur, si ad pinguiorem fortunam deuenerit, slz. se quatenus poterit satisfacturum, Giurba d. decisio. 41. num. 20. Tusch. conclus. 217. num. 4. Triuis. decis. 8. num. 9 lib. 2. cap. Odoardus de solutio. & vbi nō inueniat fideiussionem, saltem iuratoriam cautionem præstare tenetur, Couar. variarum lib. 2. cap. 1. nu. 5. circa finem uers. si autem &c. circa med. per Henric. & Host. in d. cap. Odoardus. vbi glos. & alij. DD passim &c. videas, etiam quæ diximus in præludio VII. num. 210. tit. de Litterarum dimissione.

29 † Obtenta igitur hac declaratione, debitorem slz. esse admittendum ad cedendum bonis, citra formam pudendam. ad formam litterarum prędictarum Senatus; tunc erit omnibus creditoribus denuncianda, adhoc, vt euitetur omnis molestia per eos inferenda, Alciat. in l. 1. num. 74. ff. si cert. pet. & in l. quoties. num. 9. ff. de noui operis nunciat. Thesaur. decisio. 220. nu. 5. Menoch. de arbitr. Iud. quæst. 66. num 4. maximè stante dispositione N. C. in tit. de appel. ibi teneatur infra 4. dies &c. Costa de facti scientia, & ignorantia distin. 31. centuria 1. num. 11. & seq. & distinct. 36. cent. 2. & vbi sit locus appellationi, tunc appellari poterit, iuxta ea quæ supra diximus num. 23. vbi videas &c.

30 † Ideò hæc cessio, sine aliquo ignominioso grauamine, permittitur fieri in iure, Magon. in Rota Lucensi, decisio. 88. nu. 4. per tex. in l. fin. C. qui bon. cedere poss. Socin. Iun. consil. 8. num. 10. lib. 3. Roland. à Vall. d. consil. 7. num. 10. lib. secundo, Thesaur. decision. 182. num. 7. sic igitur

31 † Iste aūt decoctus postquā bonis cessit, regulariter à testificando repellitur, Mascard. de probat. conclus. 738. num. 3. Farinac. de testibus quæst. 56. num. 448. limita tamen, vt per eundem Mascardum conclus. 904. num. 3. Farinac. loco citato, sicut etiam dicimus carceratum pro crimine, testem esse nō posse, licet faciat indicium; vt latius per Farinac. d. quæst. 56. num. 180. & 182., vbi tamen limitat, quando fuisset liberatus è carcere, vel fuisset carceratus ex causa ciuili, vt ipse expressè tenet in eadem quæst. 56. num. 183. & 184., quem ad libitum, videre poteris &c.

De vi, & effectū clausulæ, prout iuris fuerit.

PRÆLVDIVM XXI.

COMPENDIVM.

1 *Clausula, si & prout iuris fuerit, in litteris Principis vel Senatus apposita, regulariter inducit limitatam Principis dispositionem, & ad omnia refferatur, limit. vt num. 5. & 9.*

2 *Amplia primo, etiam procedere, si in initio litterarum fuisset apposita, & quomodo.*

3 *Amplia secundo, etiam habere locum, si dicta clausula in medio litterarum addita fuisset.*

4 *Amplia tertio, idem esse, si in fine litterarum reperiretur descripta.*

5 *Limita primam regulam, non procedere, quando dicta clausula si, & prout iuris fuisset apposita inter unū Capitulum, nam ad illud tantum refferatur, non ad aliud.*

6 *Limita secundam, non habere locum, quando dicta clausula*

sula non posset refferri ad plura capitula in litteris apposita ex identitate rationis.

7 *Limita tertiam, quando ista clausula, in medio posita, non fuit absolutè; sed relatiuè adiecta ad praecedentia, tunc enim ad praecedentia refertur, & non ad alia.*

8 *Limita quartam, quando hac clausula veniret continuatiuè, vel accessoriè ad dispositionem, non principaliter.*

9 *Clausula prout iuris in litteris Senatus apposita, vbi adest specialis determinatio; tunc restringit tantum verba praecedentia.*

10 *Clausula praecedens facilius determinat sequentia, quàm sequens praecedentia.*

11 *Clausula sequens, vel media, numquam ad ea praecedentia porrigitur, in quibus antecedentibus, de per se prouisio specialis facta est.*

12 *Clausula in fine rescripti posita, reffertur ad omnia praecedentia, vbi non potest assignari ratio diuersitatis, et quomodo.*

13 *Clausula, prout iuris, inducit dispositionem conditionalem; ità vt, si de iure sit concedendum id, quod petitur habetur pro concesso, sin minus habetur pro denegato.*

14 *Capitula praecedentia in litteris apposita, vbi sint contraria, vel diuersa, cum sequentibus: tunc non posset refferri ad omnia.*

15 *Litterarum in parte, vbi aliquid subaudiatur: tunc non censetur in alia parte repetita.*

16 *Litteris in gratiosis, ea, quae sequuntur, non debent refferri ad omnia praecedentia.*

17 *Clausula prout iuris, in fine posita, non reffertur ad illud in litteris positum, quod proprium habet determinationem.*

18 *Clausula isthaec in fine posita, non potest refferri ad praecedentia, quando resultaret correctio iuris.*

19 *Clausula prout iuris, in principio litterarum posita, est maioris potentiae ad determinandum sequentia, quam in fine posita, ad determinandum praecedentia.*

20 *Clausula prout iuris, remittit rescriptum dispositioni iuris communis, & secundum illud ius procedi debet.*

21 *Clausula prout de iure, intelligi debet, tam de iure communi, quàm de municipali.*

22 *Clausula hac in litteris motu proprio emanatis apposita, limitat totum rescriptum.*

23 *Clausula prout de iure, semper in litteris restitutionis in integrum, per Senatum concedi solitis, apponitur.*

24 *Clausula prout iuris, vbi in corpore litterarum apposita sit, facit vt illa capita tantum, vbi adaptata fuit restringat.*

25 *Restitutione concessa prout de iure pendentè, poterit nihilominus alia gratiosa à Principe obtineri.*

26 *Clausula ista, quando refferri debet ad omnia, distinguit Author.*

27 *Littera, vbi mandarent Iudici, ut Iudex precedat more Camerali, prout iuris quid importet.*

28 *Clausula praecedentes, vbi habeant determinatam dispositionem, eo casu clausula in fine posita, non reffertur ad praecedentia.*

29 *Capitula litterarũ intermedia, vbi separata essent, tunc non possent ad omnia refferri.*

30 *Clausula, prout iuris fuerit, in materia etiam odiosa, ad omnia reffertur, modo diuersa ratio id non patiatur.*

PRÆLVDIVM XXI.

SÆpè in litteris, quae in dies è Senatu nostro emanant in causis, & litium anfractibus, apponi solet clausula illa, si & prout iuris fuerit, & ideò non inutile erit, de ea nunc paululum discutere, & primo dicendum est

1 † Clausulam istam, si & prout iuris fuerit, in litteris Senatus adiecta, regulariter inducere limitatam Principis dispositionem. *Rota decisio.208.num.3. in recentior. parte secunda, Osasc. decisio.5. num. nono, circa medium, per Dec. consil.436. num.5. circa medium, Cardin. Seraphin. decisio.570. num.2. & decisio.530. num. quinto, Ludouis. decisio.378. nu.4.* & ad omnia reffertur in litteris comprahensa, *Bart. in l.3. §. filius, numero 1. & 7. ff. de liber. & posthum. Cotta decisio.228. Seraphin. dicta decisio.570. num.2. Iason in l. prima. num.4. C. de liber. praterit.* Quinimò litteras facit conditionales, *Matth. Brun. consil.17. numero quinto, Surd. consil.379. numero 34. Ludouis. dicta decisione 378. nu.4. circa fin.*

2 † Amplia primo, etiam procedere, si dicta clausula in principio litterarum fuisset apposita, nam ad omnia posset referri, *Bart. in d.l.3. §. filius, num.1. & 7. ff de liber. & posthum. Iason in l.1. num.4. C. de liber. praterit. Afflict. decisio.248. n.12. Card. Seraphin. decis. 570. nu.2.* veluti quando Senatus mandaret, vt Iudex procedat in illa causa prout de iure &c. *Cott. d. dec.228.*

3 † Amplia secundo, etiam procedere, si dicta clausula in medio rescripti addita fuisset: tunc etiam ad omnia reffertur, *Bart. in d.l.3. §. filius, num. septimo. ff. de liber. et posthum. Abb. in cap. secundo requiris, vbi glos. Dec. & alij, de appell. idem Dec. consil.213. numero sexto, Seraphin. decisio.570. numero.2.* veluti quando mandarent litterae, quatenus Iudex satisfactioni supplicantis prouideat, prout iuris fuerit, procedendo seruatis seruandis, & vocatis vocandis &c. prout quandoque seruatũ vidi, iuxta ritus Cancellariae &c.

4 † Amplia tertio, idem esse, si in fine litterarum dicta clausula, prout iuris, apposita fuisset, tunc pariter ad omnia praecedentia esset refferenda, *Rom. in consil.480. num 7. Plot. consil.86. num.18. Capye. decisio.21. numero 3. & decisio.108. numero nono, & decimo. Afflict. decis. 248. num.10. Cotta d. decisio.228. Card. Seraph. decisio. 460. numero 4. & decisio.325. num.11. Dec. consil.673. num.2. & in cap. secundo requiris, de appellat. numer.3. vbi Abbas, & alij, Ludouis. decisione 378. num.3. & 4.*

5 † Limita primam regulam, non procedere, quando rescriptum haberet plures articulos, & dicta clausula esset apposita in contextu vnius articuli, tunc ad illum tantum refferri deberet, nnn autem ad alios, *Dec. consil. 213. num.7. Bart. in d.l.3. §. filius, num.2. ff. de liber. & posthum Roman. consil.403. nu.2. Afflict. decis.248 n.12. & 13. Abb in d. cap. secundo requiris. col.3. vbi Dec. & alij de appellat.*

6 † Limita secundam, non habere locum, quando dicta clausula in initio apposita non posset [ex identitate rationis] refferri ad alia capitula, tunc enim non posset refferri ad omnia, sed tantum ad proxima. *Bart. in d.l.3 §. filius, nu.7. ff. de liber. & posthum. & in l. hanc autem. n. 3. ff. de lega.1. Iason in l.1. C. de liber praterit. Felin. in c. causamq; n.4. circa med. vers. limita secundo & c. de rescr.* prout si adesset aliqua ratio, quare ad plura non posset refferri, veluti si in praecedentibus erat specialiter prouisum, *Bart. in d.l. Hanc autem nu.3 de lega.1.* vel si habet sensum separatũ, *Iason cons.51. vol.1. et cons.97. eod.*

7 † Limita tertiam, non habere locum, quando ista clausula in medio posita nõ fuit absolutè, sed relatiuè adiecta ad praecedentia, tunc enim solum ad praecedentia reffertur, & non ad alia, *Plot. consil.1. num.11. Decius consil.213. nu.6. Iason. in l. & si pepercerit. § filius autem, nu.24. ff de liber. & posth. Alex. cons 95. lib.5. col penult. Seraphin. decisio.570. num.3. Dec. in d. cap. secundo requiris. vbi x. exempla enumerat. de appellation.*

8 † Limita quartam, non procedere, quando ista clausula veniret continuatiuè, vel accessoriè ad dispositionem non principaliter, tunc enim ad omnia non reffertur, *Seraph. decis.610. n.4. Dec. d.c. secundo requiris. col.2. circa med. de appell. & cons.213. num.7. Bart. in l. fin. ff. de rebus dub. Capye. decis.108. numer.12. vbi vide exempla*

& latius per Felin. in dicto cap. causamque. colum. 4. circa finem, de rescript. vers. limita tertio &c. Iason in l. prima num. 9. circa finem, C. de liber. præterit. Afflict. decisione 248. numero duodecimo, in fine, Dec. consil. 14. numero 4. in fine.

9 † Declara primam regulam, quòd scilicet, ista clausula, prout iuris fuerit, in litteris Senatus apposita, vbi adest specialis determinatio, tunc enim restringit tantum verba præcedentia, non autem reffertur ad omnia in litteris comprehensa, Seraphin. decis. 922. num. quinto, & Barbos. de clausul. & dictio. clausul. 66. numero quarto, & diximus in 2. par. huius nostri tract. de rescript. §. 1 cap. 5. num. 17.

10 † Declara secundam, quòd scilicet, clausula præcedens, facilius determinat sequentia, quàm sequens præcedentia, Roman. consil. 503. num. 2. Dec. consil. 14. num. 5. per tex. in l. si quisquis, ff. de lega 3. & l. filium ff. quando dies lega. ced. Bart. in l. auia in principio, ff. de condit. & demonstr.

11 † Declara tertiam, quòd clausula sequens, vel media, numquã ad ea præcedentia porrigitur, in quibus antecedentibus, de per se prouisio specialis facta est, per tex. in l. cohæredi, §. qui patrem. ff. de vulgar. & pupillar. Roman. d. consil. 503. numero quarto, Bart. in l. hanc. numero tertio. ff de lega. 1. tex. in l. alimenta. ff de aliment. lega. & l. stipulationes commodissime. ff. de postul. Capyc. decis. 208. num. 10. Iason. d. l. 1 num. 9. C. de lib. præterit.

12 † Declara quartam regulam, quòd scilicet Clausula in fine rescripti posita, reffertur ad omnia præcedentia, vbi non potest assignari ratio diuersitatis, cur magis refferatur ad proxima, quàm ad remota, Plot. cons. 86. num. 18 per Socin. in l. si idem cum eodem, §. si vna. ff de iurisdict. omn. Iud. Roman consil 480. numero 7. Dec. dicto consil 213. numero 7. Cranet. consil. 151. colu. final. per tex. in l. 1. C. de liber. præterit. & cap. secundo requiris. de appellat. Bart. in l. 2. §. filius. numero septimo, ff. de liber. & posthum. Afflict. dicta decisio. 248 numero 13 Cardin. Seraphin. decisione 460. numero quarto, & decisio. 610. numero quarto, Ludouis. Pont. decis. 378. nu. 3. & 4.

13 † Obserua primo, quòd ista clausula, prout iuris, inducit dispositionem conditionalem, ità vt, si de iure sit concedendum, id quòd supplicatur, habetur pro concesso. sin minus habetur pro denegato, Matth. Brun. consil. 17 sub num. 5. Surd. consil. 379. num. 3. & 34. Osasc. d. decisio quinta, numero tertio, per Dec. consil. 436. numero quartò, & quinto, Seraphin decisio. 530. numero 5. & decisio 570. num secundo, Adrian. Negusant. in Sylua Responsorum quæst. quarta, num. 103. Ludouis. decisio. 378. num. 4. circa fin.

14 † Obserua secundo, vt vbi præcedentia capitula in litteris apposita, essent contraria, vel diuersa, cum sequentibus: tunc dicta clausula non posset refferri ad omnia, Bart. in d. l. Hanc autem, numero 3. circa med. ff de lega. 1. versic. Secundo si præcedentia &c. per tex. in l. si idem cum eodem. ff de iurisdict. omn. Iud. & sic debet refferri ad compatibilia, Iason. consil. 143. nu. 5. volum. secundo, & in d. l. 1. num. 8. in fine. C. de liber. præterit. Oldrad. consil 152. num. 2. in fine, vel si resultaret absurdum, vt per Iason ibid numero nono, in fine, Felin. in d. cap. causamqua, num. 4. colum. quinta, versic. limita quinto de rescript. Afflict. d. decis. 248. numero 12. circa fin.

15 † Obserua tertio, quòd vbi in vno capitulo, & parte litterarum aliquid subaudiatur, tunc talis subauditio non censetur in aliis capitulis repetita, Felin. in d. cap. causamqua, numero quarto circa finem de rescriptis. vers. limita octauo &c. per Bald. in l. 1. in principio in lect. antiqua, ff quod quisq; iuris. Abb. in d. cap. secundo requiris, vbi glos. & alij de appell.

16 † Obserua quarto, quòd vbi ageretur in gratiis, & beneficiis Principum, in quibus debet latissima fieri interpretatio: tunc enim ea, quæ sequuntur non debēt refferri ad omnia præcedentia, quando per talem relationem restringeretur dispositio, Felin. in dicto cap. causamque, colum. 5 circa medium, vers. limita sexto &c. de rescript. Iason. in d. l. 1. num. 9. circa fin. vers. quinto limita &c. C. de liber. præterit. per Alex. cons. 48. super hæsitatione &c. Innocent. & DD. in cap. cum dilectis, de donation.

17 † Obserua quinto, quòd clausula ista in fine posita, non reffertur ad illud in litteris positum; quòd propriam habet determinationem, Dec. consil. 11. nu. 15. Bart. in l. talis scriptura, ff de legat. primo, Bald. in d. l. 1. C. de liber. præterit. vbi Iason, & alij. Abb. in d. cap. secundo requiris, de appellat. Amplia hanc regulam, &

18 † Obserua sexto, vt ista clausula, prout iuris, in fine posita, non possit refferri ad præcedentia, quando resultaret correctio iuris, tunc enim sufficeret, vt possit refferri ad aliquid, Capyc. decisio. 21. numero 11. per Abb. in cap. Ecclesia de elect. Iason in dicta l. si idem cum eodem in fine ff de iurisdict. omn. Iud. Alexand. consilio 88. secunda columna, volumine primo, per glos. in capit. cupientes, §. quod si, de electionibus. in sexto, in verbo petere &c.

19 † Obserua septimo, quòd isthæc clausula in principio litterarum posita, est maioris potentiæ ad determinandum sequentia, quàm clausula in fine posita ad determinandum præcedentia. Iason in d. l. 1. num. 5. C. de liber. præterit. Bart. in l. quisquis post glos. ibi. ff. de lega. 3. & in l. auia in principio. ff de condit. & demonstrat. Fulgos. Castrens. & alij in dicta l. prima, Matth. singul. 151 Roman. consil. 503. nu. 3.

20 † Nota primo, & intellige, quòd ista clausula, prout iuris fuerit, remittit rescriptum dispositioni iuris communis, & secundum eam regulari, & procedi debet. Adrian. Neguisant. in Sylua Responsorum quæst. 4. num. 103. Dec. consil. 436 numero 5. circa medium. Ludouis. Pont. decisio. 378. num. 4. circa fin. Barbosa de clausul. clausula 66. num. 2. 3 & seq. & videtur data pro forma, quæ omnino obseruari debet. Dec d. consil. 436. num. 5. circa med. Fulgos. consil. 18. colum. secunda, Barbosa dicta clausula 66. numero secundo, & Iudex debet iudicare de iure. Dec. d. num. 5. & ideò cum faciat conditionem, suspenditur iurisdictio quo ad merita. Ludouis. d. decisio. 378. num. 1. alias processus efficitur nullus, Cranet. consil. 182. nu. 9.

21 † Nota secundo, hanc clausulam, prout de iure, intelligi, tam de iure communi, quam de iure municipali, Barbosa d. clausula 66. num. 2. per Marchesan. de commissio par. 2. cap. 2. tit. de commission. restitut. in integrum, nu. 70. & Iudex poterit cognoscere secundum consuetudinem, vel statuta, vt post Abb. tenet Ceuall. commun. contra commun. quæst. 238.

22 † Nota tertio, quòd vbi ista clausula, si & prout iuris, in litteris motu proprio emanatis fuerit apposita, limitat totum rescriptum, Seraphin. decisio. 896. num. 4. Barbosa de clausul. d. clausula 66. num. 5. Cotta decisione 228.

23 † Nota quarto, hanc clausulam, prout de iure, semper apponi in litteris restitutionis in integrum per Senatum concedi solitis, vt per Campanil. in diuers. iuris canon. rubr. 11. cap. 14. num. 297. Barbosa de clausul. d. clausula 66. numero primo, prout in hac Curia seruatur, dantur enim istæ litteræ cum clausula, quæ de iure, vt ex ritibus Cancellariæ Senatus nostri amplissimi, Achil. decisi. 8. num. 2. de restitut. in integrum, & tunc per tales litteras retardatur executio sententiæ, donec discutiatur an restitutio sit danda, Lancellott. de attentat. capitulo decimooctauo, parte secunda, numero 126. de attentat. restitutione in integrum pendente. Puteus decisione septima, in recollect. sub titulo de restitutione in integrum &c. & propterea

inducit

& sic inducit formam, quæ venit regulanda, quatenus de iure veniat restituendus, si verò de læsione, aut causa aliqua legitima iuridicè non apparebit, tunc cessabit restitutio, *Bart. in l. diem proferre, §. stare, nu. 2. & 3. ff. de arbitr. Abb. consil. 41. vol. 1. Marches. de commissio. in tit. de commission. restit. in integrum, numero 69. & 105. cap. primo. parte secunda, & cap secundo, numero quinto eodem, per Dec. d. consilio 436. nu. 5. Aebil. decisio. 8. num. 2. de restit. in integrum, in fine.*

24 † Nota quinto, vt vbi dicta clausula, prout iuris, apposita sit in corpore litterarum, facit, vt illa capita tantum, vbi adaptata fuit, restringat, non autem alia; secus verò, si in fine apposita sit, tunc enim refferetur etiam ad ea, quæ præcedunt, & supra in precibus narrantur. *Abb. in dicto cap secundo requiris. de appellat. Marchesan. de commissio. restitut. in integr. cap. 1. num. 106. par. 2. per Bart. in d. l. tales scriptura. ff. de lega. 1.*

25 † Nota sexto, quòd pendente prima restitutione concessa, cum clausula, prout de iure, poterit alia restitutio gratiosa à Principe requiri, prout aduersus omissam appellationem, vel præscriptionem, & omissas probationes, vel aduersus lapsum fatalium, cum similibus: in prima enim seruatur ordo iudiciarius: in secunda verò, illicò ex Principis restitutione, omnia in pristinum statum, sicut antea erant reponuntur, nec ab ea datur appellatio, *Capell. Tholosan. in addit. decisio. 54. per glos. in cap. suscitatam, vbi Abb. Felinus, Io. Andr. & alij de in integrum restitut. cap. ex litteris, eod. titulo.*

26 † Nota septimo, intellige, ac distingue, ad cognoscendum an clausula ista, prout iuris, in principio, vel in fine rescripti posita, refferri debeat ad omnia in rescripto contenta, vel ne, quòd aut adest ratio diuersitatis, & tunc non refertur ad omnia, *Card. Seraphin. d. decisione 460. numero quarto, Plot. consil. 86. num. 18.* aut non adest, & narrata materia contigua est, & tunc refertur ad omnia, *Rota decisio. 55. num. 18. parte prima diuersorum, Gozad. consilio 2. col fin. & cons. 70. col. fin. Abb. Decius, & alij. in d. cap. 2. requiris. de appellat. Bald. in d. l. 1. C. de liber. prateris. vbi Iason. Fulgos. & alij. Dec. in l. tales scriptura, colum. vndecimam, ff. de legat. 1. Marchesan. de commissio. aperitio. oris. claus. subl. capitulo octauo, par. prima, numero 75. Gabr. suis commun. in tit. de clausul. conclusione nona, numero 3. & sequenti.*

27 † Nota octauo, quòd vbi litteræ mandarent Iudici, quatenus procedat iuxtà stylum, & facultatem, ac morem Regiæ Cameræ, si & prout iuris fuerit; tunc. n. hæc clausula in fine posita, limitaret totam dispositionem, & secundum terminos iuris communis procedere deberet. *Verall. decisio. 162. numero primo, & sequent. par prima, & post eum Marchesan. de commission. in titulo de cõmission. appell. à Cameral. obligat. cap. 16. par. prima, numero trigesimo, secundum impression. Venet.* & sic non poterit Iudex more Regię Cameræ procedere, sed bene via iuris ordinaria, vt ibi per eum &c.

28 † Nota nono, vt vbi clausulæ præcedentes litterarũ, habeant claram, & determinatam dispositionem, eo casu clausula in fine posita, non refertur ad præcedentes clausulas, habentes claram, & determinatam dispositionẽ, *Bald. in l. 1. C. de legit. hered. num. 5. Iason. in l. transigere, col. pen. C. de transact. Iason consil. 142. vol. 2. numero quinto, Gabr. suis commun. titulo de clausul. conclus. nona, numero octauo, & Socin consil 12. volum. 2. Capyc. decisio. 108. num. 10. Abb. in cap. constitutaque nu. 5. de rescript.*

29 † Nota decimo, vt vbi capitula intermedia litterarum essent separata, & haberent materiam separatã, tunc enim non posset ad omnia refferri, *Abb. in d. cap. secundo requiris, vbi Dec. colum. 2. de appellat. Barbat. consil. 34. volum. primo, colum. 2. Guid. Papa. singul. 200. Gozad. consil. 2. colum. final Iason. consil. 142. numero 5. circa med. volum. secundo,* maximè si sint diuersa *Paris. consil. 38. num. 30. volum. 2.* secus verò, si in medio capituli, *Gabr. loco citato, numero vigesimo, & vigesimoseptimo.*

30 † Amplia primam regulam, vt etiam in materia odiosa ista clausula ad omnia refferatur, *Capyc. d. decis. 108. num 16. Iason d. l. 1. C. de liber. prater.* modo diuersa ratio id non patiatur, *Gabr. loco citato, numero secundo.*

De effectu Clausulæ, vbi aliud iuridicum non obstet, vel dummodò aliquid &c.

PRÆLVDIVM XXII.

COMPENDIVM.

1 *Clausula, vbi aliud iuridicum non obstet, in litteris Senatus apposita, non rescriptum extinguit, nec inducit conditionem ipso iure, sed exceptionis ope, cum non apponatur a lege, sed a Principe, & quomodo.*

2 *Clausula hec, vbi aliud iuridicum &c. cum sit negatiua respectu impetrantis per aduersarium est probanda.*

3 *Allegans aliquem subesse deffectum, vltra in precibus expressa; eidem incumbit probatio, cum in eo se fundet.*

4 *Omnes negatiuæ probatæ dicuntur, eo ipso, quòd non probetur contrarium per aduersantem.*

5 *Impetrans habet intentionem fundatam, virtute rescripti, & qui aliud dicit obstare, incumbit probatio.*

6 *Impugnans rescriptum ex veri taciturnitate, debet hoc probare.*

7 *Clausula, vbi aliud, cum veniat ex facto aduersarij purificanda, cum causa cognitione discutienda est.*

8 *Rescriptum, cum clausula, vbi aliud, purum remanet & dispositiuum, si a parte non fuerit oppositum, vel si oppositum, non fuerit probatum.*

9 *Conditio habetur pro impleta, quando stat per eum, qui eam implere tenetur, & non fuerit probata.*

10 *Clausula, vbi aliud, non facit litteras conditionales, sed præseruat ius alterius partis, quatenus subsistat.*

11 *Onus probandi in expressis, incumbit impetranti, in tacitis autem, probare debet opponens.*

12 *Impetrans probare non tenetur, omnia in litteris contenta, licet expressa videantur in forma conditionis.*

13 *Clausula, vbi aliquid, iuridicum non obstet, est ab aduersante probanda, cum sit narratiua Principis.*

14 *Clausula, vbi aliud, intelligi debet, cum additione, scilicet: quam quòd in precibus expressum est, dictio verò, vbi aliquid, in modico etiam verificatur, & ad quid minimum refertur.*

15 *Clausula, dummodo aliquid iuridicum non obstet, non facit rescriptum conditionale, sed tantum inducit modum, & cur?*

16 *Clausula, dummodo aliud &c. non suspendit litterarum executionem, vbi contra eas nil fuerit probatum.*

17 *Allegenti iuridicam exceptionem obstare, vltra in precibus expressa, incumbit onus probandi.*

18 *Exceptio iuridica dicitur esse, quando opponitur circa essentialia iuris, ex quibus ius oritur.*

X 2 19 *Exce-*

19 *Exceptio iuridica, debet probari, verò, & legitimè, non autem per iuris præsumptiones.*

20 *Princeps rescribens cum clausula, nulla exceptione obstante procedat Iudex, non dicitur remota exceptio legitima: sed tantum friuola.*

21 *Princeps mandans ex officio procedi, & superinde iustitiam fieri, intelligitur præcedentibus tamen ijs, quæ de iure præcedi debent.*

22 *Rescriptum Principis, semper intelligitur emanatum, ut minus, quàm possibile, lædat ius commune.*

23 *Princeps rescribens, quatenus iustitia partibus fiat, non censetur tamen derogare desertioni nullitatis, & curæ*

24 *Iudex, vbi cognouerit exceptiones iuridicas obstare, super eis erit pronunciandum.*

25 *Calumniosas exceptiones reijcere debet Iudex: vt litium circuitus sit finis.*

PRAELVDIVM. XXII.

QVoniam vt plurimum, in litteris, quæ in dies è Senatu nostro emanant, addi solet clausula illa, vbi scilicet, aliud iuridicum, vel dũmodo aliud non obstet; propterea, iure meritò & de illa opus est, vt aliqua subnectemus; sic igitur

1 † Clausula ista, vbi aliud iuridicum non obstet, vel dũmodo aliud &c. in litteris Principis, vel Senatus adiecta, non dicitur litteras extinguere, nec inducere conditionem ipso iure, sed exceptionis ope, cum à lege non apponatur: sed à Principe. *Bart. in l. 1. num. 16. ff. de condit. & demonstrat. per tex in l. eum qui, §. qui ita. ff. de verb. obligat. & in l. nemo potest. ff de lega. 1. vbi glosa, & DD.* prout dicitur de clausula, slz. sine præiuditio cuiusq; cum similibus, *Ludouis. Pont. decis. 350. nu. 2. & 3. vbi Beltramin num. 4. Rota decisio 610. in fine, par. 4. in nouissim. Achil. decis 18. num. 2. de probat. Garzias de benefic. par. 10 cap. 1. num. 74. Maria de claus par. 1. clausula 35. num. 9.*: prout dicitur etiam de clausula dummodo alicui ius quæsitum non sit, vt relati DD. affirmant, cum non faciant conditionem, nec sit iustificanda per impetrantem, *Marescott variarum lib. 2. cap 1. num. 172. & 173. Ludouis. loco citato, & num. 4*: verùm debet probari hoc obiectum ab opponente, aliter rescriptum redditur purum, & non conditionale. *Seraph. decis. 349. num. 1. Iason cons. 202. vol. 2.*, prout infra latius dicemus: ea propter

2 † Clausula ista, vbi aliud iuridicum &c. cum sit negatiua, & improbabilis, respectu impetrantis; ideò per aduersarium probanda est, *Bart. in l. qui sub conditione. num. 1. ff. de cond. & demonstrat. vbi Glos. Fulgos. Salyc. & alij*; nam probatur per impetrantem, quod nihil subrepserit; eo ipso, quod non probatur contrarium, *Marsill in repet. rubr. de probat. num. 327. Bald. consilio 398. par. prima, Butr. in cap. dudum, vbi Felin. & alij de præsumpt.* nam regulariter

3 † Allegans alium deffectum subesse, vltra in precibus expressa, incumbit probatio, eum ex eo fundet intentionem suam, *Felin. in cap. dudum, num. 15. circa medium de præsumpt. Christoph. Castilion. consil. 81. nu. 27. Marsil. in dicta repet. rubr. de probat. nu. 327.*; cum etiam

4 † Omnes negatiuæ probatæ dicantur, eo ipso, quòd non probatur contrarium per aduersantem, cum sint liquidissimæ iuris præsumptiones, *Marsil. in d. rubr. de probat. in repet. nu. 327. Bald. d. consil. 398. lib. 1 per DD. in dicta l qui sub conditione, ff. de cond. & demonstrat.* & hoc maximè

5 † Cum impetrans fundatam habeat intentionem virtute rescripti; ideò qui aliud iuridicum asserit obstare, incumbit probatio, *Felin. d. cap. dudum. num. 15. circa med. vbi glos. & DD. de præsumpt. Christoph. Castilion. cons. 81. nu. 27. Marsil. d. rubr. de probationib. in repetit. numero. 327. circa finem.* si quidem de iure

6 † Impugnans rescriptum ex veri taciturnitate, debet hoc obiectum probare, *Dec. in cap. constitutus. num. 3. vbi Abb. Felin. et alij de rescriptis, Leonell. de subreptione rescriptorum quæst. 13. art. 1. col. 2. circa med. Bertaz. cons. 478. lib. 2 num. 21. Crau cons. 23. num. 5. Rendin. suo promptuario receptar. sentent. tit. 103. de rescrip. Ludouis. Pont. decisio. 108. num. 1, & 12. Oldrad cons. 209. nu. 10.* sic igitur

7 † Illhæc clausula, vbi aliud, vel dummodo aliud &c, cum veniat ex facto aduersarij purificanda; Ideò cùm causæ cognitione, erit discutienda, *Felin. in d. cap dudũ. num. 25. de præsumpt. vers. fallit tertio & e. Gozad. consil. 2. num. 20. Franc. Marc. quæst. 191. nu. 1. par. 1. Iason. in l. filius à patre ff. de lib. & posthum. num. 1 per tex. in l. de vnoquoque ff. de re Ind.* Hinc est quòd nostrum

8 † Rescriptum, cum clausula, vbi aliud &c. emanatũ, purum remanet, & dispositiuum, si à parte non fuerit oppositum, vel si oppositum sit, hoc non fuerit probatum, *per tex. in l. 2. vbi glos. ff. de in diem addict. vbi Salicet. Castrens. & alij, Socin consil. 91. num. 3. vol. quarto. Rota dec. 610. par. 4. in nouissim. Afflict. decis. 378. n. fin.* sicut dicitur de scientia, cũ clausula plus, vel minus, quæ tamen dicitur pura, sed resoluenda sub conditione. *Osasc. decis. 145. num. 1. Grammat. decis. 58. num. 10. in fine, per Socin. in l. pecuniam. ff. si cert. pet.* nam clarum est in iure

9 † Conditionem haberi pro impleta, quando stat per eum, qui eam implere debet, & per eum non fuerit probata, *Iason. in l. dedi. §. quanquam. ff. de condit. causa. data num. 3. Gozad. cons. 40. num. 7. & 8. per text in l. si Titius, §. statuam, vbi Socin. & alij. ff. de condit. & demonstratione.*

10 † Clausula, vbi aliud, non facit litteras conditionales, sed præseruat ius alterius partis, quatenus subsistat; sicut dicitur de clausula: dummodo alteri non sit ius quæsitum, *Ludouis. d. decis. 350. num. 3. & 4.* quia sunt verba Principis, non narratiua partis, *Bart. d. l. 1. num. 16. ff. de condit. & demonstrat.*: Ideò non est iustificanda per impetrantem, *Marescott. variarum. lib 2. cap. 1. nu. 174.* nam etiam regulariter

11 † Onus probandi in expressis, incumbit impetranti, in tacitis verò probare debet opponens, quia in excipiendo efficitur actor. *Abb. in d cap dudum, num. 8. circa med. de rescrip. per Io. Andr. in cap. 1. de litis contest. in 6. Vant. de nullit in tit. a quo, & quibus mod. poss. null. probari. num. 1. Osasc decis. 144. nu. 15.* Quæ autem sint de iure exprimenda, vide *D. Menoch. de arbit. cas. 201. & 202. per tot.*

12 † Ideò impetrans probare non tenetur omnia in litteris compræhensa, licet etiam expressa videantur in forma conditionis, *Felin. in d. cap. dudum nu. 1. vbi Abb. num. 5. & alij. de præsumpt.* cum etiam non teneatur impetrans probare ea, quæ narratiuè in rescripto continentur, *Craueta de antiqu. tempor. sect. 3. num. 65. per Innocent. in cap. fin. in princ. de præsumpt.*: ea propter etiam si litteræ continerent aliam clausulam, slz.

13 † Vbi aliquid iuridicum non obstet: attamen, hoc esset à parte altera probandum, cum sapiat obiectum, & sit narratiua Principis, *Bart. in d. l. 1. num. 16. ff. de condit. & demonstrat. Ludouis. d. decis. 350. num. 3. & 4.* cum in tacitis incumbat aduersario. *Dec in cap Constitutus num. 3. vbi glos. & DD. de rescrip. Abb in d. cap. dudum num. 8. circa med. de præsump.* quia ponit aliquid inesse, ideò ab aduersario est probanda. *Ripa in cap. 2. num. 30. de rescript.* Verùm multum

14 † Differt hæc clausula, vbi aliquid, ab alia, vbi aliud iuridicum, si quidem, dictio aliud, intelligitur vltra expressa in precibus, slz. quàm quòd in precibus expressum est, vt notatur in ritibus Cancellariæ Senatus Excellentissimi nostri, penes me existen., cùm etiam ista dictio aliud, intelligatur similis expressè in precibus,

bus, cum sit repetitiua similium, *Gallia conf.121. num. 19. Iason in l.si domus nu.22.ff de lega.1. Mastrill.decis. 2.num.9. Barbosa de dictio. dict.17.num.1. & seq.* dictio verò, vbi aliquid, in modico etiam verificatur, & ad quid minimum reffertur, *Brunor. à Sole in verbo dictio. nu.4. & 39. Bertaz. de clausul. claus.14. glos.3. Barbosa de dictio. dictio.14. num 6.* dictio vero aliud. continet etiam maiora expressis, *Barbosa de dictio. dictione 17. num.4. Menoch.cons.156.num.24.*

15 † In litteris autem, vbi esset posita dictio, dummodò aliquid, vel aliud iuridicum non obstet; tunc neq; faceret rescriptum conditionale: sed tantum induceret modum; cum adijciatur actui perfecto, *Molina. de primogenit. Hispan. lib.2.cap.15.num.29. Sanchez. de matrimon. lib.3. disput.83.num.2. Seraphin. decisio.349. num.1. Iason consil.202.col pen.vol.2.*

16 † Propterea ista clausula, dummodò aliud iuridicum &c. non suspendit litterarum executionem, vbi contra eas, nil fuerit probatum, *Aloysius Riccius suis collect. decis.195.nu.210. in prax. rerum fori Ecclesiastici. Barbosa de clausulis, clau.xx. num.3.* nec est ab impetrante iustificanda, *Ludouis. dicta decis 350.num.2. & 4.* prout dicitur de clausula dummodo non sit alteri concessa, *vt d.num.2. Rota decis.61c. in fine par.4. in nouissimis.* eamobrem

17 † Iuridicam exceptionem allegans obstare, vltra expressa in supplicatione, eidem incumbit onus probandi. *Felin. in d.cap. dudum num.15. circa fin. vbi Bald. Abb. & alij de præsumpt. Oldrad consil.81.num.fin. circa med. Ludouis. decis.108 num.1. & 12.* & debet esse legitima isthæc exceptio, *Oldrad. ibi, num.2. circa med.*

18 † Exceptio propriè iuridica, dicitur esse, quando opponitur circa substantiam negotij, & essentialia iuris, ex quibus ius creatur, sicut materiatum ex materia, *Oldrad. cons.116.num.3. per tex. in l. per acta conuenta, vbi glos. Fulgos. Salycet. & alij ff. de contrahen. empt.*

19 † Exceptio autem iuridica, debet probari, verè, & legitimè, non autem per iuris præsumptiones, & de iure sunt admittendæ, *l. vt vim ff. de Iust & Iure. Clement. Pastoralis. de re Iudic.* & hæc forma probandi oportet, vt sit adiacens, & consentanea rescripto, ex Iuris dispositione, *Bald in cap ex parte 1. de rescript. num.6.* & quando exceptio est iuridica, & legitima, tunc non erit deneganda, alias secus, *Papiens. in for. libell. quo petit hæred. ex testam. in glos fin. num.2. per l.1. C. vnde vi.* Hinc est

20 † Quòd si Princeps rescriberet, & mandaret Iudici, quatenus in causa procedat, nulla exceptione obstante; tunc dicitur remota sola exceptio friuola, non autem legitima *per tex. in cap. ex parte, vbi DD. de off. delegat. P. Ferrar. in for. libell. quo petit hæred. ex testam. in glosa, contradiction. num.3. per Bart. in l.1. ff quod vi, aut clam,* in tantum, quòd non censeretur exclusa exceptio nullitatis, ex deffectu Iurisdictionis, nec comprehensa a statuto, *Alexand. in l. non erit. § dato, ff de Iureiurando.* & vbi etiam rescriptum haberet clausulam, non obstante tali sententia, non tamen tolleret transitũ in rem indicatam, nisi id expressè dicatur, *Bursat. vbi attestatur de communi * consil.69.num 2. lib.1. P. Ferrar. loco citato, in glos. vlt. versic. rescribat &c. Osasc. decisio.142.num. 16.25. & seq. Menoch. de arbitr. cent 3. casu 202.nu.46. & 50.* prout etiam si opponeretur, non posse procedi ea inquisitione, nisi præcedentibus inditiis, esset audiendus, cum essent legitimę, quòd etiam procedit, licet

21 † Princeps committeret procedi ex officio, & superinde iustitiam fieri: tunc enim inquisitio, nisi de iure præcedentibus, formari posset, cum illa verba, iuris ordinem seruandum importent. *Bursat. cons.94.nu.38. lib.1. per Dec. consil.256.num.12. cum apostillis.*

22 † Rescriptum enim Principis, semper intelligitur emanatum, vt minus quam sit possibile; lædat ius commune, *Bursat. consil.74.nu.164. lib.1. cap. causamq, de rescript. Paris. consil 107.nu.23. lib.4.* cum secundum illud ius, recipiat interpretationem, *Idem Bursat. cons. 74.num.88. eod. vol.1. Anchar. consil.580. Guid. Papa de rescript. quæst.41.* Ideò, vbi quis de nullitate sententiæ non opposuisset, intra tempus quatriduı, ad for. statut. Mediolani *cap.131. volum.1. et per N.C. in tit. de appel. ibi, vel nullam dicere &c.* tunc intelligeretur et renuntiasse ex veriori * DD. sententia, *Bursat. consil.73. nu. 5. vol.1. Plot. consil.63. num.4.* Vnde si quis supplicaret Principi, & ipse

23 † Rescribat, quòd iustitia partibus fiat: tunc enim non censeretur derogatum desertioni dictæ nullitatis, cum literæ non dicant; vt non obstante dicta desertione, Iustitia fiat. *Bursat. d. consil.73. nu.7. vol.1. Alex. consil 123. num.8. volum.2. Riminald. consil.113. num. 11.* cum rescripta sint stricti iuris, nec intelligantur, prout narratũ est, sed vt verba rescripti demonstrant, *Alex. consil.94. volum.2. cum Apostill. Bursat. loco cit. num.6.*, maximè cùm fecerit transitum in iudicatum, ideò non solent dicta rescripta concedi, nisi parte audita. *Alex. d. consil.123.num.9. Bursat. d nu.7. vol.1.*

24 † Propterea exceptiones iuridicas, si viderit Iudex obstare, super eis erit pronunciandum, *Bald. consil.96. vol.1. num.4. Apostill. ad Mediolani stat. cap.22. vol.1. num.103.* prout etiam dicitur de exceptione subreptionis, quæ, cum dicatur exceptio iuris, *vt per Oldradum. d. consil 81. nu.1. & 2.* Ideò non debet reseruari in fine litis, sed de ea prius erit pronunciandum, *Plot. cons.78. num 6.* maximè, quando fuit probata subreptio, *vt ibi num.8. per Bald. consil.169. volum.5. Alciat. responso. 748. Alex. consil.105. vol.1. Dec. in cap. Pastoralis, nu.5. de rescript. Iason consil.26. & 1. vol.1;* vbi autem

25 † Iudex exceptiones cognouerit, calumniosè, & ad litem protelandam propositas fuisse, illas reiicere de iure, procul dubio teneretur, vt tandem litium circuitus sit finis, *per Bald. in l.2. §. sed quia. num.12. C. de iurament. propter calumn. Aretin. in cap. ex parte. col.5. de testibus:* exceptiones autem iuridicas, an possit Iudex ad finem causæ reseruare, & quæ sint, *Plot. d. consil. 78 per totum, & Felin. in cap. cum contingat, de off. delegat. versic. an autem Iudex &c. num.18. & Apostillator ad Mediolani statut. cap.23. vol.1 per totum, & præsertim num.314.*

Rescripta in forma Cameræ, quando ad hæredes transeant.

PRÆLVDIVM XXIII.

COMPENDIVM.

1 *Rescriptum contra debitorem in for. Cameræ, non transit ad hæredes, re integra, secundum communem. * limita, vt num.7.*

2 *Amplia primo, idem esse, quò ad obligationem carceris, vbi pactum a prædecessore emanet.*

3 *Amplia secundo, etiam procedere, quo ad singularem successorem.*

4 *Amplia tertio, etiam habere locum, in minore, vel pupillo, ratione etiam fori.*

5 *Amplia quarto, idem esse, in re ad hęredes non transmissibili, & quomodo.*

6 *Amplia quinto, etiam procedere, quando prędecessor nõ esset sub clausula generali nominatus, & re integra moritur secundum communem. **

7 *Limita primam regulam non procedere, quando principalis debitor, obligasset etiam hæredes circa huiusmodi actionem personalem.*

8 *Limita*

8 *Limita secundam, quando statutum, vel Constitutio capturam permitteret in huiusmodi contractibus.*

9 *Limita tertiam, quando singularis successor, etiam in vitium re integra succederet.*

10 *Limita quartam, non procedere in actione merè reali, & quomodo.*

11 *Limita quintam, quando lis cum reo principali, ante eius obitum fuisset contestata.*

12 *Limita sextam, quando principalis obligatus, esset virtute generalis clausula tractus ad iudicium; tunc poterit, & eius hæres conueniri, & quomodo, &c.*

13 *Nomen prædecessoris, vbi in litteris sit expressum ante tamen illius obitum: tunc transiret ad successorem.*

14 *Rescriptum non transit ad hæredes passiuè: secus vero re non integra, & quomodo.*

15 *Sententia lata contra principalem, non se extendit ad successorem, & quando?*

16 *Debitor principalis, de iure potest obligare hæredes ad personalem actionem, & cur?*

17 *Creditor poterit secundum rescriptum obtinere, contra hæredem, vbi pactum Camerale, ad eum non transeat.*

18 *Clausula generalis, & quidam alij, habet tacitam conditionem, si persona in iudicio exprimatur, vel declaretur tempore datæ, & quomodo.*

19 *Rescriptum transit in vniuersalem successorem, si tempore data principalis debitor erat in humanis.*

20 *In litteris in forma Cameræ consideratur habilitas DD. Executorum à die data ipsarum; & eo tempore requiritur, quòd principalis fuerit in eis nominatus.*

21 *Iurisdictio imprimitur habitu à die data litterarum DD. Executoribus emanatarum.*

22 *Rescriptum, quando extinguatur cum persona.*

23 *Rescriptum ad lites non transit in successores re integra.*

24 *Successor in actione reali, potest conueniri ex rescripto specificè contra prædecessorem impetrato.*

25 *Pactum personale non egreditur personam, ideò requiritur specialis conuentio, vel obligatio, etiam ex Senatus nostri decreto.*

26 *Rescripta vbi magis concernant rem, quàm personam: tunc non perduntur, secus, si tantum personam concernerent.*

PRÆLVDIVM XXIII.

QVoniam in hac Curia, vsù receptum est, complures debitores, sub pacto Cameralis obligationis, coram DD. Executoribus, se astringere: Ideircò sæpiùs in iuditio disceptatur, num ista obligatio personalis re integra, principali functo debitore, ad hæredes transeat: Eamobrem & de hac quæstione nunc differendum est.

1 † Primo igitur regulare erit, illud pactum Camerale, vt scilicet, debitor personaliter capi, & coram DD. Executoribus Reg. Cam. Mediolani conueniri possit [& per litteras à Senatù nostro amplissimo conualidatum], non transire ad hæredes, re integra mortuo primo debitore principali, hoc est ante citationem contra prædecessorem non emanatam, cum regulariter rescriptum expiret morte illius, contra quem conceditur, cum sit personale, secundum communem DD. * opin. *in glos. cap. significauit, per illum tex. de rescriptis. Spec. de rescrip. præsentatione, §. ratione etiam eius &c. Benedict. Capr. suis commun. conclus. 34. num. 1. & concl. 35. Butr. in cap. Gratum num. 20. de off. deleg. per text. in cap. relatum. de off. deleg & cap. gratum, & cap. licet. eod. tit. Iason in l. personale, ff. de pactis, text. in cap. fin. de rescript. lib. 6. Abb. in d. cap. significauit. num. 1. & 5. vbi Bald. num. 5. & rationem reddit num. 7. & P. Greg. ibid. num. 2. circa medium, versic. quòd si tempore &c. de rescript. lib. 2. & in cap. 2. lib. 1. num. 27. circa med. de rescr. Gallarat. de renunc. tom. 3. renunc. 188. num. 6. Costa de re integra dist. 22. num. 2.*

2 † Ampliа primo, hanc regulam etiam procedere in pacto a prædecessore defuncto stippulato, quo ad carceres, & sistendi in iuditio, cum illud censeatur extinctum, quo ad hæredes, *Bart. eleganter tradit in l. si decesserit ante, num. 1. vbi Iason nu. 13. ff. qui satisd. cogant. Rebuff. super Const. Regn. Galliæ. in tit. de litteris obligat. art. 3. glos. 2. num. 1. & 12. tomo 1. Gratian discept. forens. par. 1. cap. 150. num. 7. l. vnica. §. necautem. C. de Caduc. tollend. Gallarat. de renuntiat. tome 3. d. renunc. 188. num. 6. Marsill. de fideiussor. num. 155. & sing. 546. n. 2. Vasq. de successio. creat. lib. 1. §. 6. num. 36.* nam conuentio est personalis. Ideò extinguitur cum persona, *cap. priuilegium. de reg. iur. in sexto, Benedict. de Barzis de gnarentig quæst. 9. primæ partis, Apostillator ad Mediol. stat. 167. vol. 1. num. 81.*

3 † Ampliа secundo, idem esse, vt non transeat ista obligatio personalis in singularem successorem. *Benedict. Capr. suis commun. conclus. 35. num. 13. per tex. in cap. P. & G. de off. delegati. cap. significauit, vbi glos. & DD de rescrip. vbi Butr. num. 18. & Abb. ibidem num. 6. circa fin. vbi alij notant &c.*

4 † Ampliа tertio, idem procedere in minore, vel pupillo, cum non in foro Patris, sed in suo, sit conueniendus; quando scilicet iuditium non fuit ceptum viuente Patre, *per tex. in l. hæres absens, vbi glos. & DD. & l. his qui Romæ. vbi Natt. de Ind. Couar. pract. quæst. capit. 8. num. 3 in fine, & num. 4. Galles de oblig. Camerale par. 2. quæst. 2. & 3. & seqq.* maximè cùm pupillus non possit capi, *per stat. nostra Mediolani cap. 243. vol. 1. Gallar. de renunt. tomo 3. renunt. 19. num. 7. Roman. consil. 120. nu. 2. Scaccia de iud. causarum cap. 46. nu. 16.*

5 † Ampliа quarto, etiam habere locum in re ad hæredes non transmissibili, quia rescriptum extinguitur per mortem principalis, *Abb in d. cap. significauit, nu. 6. circa med. vbi P. Greg. num. 3. post princip. & Butr. ibid. notat de rescript. per tex. in cap. dilectis de foro compet. lib. 2;* puta si ageretur de crimine puniendo, nam reo, vita functo crimina extinguntur, nec transeunt ad hæredes, *l. 1. & 2. C. si reus, vel accus. mor. fuer. Abb. d. ca. significauit num. 6. vbi P. Gregor. ad fin. cap quorumdam 23. dist. l. si qua pœna. ff. de pœnis. Benedict. Capr. suis commun. d. conclus. 35. num. 2.*

6 † Ampliа quinto, hoc etiam habere locum, quando conueniendus esset prædecessor, qui sub clausula generali, non erat nominatus, & re integra moritur, non enim se extendit ad successorem, secundum commu- * nem DD opin. *per glos. & tex. communiter approbat. in d. cap. significauit, & cap. Rodulphus de rescrip. vbi Butr. Abb. P. Gregor. Bald & alij, Ang. consil. 138. Bald cons. 365. num. 4. lib. 5. Becc. consil. 163. num. 20. lib. 2. Costa de reinteg. dist. 22. num. 2. Bero. consil. 21. num. 30. volum. 3. Spec. de resc. præsentatione § ratione causa vers item quod in eo &c Benedict. Capr. suis commun. d. conclus 35. nu. 5.* * *& seqq.* puta si adesset clausula, & quidam alij &c. *P. Greg. d. cap. significauit, num. 4. vbi Abb de rescrip.*

7 † Limita primam regulam, non procedere, quando defunctus debitor principalis, expressè obligauerit se, & suos hæredes, sub iurisdictione DD. Executorum R. C. Mediolani; tunc enim hæres tenetur habere ratum factum defuncti, si vult esse illius hæres, *Cagnol. in l. 1. num. 43. circa med. de iurisd. omn. iud. Bened. Capræ suis commun. d. conclus. 34. num. 6. Galles de oblig. Cameral. par. 1. quæst. 2. nu. 5. circa fin. Butr. d. cap. significauit. num. 16. de rescrip.* idem etiam dicitur in filiofamilias. *Marchesan. de commissio. euocat. caus. par. 2. cap. 3. n. 44. & 45. per Alex. consil. 173. nu. 4. & in l. si hæredis seruus, vbi Alex. de lega. 1.* ideò cautela erit, vt in huiusmodi Instrumentis apponatur ista clausula; quò ad obligationem hæredis; prout seruatum vidi in pluribus Instrumentis, *per text. in cap. Proposuit. de concess. præbend. in glos.*

in glos allegatum. & per Innoc & alios in d. cap. significauit. de rescript.

8 † Limita secundam, non habere locum, quando statutum, vel Constitutio disponeret posse capi debitorē, quia tunc etiā hæres posset personaliter detineri, quasi hæres debitoris dicatur debitor, *Socin. consil.* 120. *num.* 18. *lib* 1. *Surdus consil.* 425. *nu.* 33. *lib.* 3. *Gratian. discept. forens. par.* 1. *cap.* 150. *num.* 7. & 8. *vide etiam Beat. tract. de inope debit. cap.* 6. *tom.* 2. *par.* 2. *Rebuff. de litteris oblig. glos.* 2. *art.* 3. *num.* 10. & 13. tum quia lex semper loquitur, secus in conuentione, quæ personalis est, *Rebuff d. num.* 13 *idem dicitur in filiofam. Gabr. consil.* 52. *part.* 2.

9 † Limita tertiam, non militare, quando hic singularis successor succederet in vitiū etiam re integra, cum eo casu non expiret, *per tex. in cap. quia vero, vbi DD. de Iud. Benedict. Capr. d. conclus.* 35. *num.* 14. & *seq.* & *d. conclus.* 34 *num.* 3. *Abb. in d. cap. significauit. num.* 6. *circa fin. vbi glos. Butr.* & *DD. de rescr.* aut quādo res esset effecta litigiosa, *per tex. in d. cap.* 1. *de alien. iud. mutan. causa fact. Benedict. Capr. d. conclus.* 34. *num.* 5, & *Abb. loc. cit. Rebuff. de litteris obligator. art.* 3. *glos.* 2. *nu.* 5.

10 † Limita quartam, non procedere in actione reali, *Bald d. cap. significauit, num.* 6. *vbi Butr. num.* 10. & 11. *de rescript. Spec. in tit. de rescr præsentatione, §. ratione etiam eius &c.* & quando bona obligata peruenerunt ad minorem hæredem, nam posset fieri executio in bonis, *per tex. & glos in l. pupillus. §. sed etsi creditor. ff. de auct. tutor. & in l.* 1. *C. quando decret. opus. non est. Rebuff. in d. tit. de litteris obligator art.* 3. *glos.* 2. *num.* 9. cum priuilegium hoc minoris, non impediat ius executionis, *per tex. in auth quae actiones vbi Bart. Iason, & alij, C. de sacrosanct. Ecclesiis; seruatis tamen seruandis ad form. N. C. in tit. de Tutel. & Cur. &c. cap fin. circa Sollen. minorum &c.* idem in maiore, quando statutum loquitur de bonis, vel in rem, tunc enim captura procedit etiam contra hæredes, etiamsi non nominatos in statuto, *Socin. Sen. consil.* 120. *num.* 18. *volum.* 1. *Apostillator ad statut. Mediolani d. cap.* 167. *volum.* 1. *num.* 76., tunc enim non dicuntur contra hæredem, sed contra possessorem, *Bal. d. d. cap. significauit, num.* 6 *in fine de rescript.*

11 † Limita quintam, non procedere, si pro pecuniaria pœna hæres conueniatur, & lis fuerit cum reo principaliter antè illius obitum contestata; tunc enim ad hæredes transirent, *P. Gregor. in d. cap. significauit, libro* 2. *num fin. circa fin vbi glos Butr. Abb. & DD. de rescr.* puta in delictis, quando fuisset secuta declaratio cōtra defunctū, *Costa de factis &c. inspectione* 14. *n.* 16. *Gomes, variar. tit. de delictis cap* 1. *num.* 85. *per tex. in §. pœnales. de perpetuis, & tempor. actio & l. videamus, ff quod met. caus.* vel instantia fuerit cepta cum defuncto, *Gratian. discepta. forens. cap.* 16. *num.* 31. 32. & *seq. per Bart. in d. l. hæres absens. de Iudic.* vel in actione reali, *Spec. de rescript. præsentatione, §. ratione etiam eius &c.* vel si hæreditatio iure &c. *vt ibi in fine.*

12 † Limita sextam, non procedere, quando principalis obligatus per generalem clausulā, esset tractus ad causam, tunc enim re non existente integra, poterit eius hæres cōueniri, cum eo casù iurisdictio competat actù & non potentialis habitù, & in nube, *Bald. in d. capitulo significauit num.* 7. *vbi Butr. Abb et alij de rescrip.* similiter enim dicemus non interire rescriptum, si viuente eo qui postea moritur res, vel negotium cœperit agitari, & res non sit amplius integra, *cap. quia vere de Iudic. P. Greg. d. cap significauit, de rescript. lib.* 2. *nu.* 3. *circa med. Costa de re integra. d. dist* 22. *num.* 6. & sic lite contestata, *vt num.* 7. Verum Mediolani hoc cessat, nam siue responderit, siue non, lis habetur pro contestata, *per Stat. cap.* 22. *volum.* 1. & *per N. C. tit. de Iudic. § quæ petitione &c.*

13 † Declara primam regulam, etiam intelligendam, secundum aliquos, quòd quādo in rescripto est expressum nomen prędecessoris, ante illius obitum, tunc transit ad successorem, *per Innocen. in d. cap. significauit, vbi Butr. num* 10. & 11. *P. Greg. ibidem num.* 3. *de rescriptis. Abb ibi. num.* 5. scilicet, si tempore datæ erat in rerum natura ille contra quem fuit impetratum, alias non, *Io. Andr. in d. cap. significauit, l paulus, ff. quæ sent. sine appell. rescind. P. Greg. loco cit.* & agatur de causa transmissibili, *cap dilect. de foro compet.* nam conualidatio Senatus tribuit iurisdictionem à tempore datæ. *Oldr. consil.* 50. *circa med.* & sic specificè impetratum contra prædecessorem, & in eo nominatus fuisset. *vt per Butr. P. Greg. et Abb. loc. cit.* quòd tutius intelligerem procedere in Iudice ordinario, non autem in delegato, cum rescripta sint personalia, & odiosa, & ideò restringenda, *per tex. in capitul. ad hæc. vbi glos. & DD. de rescript. Abb. eleganter tradit in dicto cap significauit. num.* 5. *circa medium eod tit. nostro.*

14 † Declara secundam, quòd rescriptum regulariter non transit ad hæredes passiuè, quia ex parte rei dicitur personale, nisi prædecessor fuisset citatus, & sic re non integra existente, cum per citationem perpetuetur iurisdictio, *Bald. in d. cap. significauit, num.* 5. *vbi num.* 6. addit, hoc esse de iure ciuili nouissimo, *l.* 2. *C. de accusat. cap. vt debitus, de appellat.* cum etiam per rescriptum speciale, non possit conueniri hæres, re integra, cum rescripta non recipiant fictionem extensiuam, *Bald. loco citato num.* 7. dummodò res sit transmissibilis ad hæredes, vt ibi in fine, *Felin. in rubr. de rescript. num.* 7. *circa medium*, & licet hæres dicatur eadem persona cum defuncto, attamen id intelligitur iuris fictione, non autem verè; & sic rescripta personalia non transeunt ad hæredem, cum extensiuè fictionem non recipiant, *L.* 3. *§. hæc verba. ff. de negot. gestis. Bald. d. cap. significauit, nu.* 7. *circa medium de rescript. cap. eam tè, vbi Felin. nu.* 18. *eod. titulo.*

15 † Declara tertiam, quòd sententia lata contra principalem, more Regiæ Cameræ, non se extendit ad fideiussorem contractus, eo non citato, dato etiam, quòd habuerit scientiam de ipsa sententia lata, vt de cōmuni * attestatur *Gabr. consil.* 43. *lib.* 1. *num.* 34. *D. Card. Seraphin. decis.* 1477. *num.* 5. & 6. *Bart. in l.* 1. *ff. iud. solui.* nam Cameralis obligatio non se extendit, nisi ad expressa, & contra citatos in iuditio, *Ludouis. decis.* 345. *num.* 5. nec potest agi contra tertium, *idem Ludouis. decis.* 330. *num.* 2.

16 † Declara quartam, vt slz. defunctus possit nedum obligare hæredes, sed etiam expressè donare res hæredis, & de illius rebus disponere. Ideò tenetur hæres seruare factum defuncti, *Marchesan. de commissio in tit. de commission. auocat. causarum, cap.* 4 *num.* 45. *in impression. Veneta. Cardin. Seraphin, decisio.* 183. *nu.* 4. & *decis.* 1157. *num.* 2. & 559. *num.* 20. maximè si in Instrumento adesset iuramentum, ne anima defuncti lædatur, *Marchesan. de commissio. relax. Iuram. cap.* 2. *num.* 56.

17 † Declara quintam, posse creditorem denuò obtinere secundum mandatum, & rescriptum, contra hæredem, & successorem, adhoc, vt obligatio principalis ad eum se extendat, licet pactum Camerale ad eum non transeat, *per tex. in cap quia vero, de Iudic. Butr. et Abb. in d. cap. significauit, in fine de rescrip. Benedict. Capra suis commun. d. conclus.* 34 *num.* 4. & *conclus* 35. *num.* 15.

18 † Declara sextam, illam slz. clausulam generalem, quidam alij &c. habere tacitam conditionem, si in iuditio exprimatur persona, siue declaretur, & debet declarari tēpore datæ; Ideò hæres nō conuenitur, si declaratio non fuit subsecuta, cum ipse non posset declarare tempore datæ, quia viuens non habet hæredem, *Bald. in d. cap significauit, num.* 7. *vbi glos. Butr. Io. Andr., & alij de rescript. per tex. in clemen. litteris, de rescript.* nam conditio declarandi non transit ad hæredem, *l qui Romæ. §. augerius. ff. de verb. oblig. Benedict. Capr. d. concl.* 35. *num.* 5. & *sequen.*

19 Ob-

19 † Obserua primo, rescriptum obtemptum contra, vel pro certa persona, transire in vniuersalem successorem, si tempore datæ, erat in humanis ille contra quem fuit impetratum: dato etiam quòd fuerit expressus in rescripto, secundum communem opinionem, *per Benedict. Capr. suis commun. d. conclus. 45. nu. 17. & 18.* cum censeatur eadẽ persona, *per tex. in l. fin. C. de hered. instit. Butr. et Abb. in d. cap. significauit, in fine, vbi P. Greg. de rescript. per tex. in l. 2. ff. quæ sent. sine appellat. rescindantur,* vbi Paulus ait, aduersus eum, qui in reb. humanis non esset cum Iudex datus est, neque Iudicis datio valuit, neque aduersus eum sententia dicta vires habet, *d. l. 2. § fin. tit. 8,* Fallit tamen, si aduersus dignitatem personæ mortui, & ageretur de causa ad dignitatem pertinente, *cap. si gratiosè. de rescrip. in 6. P. Greg. loco cit. num. 3. circa med.*

20 † Obserua secundo, in his litteris patentibus Senatus nostri, pactum Camerale conualidantibus, considerari habilitas DD. Executorum à die datæ ipsarum: Ideò secundum illud tempus requiritur etiam habilitas prædecessoris principalis, slz. quòd fuerit expressus in rescripto, aliter requireretur etiam, quòd fuisset nominatus in iudicio ante illius decessum, cum in delegatione iurisdictio imprimatur, & sic secundum illud tẽpus exigitur habilitas, *per tex. in e. cap. eam te, vbi glos. Butr. Imola. & DD. de rescript. & alij passim. Felin. ibi n. 21. Capr. cõcl. 35. & seq. suis com. & c. signific. de rescr.*

21 † Obserua tertio, in huiusmodi litteris patentibus, quæ in dies à Senatù nostro emanant, circa pacti Cameralis conualidationem, quòd imprimitur Executoribus iurisdictio habitu à die datæ litterarum. *vt per Felin. in cap. eam tè, num. 18. circa finem, incip. Tempus data &c. vbi Ioan. Andr. de rescript. vers. nec obstat huic Fallentia &c. per Imolam in cap. fin. vlt. columna, de rescript. vbi glos. & DD. & cap. pastoralis, vbi Ioan. Andr. Butr. & alij eod. tit. nostro, Oldrad. consi. 50. circa medium:* Ideò secundum illud tempus exigitur habilitas, quando slz. non fuit expressus debitor in rescripto, *per glos. in cap. statutum, ad finem. de rescript. in ver. Canonicis, ad finem;* secus verò, vbi non fuerit expressus in rescripto, nam eo casù requiritur quòd habilitas impetrantis adsit tempore exercitij, *per glos. in Clemen. 2. de ætat. & qualit. in verbo Constituentes, vbi Butr. Imola, column. 12. vers. ex glosa notabili &c. Felin. d. nu. 18. post principium,* idcircò processus Executorum valebit tempore processus, licet litteræ nondum essent presentatæ. *Dominicus in d. cap. eam tè. vbi Felin. nu. 21. circa finem,* vbi inquit fuisse obtentum in Rota, quod si data litterarum præcedit processũ, executionem valere, licet tempore processus nondum essent litteræ præsentatæ, vt latius ibi per eum &c. *& in cap. scisenatus, de rescrip. num. 12. in fine,* vbi addit ea sola Principis voluntate transfundi habitum iurisdictionis in Executores etiam inuitos; verum quò ad acquirendum exercitium iurisdictionis, esse necessariam litterarum presentationem, *Paulus, & Dominicus scripser. in cap. 1. §. 1. de off. ordin. in 6.* & maximè procedit parte non opponente, de nõ presentatione, *vt per Bald. in l. nec quicquam, §. vbi decret. circa fin. ff. de off. pro cons. & leg. Gratian. disceptat. forens. par. 1. cap. 170. num. 24.* prout etiam Mediolani solet fieri producto generalis iuriũ, donec fuerit citatus ad specificandum, *Apostillator ad statut. 22. num. 114. volum. 1.* & licet consensus partium in datione Executorum, nihil operetur, *Milius in verbo gratia Apostolica &c. Butr. in cap. significantibus nu. 16. & 30. de off. deleg.* attamen cum iste consensus iam in Instrumento stippulatus; fuerit à Senatù conualidatus, sustinetur, *vt per Gall. de renunc. tom. 3. renun. 140. num 19. circa fi. ẽ, per Canagnol. ad decreta 13. §. 2. quæst. 3. num. 5.* maximè cum hic solũ tractetur de remouendo impedimentum iurisdictionis iam quæsitæ à die datarum litterarum; Ideò videtur per partes hoc fieri posse. *Gratian. d. cap. 170. n. 27. par. 1. per Dec. & alios ibi per eum allegat. &c.*

22 † Obserua quarto, & distingue circa materiam harũ litterarum, quia aut rescriptum conceditur personæ, aut rebus, aut generi personarum, aut Ciuitati, vel loco, aut causæ. Primo casu, aut persona est proxima causa rescripti, vel priuilegij concedendi, & tunc cum persona extinguitur rescriptum, & priuilegium, *Dyn. in reg. Priuilegium 7. num. 5 ff. de reg. iur. l. proponebatur, ff. de Iudic. copiosè tradit Leonell. de subreptione, quæst. 3. art. 9. col. 2. l. 1. ff. de Const. Princip.*

23 † Obserua quinto, rescriptum ad lites non transire in successores illius contra quem fuit impetratum, si ipse non fuit conuentus, & sic re integra moritur, *Abb. d. cap. significauit num. 1. & 6. de rescript. Specul. in tit. de rescript. præsentatione. §. 5. ratione etiam eius &c.*

24 † Obserua sexto, quòd successor potest conueniri ex rescripto specificè impetrato contra prædecessorem in actione reali, *Butr. cap. significauit, num. 10. & n. 18. in fine. Bald. num. 6. Spec. in tit. de rescript. præsentatione §. ratione etiam eius contra quem &c. Capr. d. conclus. 35. num. 4. Io. Andr. in reg. Is, qui de reg. iur. lib. 6.* si actione personali re integra non conuenitur successor, lite autẽ cepta per citationem sic. *cap. ex litteris de pignor. DD. passim, d. cap. significauit, de rescript.*

25 † Propterea obserua septimo, quòd slz. pactum personale per prædecessorem stippulatum, eo mortuo non eggreditur personam, *vt per Iason. in l. personale. ff. de pactis, Bart. in l. si decesserit, num. 1. vbi Iason num. 13 ff. qui satisd. cogan. Rebuff. de litteris obligator. art. 3. glos. 2. num. 11. tom. 1.* quia censetur extinctum per mortem promissoris quò ad hæredes, *Gallarat. de renunt. tomo 3. renunt. 188 num. 6. Gratian. discep. forens. cap. 150. nu. 8. par. 1.* Ideò requiritur specialis conuentio, & obligatio hæredis, *per ordines Senatus nostri anni 1580. dies 15. Ianuarij. §. confirmationes &c. & anni 1616. dies 11. Augusti, Rebuff. loco cit. num. 12:* & tunc requiritur etiam confirmatio à Senatu ipsius pacti, quando slz. hæres teneretur, & obligatus sit, *Gallar. de renunt. tomo 3. renunt. 140. nu. 19. circa fin. Canagnol. ad decret. Sabaud. decret. 13. §. 2. qu. 3. nu. 5. cum seq.*

26 † Rescripta igitur, & priuilegia, si magis concernant rem, quàm personam; tunc rescripta, & seu priuilegia non perduntur: secus verò si tantum personam concernerent: eo enim in casu, minimè ad alios transferuntur, *Oldrad. consil. 267. Quod Domino Episcopo &c. nu. 2. circa medium, per tex. in l. 2. §. patronis, ff. de priuileg. credit. & l. tempus in fine. ff. de re Iud.* quia causæ magis, quàm personæ beneficium præstatur, & rescriptũ, *Bald. in cap. significauit. num. 7. de rescript. Oldrad. d. num. 2. circa fin. per tex. in l. cum patronus. ff. delegat. 2.* Fallit tamen, quando esset impetratum contra dignitatem, *Bald loco cit. num. 8. Capr. suis commun. conclus. 35. num. 7. par. 1.*

Rescriptum, quando morte concedentis expiret.

PRÆLVDIVM XXIV.

COMPENDIVM.

1 *Rescriptum ad lites, re integra, morte concedentis non expirat, & quomodo, limita, vt num. 9. & declara, vt num. 18.*

2 *Amplia primo, etiam procedere in litteris gratiosis Principis, & quomodo procedat. vt nu. 17.*

3 *Amplia secundo, idem esse in rescripto delegatorio iurisdictionis, intellige, vt nu. 11. & 12.*

4 Amplia

4 *Amplia tertio, etiam habere locum in priuilegijs Principum, limita, vt nu. 12.*
5 *Amplia quarto, idem esse in alijs beneficijs, & officijs per Principem emanatis.*
6 *Amplia quinto, etiam procedere in iurisdictione ordinaria, & quomodo.*
7 *Amplia sexto, idem dicendũ in beneficijs Ecclesiasticis.*
8 *Amplia septimo, idem esse in mera executione per Principem demandata.*
9 *Limita primam regulam, non procedere, vbi littera fuerint emanata, sub nomine proprio alienius Principis; tunc re integra morte concedentis expirant.*
10 *Limita secundam, non habere locum, quando gratia cõcessio fuisset facta ad beneplacitum concedentis: tunc enim expirat per mortem, vel finem officij concedentis, & quando.*
11 *Limita tertiam, quando delegans re integra moritur: tunc enim extinguitur iurisdictio, intellige, vt per Authorem.*
12 *Limita quartam, non procedere quò ad facultatem reuocandi ex parte successoris, quia tunc possent annullari talia priuilegia.*
13 *Limita quintam, quando dicti officij possessio fuisset adepta, re adhuc integra, & quando.*
14 *Limita sextam, non procedere, quando aliquis Iudex, vel Prætor elegisset aliquem Vicegerentem; tunc mortuo Iudice, iurisdictio commissa expirat morte constituentis, ex communi.* *
15 *Limita septimam, non habere locum in beneficiis vacaturis incertis: nam expirat gratia per obitum Papæ, etiam re integra ante vacationem.*
16 *Limita octauam, non suffragari, quando commissarij iurisdictio non fuisset excitata, cum eo casu expiraret, & quomodo.*
17 *Littera, & seu gratia, ante Principis mortem non expedita, non tamen expirant, vbi sub nomine futuri Principis successoris expediantur.*
18 *Rescripta Senatus nostri, cum sub nomine dignitatis emanent, non dicuntur extincta morte Principis, & Mediolani Ducis, & cur? & nu. 25.*
19 *Delegatio non ab inferiore, sed à Principe emanata, non extinguitur morte Principis, & cur?*
20 *Littera per viam gratiæ, vel priuilegij emanata, etiam mortuo Principe perdurant, & quando.*
21 *Priuilegia, & officia ad beneplacitum concessa, ob mortẽ Principis, non extinguuntur ex inueterato vsu, & quomodo.*
22 *Vicarij iurisdictio per obitum Episcopi, etiam re non integra extinguitur.*
23 *Beneplacitum Principis morte eius non finitur, & quãdo.*
24 *Executoris potestas ob mortem concedentis, non expirat vti accessoria ad gratiam.*
25 *Litteræ Senatus nostri, licet sub nomine proprio Principis, ac Mediolani Ducis emanent: attamen censentur sub nomine dignitatis emanasse, & cur? & quid in alijs manu Regis subscriptis.*
26 *Rescriptum habens vim legis, mors illud non soluit, cum lex sit perpetua.*
27 *Regna Hispaniæ transferũtur successione, et idem in Ducatu nostro, ideo non solent concessa reuocari, & quomodo.*
28 *Mandatum non extinguitur morte mandantis, re non integra.*
29 *Mandatum procuratoris non finiri, neq; ex reuocatione Domini, nisi reuocatio fuerit eidem procuratori intimata, ex veriori.* *
30 *Rescriptum per procuratorem reuocatum obtentum, nullum est.*
31 *Gesta post mortem Domini, non valent, & quando.*
32 *Antiqui Doctores, quasi omnes quæstiones tractarunt.*

PRÆLVDIVM XXIV.

SÆpè in iuditiis oritur disceptatio, nùm rescriptum, & gratia Principis, morte concedentis expiret: Ideò & de his nonnulla [in his præludiis] attingere censuimus, &c.

1 † Primo dicendum est regulariter, rescripta ad lites, & causarum commissiones, non expirare morte concedentis, præsertim si sub nomine dignitatis emanent. *Lapus in cap. si gratiosè, & Io. Andr. vbi Butr. nu. 13. & alij de rescript. in 6. Benedict. Capra suis commun. par. 1. conclus. 37. nu. 8. Card. Seraph. decis. 1371. num. 3. in fine,* licet alias morte mandantis expirent, *per tex. in cap. gratum. & in cap. relatum, de off. delegat. Capra qui de communi* * *attestatur in conclus. 34 nu. 2. & d. conclus. 37. num. 7.*

2 † Amplia primo, etiam procedere in litteris gratiosis Principis, quæ etiam re integra non expirant, *Franc. Marc. quæst. Delphin. decis. 513. nu. 5. & 515. nu. 8. parte 1. Afflict. decis. 118. nu. 12. P. Greg. in cap. 2. lib. 1. nu. 25. de rescript. Capyc. decis. 136. nu. 6. in fine, Felin. in cap. ceterum nu. 11. circa med. de rescript. Abb. cons. 34. nu. 6. lib. 2. Purpurat. consil. 433. nu. 7. vol. 2. Bolognett. cons. 2. nu. 10. Bellon. de potest. eorum, qua incont. lib. 2. cap. 109. nu. 4. Fabius de Anna consil. 14. lib. 2.* maximè, si sub nomine dignitatis emanent, *Barbosa in l. quia tale. nu. 78. & 90. ff. solut. matrimonio.*

3 † Amplia secundo, idem esse in rescripto delegatorio iurisdictionis, *Benedict. Capra suis commun. lib. 1. d. conclus. 47. num. 10. Butr. in cap. relatum nu. 9. circa med. de off. deleg. Lapus in d. cap. si gratiosè. vbi Io. Andr. & alij, de rescript. in 6.* & quando fuit facta commissio sub nomine dignitatis, *per tex. in cap. Quoniam, Abbas, vbi Card. Hostiens. & alij de rescript. Capr. loco citato nu. 10.*

4 † Amplia, tertio, etiam habere locum in priuilegiis per Principem concessis, non enim expirant morte concedentis, quia beneficium Principis decet esse mansurum, *Gaill. pract. obser. lib. 2. obser. 60. nu. 15. circa fin. Natt. cons. 608. nu. 5. volum. 3. & Regner. Sixtin. tract. de Regal. cap. 6. nu. 44. lib. 1. Bellon. de potest. eorum, qua incont. lib. 2. cap. 109. nu. fin. in fine. P. Greg. cap. 1. lib. 1. num. 25. de rescript.*

5 † Amplia quarto, idem esse in alijs benefitiis, & offitijs per Principem emanatis, vel eius Proregem, cum etiam non expirent finito Proregis offitio, *Frãc. Mar. quæst. 515. par. 1. nu 8. Capyc. decis. 136. nu. 1. 4. & 6. & decis. 121. nu 10. Lapus in d. cap. si gratiosè, de rescriptis in 6.* cum istæ concessiones refferri debeant ad dignitatem, & non ad personam concedentis, *per tex. in d. cap quoniam Abbas, vbi glos. & DD. de rescript. idem dicitur in dispensationibus, Costa de re integra. dist. 8. nu. 4. Federic. de Senis consil. 78.*

6 † Amplia quinto, idem esse in iurisdictione ordinaria, quæ non finitur morte concedentis, *Franciscus Marc. quæstione 513. parte prima, numero quinto, per tex. in l. quia, ff. de iurisdict. omnium Iudicum, & in capitulo secundo, de offic. leg. lib. sexto, Menoch. de arbitrar. quæstione sexagesimanona, numero nono. Capycius decisione 116. numero tertio, & decisione 121. numero decimo, Vant. de nullitate, in titul. de nullitate ex deffectu Iurisdict. delegat. numero centesimoquarto. Dec. in capitulo relatum, numero tertio, de offitio delegati.*

7 † Amplia sexto, idem procedere in benefitiis Ecclesiasticis vacantibus, *Francisc. Marc. dicta quæstione 513. parte prima, numero tertio, per text in capitulo si eus, de prabendis in sexto, & in cap.*

cap. si super gratia. de officio deleg. lib. 6. Rebuff. sua prax. benefic. in tit. de different. rescript. gratiæ, & iust. num. 36. per Rotam decisione 149. in nouis. Federic. consil. 78. Costa de re integra, distinctione 8. numero primo, Fachin. controuers. iuris. lib. quinto, cap. centesimo. Gigas de pension. quæst. 91.

8 † Amplia septimo, idem esse in mera executione per Principem alicui commissa, non enim extinguitur facultas exequendi morte mandantis, *Benedict. Capra suis communib. lib. primo, conclusione 37. numero 48. per tex. in cap. si super gratiosè, de off. delegat. lib. 6. Franc. Marc. dicta quæst. 513. n. 3. par. 1. per tex. in cap. si cui, de prabend. lib. 6.*

9 † Limita primam regulam non procedere, quando istæ litteræ ad lites fuissent emanatæ sub nomine proprio alicuius Principis, vel Superioris, & tunc re integra, ante vsum, & citationem morte concedentis expirant, *Franc. Marc. quæstione Delphinal. par prima. d. decisio. 513. num quarto, circa finem. per tex. in capit. gratum, vbi Dec. Barbosa. & Moderni, & in cap. Relatum, de off. deleg. Benedict. Capr. suis commun par. 1.* • *conclus 34. num. secundo, ubi attestatur de communi* * *omnium Scribentium, & conclus. 37. numero septimo,* quòd procedit in delegato: secus verò in ordinario, *per Butr. & alios in d. cap gratum, & cap. Relatum de off. deleg.*

10 † Limita secundam, non habere locum, quando concessio gratiæ fuisset ad beneplacitum concessa; tunc enim per finem offitij, vel ob mortem concedentis expirat, *Capyc. decisio. 136. num. 6. per Federic. de Senis. consil. 251. Rota. decis. 580. incip. Camerarius Papa &c.* quòd intellige procedere, si fiat sub nomine proprio: secus verò si sub nomine dignitatis, *per text. in cap. si gratiosè de rescrip. in sexto. Barbosa de hac re latissimè agent. in l. quia tale. num 78, 90. & seq. ff. solut. matrim. Fa ius de Anna consil. 14. lib. 2.*

11 † Limita tertiam, non procedere, quando delegans re integra moritur: tunc enim extinguitur iurisdictio, antequam scilicet ceperit vti delegatus iurisdictione, *per tex. in d. l. & quia, vbi glos. & DD. ff. de iurisdict. omn. Iudic. Schrad de feudis, par. 10. sectione 10. num. 79. P. Greg. in capitulo secundo, numero 26 lib. 1. de rescript. Costa de re integra. distinctione 12 num. 8. & distinct. 35. num. 3. Riegler. Rolant. de commissar. par. prima, lib. 4. cap. 7. num 6.* Quod intellige procedere, quando delegatio esset facta sub nomine proprio ipsius concedentis, *vt per Benedict. Capra suis communib. d. conclusione 37 num. 9. & sequen. vbi attestatur de com-* • *muni* * *per Hostiens. in cap. Quoniam, Abbas de officio deleg. Costa qui supra, distin. 8. nu. fin. intellige ut nu. 19.*

12 † Limita quartam, non militare quò ad facultatem reuocandi priuilegium ex parte successoris, quia tunc validè possent huiusmodi priuilegia, vel gratiæ annullari, & in totum reuocari, *Afflict. decisione 128. nu.* * *3. & seqq. & num. 12. vbi attestatur de communi* * *Natta consil. 512. num. 17. Costa de re integra. distinct. 8. num. 4. in fine, Gemin. in cap si gratiosè. de rescript. in 6. Capyc. d. decis. 136. per totam.*

13 † Limita quintam, non procedere, quando ipsius offitij possessio fuisset adepta re adhuc existente integra, scilicet, vbi ante mortem Superioris possessionem offitij adeptus non fuisset, *per tex. in cap. Relatum, vbi Butr. numero septimo, & decimo, & ibi Io. Andr. Hostiens. & alij, de off. delegat.*; nam iurisdictio delegata depender à mandante re integra, *per text. in l. prima, paragrapho primo in fine. ff. de off. eius. cui mand. est iurisdict. Benedict. Capr. suis communib. dicta conclusione trigesimaseptima, numero septimo, & conclusione trigesimaquarta, numero secundo*; quod intelligo verum, quando esset aliquis Marchio, vel Comes, qui aliquem in Prætorem, vel Offitialem elegisset, cum eo casu contempletur persona ipsius Comitis, non autem dignitas, licet dicta eius dignitas duret. *Butr. dicto capitulo Relatum, numero nono, & decimo, de off. delegat. vbi Glosa, & Doctores notant.*

14 † Limita sextam, non habere locum, quando aliquis Iudex, vel Prætor, elegisset aliquem Vicegerentem, vel Locumtenentem: tunc enim mortuo Iudice iurisdictio commissa expirat morte constituentis, *Gul. de Cuneo. in l. si Prætor ff. de off. eius, Alexand. in l. & quia. column. fin. vbi Bart. ff. de iurisdictione omn. Iudic. & in l. qui liberis. §. hac verba. ff. de vulgar. & pupill. column. fin. Dec. trad. in capitulo Quoniam. Abbas numero 15. circa medium, de off. deleg. versic. Primus est &c. Capra suis commun. par. 1. conclus. 37. nu. 27. & 33.* * *vbi attestatur de communi.* *

15 † Limita septimam, non procedere in benefitiis vacaturis incertis, cum expiret gratia per obitum Papæ, etiam re integra ante vacationem, *Costa de re integra, distinctione octaua, numero secundo circa finem, Garzias de benefitiis parte sexta, capitulo secundo, num. 309. Gutierez quæst. Canon lib. secundo, capit. 17. num. quinto, Sanchez de matrimonio lib. octauo, disputat. 28. num. 88.*

16 † Limita octauam, non suffragari, quando Commissarij iurisdictio non fuisset, eo casù excitata, in illo nudo ministerio, quia eo casù extinguitur mandatum morte mandantis, vt considerant *Benedict. Capra suis communib. dicta conclusione trigesimaseptima, num. 49. in fine, per Innocent in capitulo finali, de off. deleg. Io. Anar. & imola in dicto capitulo Quoniam, Abbas. eodem titulo, declara tamen, vt per Bart in l. quia, & in l. more. ff. de iurisd. omn. Iud.*

17 † Declara primo, gratiosas litteras ante Principis mortem non expeditas, non expirare, quia sub nomine, & dignitate futuri Principis successoris expediri solent. *Boer decisione 346. numero primo, in fine, Franc. Marc. quæstione 513. numero quinto, circa fin. par. prima, Alberic. de Rosate. in l. vnica, Cod. de mand. Princip. colum. vlt. Felin. in cap. cam te. num. 18. de rescript.* prout enim fit in alijs litteris ad lites, quæ per Senatum nostrum conceduntur, quando fortè obijsset Rex noster Potentissimus: tunc enim expediuntur sub nomine noui Regis, ac Ducis Mediolani. *Costa de re integra, distinctione octaua, numero quarto. circa medium, Felin. in cap cæterum numero vndecimo, circa medium de rescript. Boer. loco citato*: prout etiam expediuntur gratiæ, quando obijt Papa ante illarum expeditionem, per eius successorem in forma rationi congruit, sub nomine tamen noui Pontificis. *Franc. Marc. d. quæst. 513. num. quinto, & Boer. d. decis. 346. num. primo. in fine, Garcias de Benefic. par. 6. capitulo 2. num. 334. Rebuff. in l. quod iussit. nu. 17. ff. de re iudic.*

18 † Declara secundo, huiusmodi litteras, quæ in dies è Senatu nostro emanant sub nomine proprio, ac dignitatis Potentissimi Regis nostri, vti Mediolani Ducis, non dici extinctas morte ipsius Regis, quia dignitas numquam moritur, sed semper permanet, *Butr. in d. cap. si gratiosè, num. 13. de rescript. in 6. P Grego. in cap. 55. lib. 1. nu 6. circa med. cod. tit. per tex. in cap. Quoniã. Abbas. de off. deleg. et in cap. fin. de rescrip. in 6. Costa de re integra dist. 50. nu. 3. Seraph. decis. 1371 nu. 4. Parisiat. cons. 433. nu. 6. vol. 2. Gutier. pract. quæst. lib. 2. qu. 74. Pegner. decis. 227. Barbosa in l quia tale nu. 78. 90. & seq. ff. solut. matrim.* cum subiecta materia rescriptorum, respiciat dignitatem, licet etiam nomen propriũ Regis expressum videatur, *Lapus in d. cap. si gratiosè de rescript. in 6. Capr. suis communib. d. conclusione 37. num 10. & 11. parte prima*; & sic hæc dignitas transit ipso iure in successorem, *Capyc. decisio. 121. num. 13. Menoch. de arbitrarijs, quæstione sexagesima octaua, numero vigesimo, per Dec. in cap. Quoniam. Abbas de off. delegat.*

19 Declara

19 † Declara tertiò, delegationem, scilicet, factam à Principe, vel Senatu Excellentissimo, vti illum repræsentante, non extingui morte ipsius Principis, & Ducis, cum in hoc casu consideretur honor, & dignitas Principis, secus verò in alijs inferioribus, *Burr. in d. cap. relatum num. 9. circa medium, de off. deleg. versic. & alij Legitta &c. per tex. in l. & quia. ff. de iurisdict. omnium Iud. Caputaq. decisio. 35. num. 8. par. 2. Costa de re integra. distinct. 55. num. 6. & distinct. 35. num. 4. circa medium, Gail. obseruat. 97. lib. 1. vbi num. 9.* inquit, Delegatum Principis esse maiorem quolibet ordinario, *per tex. in cap. pastoralis, §. præterea. de off. ordin.* cùm etiam dignitas maior attendi debeat, & ab ea persona denominari, *Iason. in l. Imperium, ff. de iurisdict. omn. Iudic.*

20 † Declara quarto, vt vbi litteræ sint emanatæ per modum gratiæ, vel priuilegij; tunc etiam perdurare dicuntur mortuo Principe, si ante obitum illius, is, cui facta est concessio, cepit priuilegio vti: secus verò si ad beneplacitum concessum foret. *Costa de re integra, distinct. octaua, num. fin. circa finem, per textum in dicto cap. Si gratiosè, vbi glos. Burr Lapus, & alij. de rescript. in 6. D. Schrad. de feudis, parte decima, sectione 10. nu. 79. Rutger. Rulant. de commissio par. 1. cap. 7. nu. 6. lib. 5.*

21 † Declara quinto, quòd licet officia, & priuilegia concessa ad beneplacitum sub nomine proprio expirare dicantur ob mortem Principis re integra: attamen vsu receptum est, vt licet sint concessa ad beneplacitum, non expirare tamen morte concedentis, *Senator Bellon. suo tractatu de potestate eorum, qua incont. lib. secundo, capit. 109. numero quarto, & ante eum Gail. pract. obser. lib. 2. obseruat. 60. num. 16. Regner. Sixtin. suo tractatu de Regalibus cap. 6. num. 44. lib. 1. per tex. vbi glos. in cap. fin. de rescript. in 6. in v. perpetuas &c. vbi DD. passim.*

22 † Declara sexto, iurisdictionem Vicarij per obitum Episcopi etiam re non integra, & quò ad causas ceptas extingui, & statim deuolui ad capitulum, *Costa de re integra, distinctione quinquagesima, numero secundo, vbi numero 3.* addit secus esse, si sub nomine dignitatis perpetuæ talis Vicarius electus fuisset, veluti, si fuisset electa industria personæ, quod tamen puto verius, si huiusmodi facultatem, Episcopus ille habuisset, & quando dicatur electa industria personæ copiosè explicat, *Menoch. de arbitrar. questione sexagesima octaua, à numero octauo, vsque ad numerum 16.*

23 † Declara septimo, beneplacitum Principis morte eius non extingui, nec finito offitio, quando sub nomine dignitatis relatum fuisset, secus verò si sub nomine proprio, *Menoch. de arbitr. questione 68. num. quinto, & septimo, Costa. de re integra. dicta distinctione quinquagesima, num. sexto per Felin. in capitulo licet vndique. num. primo de off. deleg. Capr. suis communibus, dicta conclus. 37. num. 9. & 10. Rum. consil. 104. nu. 2. lib. 5.*

24 † Declara octauo, quòd sicut gratia iam facta, non expirat per mortem concedentis, etiam re integra, ita etiam nec potestas data executori tamquam accessoria ad ipsam gratiam, *Panormitan. in consil. 34. numero 6. parte secunda, Costa de re integra distinctione 35. numero decimo, distingue, vt ibi, & numero 11. & distinctione 8. num. 4. in fine. Roman. consil. 330. num. 17. Ludou. dec. 291. nu. 3. & seq.* distingue etiam, quòd aut gratia fuit concessa cum causæ cognitione, & tunc executor non tenetur partes vocare, secus verò si nulla præcesserit cognitio, *per text. in l. a Diuo pio, vbi Bart. & alij. ff. de re Iud. Abb. Felinus, & alij, in cap. de cætero de re Iudic. Menoch. de arbitr. Iudicum cas. trigesimooctauo, numero vigesimo, lib. 2. Mastrill. decis. 241. nu. 95.*

25 † Obserua primo, quòd licet in litteris, quæ è Cancellaria Senatus nostri emanant, præponatur etiam nomen proprium Regis nostri Potentissimi, scilicet, Philippus IIII. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c. *vt per Oddum de fideicommiss. par. 1. quæstione trigesima, numero 145. circa medium,* Itaut dici posset, etiam sub nomine proprio Principis easdem litteras emanare, cum omnia primordia litterarum Principum incipiát sub nomine proprio, vt etiam tradit *Capra suis commun. d. conclusione 37. num. nono, per Hostiens. in cap. Quoniam. Abb. de off. deleg. Capyc. decisione 121. num. sexto:* attamen in his litteris emanandis, cum recipiant fauorem publicum, censentur sub nomine dignitatis emanatæ, *Dec. in l. more, num. 53. ff. de iurisd. omn. Iud. Vant. de nullit. ex deffect. iurisd. deleg. num 104. circa finem,* prout etiam dicitur in delegato. *Menoch. de arbitr. quæst. 68. numero vigesimo, & seq. & quæst. 69. num. 9. & sqq.* Quinimo in priuilegijs, quæ a Rege nostro Potentissimo emanant in dies, ponitur subscriptio sub nomine dignitatis, hoc scilicet modo. IO EL REY. *vt in specie tradit idem Capyc. d. dec. 121. n. 6. in fine.* & deinde adduntur aliæ decem, vel saltem octo subscriptiones excellentissimorum DD. Regentium &c. vt optimè adnot. *Borellus in suis summ. decis. tit. 13. nu. 38.*

26 † Obserua secundo, quòd quando rescriptum fuisset emanatum, vt vim legis habeat: tunc pariter non extinguitur morte mandantis, & illam legis condentis, quia hoc casù mors illa non soluit, cum lex ex sui natura sit perpetua, *Costa de re integ. dist. 8. in fin. in fin. per Felin. in cap. licet vndiq; col. 2. vbi glos. de off. deleg. & et per tex. in l. falso. vbi glos. & DD. C. de diuers. rescrip.* cú perennia esse debeant. *P. Greg. in e. 55. n. 3. lib. 1. de rescr.*

27 † Obserua tertio, Regna Hispaniæ transferri successione, & hæreditario iure, & non per electionem; & ideò successor non solet reuocare concessa per prædecessorem, licet de iure fieri possit subsistente causa, *Capyc. decis. 121. num. 13. & sequent. Borell. de Regis Cath. præstant. cap. 56. & 57. numero primo, per text. in cap. grandi. de supplet. neglig. Prælat. Bart. in l. prohibere, §. planè. ff. quod vi. aut. clam.* Imò omnia dominia Regis nostri ad hæredes transeunt, *Borell. dicto cap. 56. num. 14.* & sic etiam procedit quo ad Ducatum Mediolani, *ut in d. cap. 46. nu. 262. & seqq. & cap. 57.* maximè cum emanent rescripta ad dignitatem pertinentia, & sic morte Principis non expirant, *Card. Seraphin. d. decis. 1371. num. 4. Burr. in d. cap. si gratiosè. num. 13. de rescript. in 6. per text. in auth. §. licentiam. quo oppor. Episcopi. collatio. prima.*

28 † Obserua quarto, mandatum etiam morte mandantis non extingui, re non integra, quando est ceptum illo vti, & agere: secus verò si solus principalis agere cepisset, *Mant. singul. 406. Costa de re integra. distinctione 46. num. 5. Pir. decisione 295. lib. secundo,* quòd etiam communiter * tenetur, *per tex. in l. nullum. C. de procurator. Capr. suis communib. par. 1. conclusione 59. num. 14. & 15.*

29 † Obserua quinto, mandatum procuratoris ad litigandum non finiri, neque ex reuocatione Domini nisi reuocatio fuerit eidem procuratori intimata, ex veriori * DD. sententia, *vt per Capr. dictis suis communib. par. prima, conclusione 58. num. 28. & 29.* idem ad negotia, *vt num. 3. per tex. in l. si procurator. ff. de procurator. vbi glos. & DD passim. Marian. Sylliman. in Clemen. vn. c de renunciat. vbi Laudun. & alij, & l. vnic. C. de satisdat. vbi glos. et Bart. Nicol. in cap. ex parte Decani. de rescript.*

30 † Obserua sexto, vt vbi rescriptum fuisset per reuocatum procuratorem obtentum, nulla esset impetratio, etiamsi reuocatio ad Iudicem, vel partem non peruenisset, *Nicol. in capitulo in nostra. de procurator. Capr. suis communib. par. 1. conclusione 59. num. 8. & 9.*

modò tamen fuiffet dicta reuocatio eidem procuratori intimata vt fupra, *per tex. in d.l.fi procurator, ff.de procurator. & d.cap.ex parte Decani, de refcriptis, vbi glof. & DD.paffim.*

31 † Obferua tertio, quòd gefta per procuratorem, morte mandantis, tacitè reuocatum, non valent etiam ignorantibus Iudice, & parte, licet etiam hij non fint de ea certificati, *Bart. in l.procuratorem.ff.de procurat. Nicol. in cap. mandato. de procurat. Rayner. de Fargijs in clem. vn.de renunciat. vbi Io. Andr. Laudun. & alij.* vbi re integra obijffet, & licet dictus Nicol. affeueret, quæftionem hanc à Doctoribus non tractatam, nifi à Bartolo, vbi fupra: attamen per fupra relatos DD. illam tractatũ fuiffe legitur, *et per Iacob. de Rauenn. ad relata p Laudun. lo. cit. Capr. d.concl. 59. n. 12. & 14.* Siquidè legimus

32 † Antiquos DD., quafi omnes quæftiones tractaffe, vtiliffimafq; Theoricas reliquiffe, [fi benè, & fideliter eorũ dicta recitarentur,] quibus planè illuminati fuimus, vt etiam idem *Benedict. Capr. audacter affirmat in d.conclus. 69. par. 1. nu. 13.* vbi videre poteris &c.

De Litteris mixtis Principum, & earum effectu.

PRÆLVDIVM XXV.

COMPENDIVM.

1 *Litteræ mixtæ tunc dici folent, quando ex gratia & iuftitia conficiuntur, & quomodo, vt nu. 2. exempla recenfentur nu. 3.*

4 *Mixta litteræ, interdum naturam litterarum fortiuntur ad lites; interdum vero ad gratias, limita, vt nu. 33. & duodecim exornatur exemplis, vt nu. 5.*

6 *Difpofitio vnius naturæ, per viam connexionis accefforiè pofita, quanam naturam capiat, declara, prout num. 26.*

7 *Litteræ delegatoriæ, vnita cum conceffione gratiæ, naturam gratiofarum fortiuntur, & non ad lites, fallit, vt num. 27.*

8 *Litteræ accefforiè, cum gratia emanata, nullam tribuũt iurifdictionem, vbi gratiofa fint fubreptitia, & quomodo, vt num. 28. Idem in litteris difpenfationis ac forma Cancellariæ emanatis.*

9 *Litteræ ad redimendum bona, naturam gratiofarum nancifcuntur, & quare?*

10 *Mixtæ litteræ etiam dicuntur, vbi fupplicans ad læfionẽ probandam admittatur.*

11 *Amplia primo, etiam procedere in litteris donationis officiorum. & quomodo.*

12 *Amplia fecundo, idem effe, vbi Princeps faluumconductum emanet.*

13 *Litteræ fufpenfionum iudicij, fortiuntur naturam litterarum ad gratias, & cur?*

14 *Mixta etiam dicuntur litteræ eremodicij, vbi Princeps reftitutionem triennij emanet.*

15 *Litteræ mandantes, vt non obftante præfcriptione, Iudex procedat; naturam litterarum gratiofarum fortiuntur.*

16 *Litteræ mixtæ appellantur illæ, quæ aduerfus contractus nulliter celebratos emanant.*

17 *Amplia idem procedere, vbi litteræ emanent cum claufula, appellatione remota.*

18 *Litteræ Saluaguardiæ, litterarum gratiofarum naturam nancifcuntur.*

19 *Mixtæ etiam dicuntur litteræ pactum Camerale conualidantes, & vbi fint fubreptitiæ efficiuntur nullæ ipfo iure, nec tribuunt iurifdictionem non habenti.*

20 *Litteræ mandantes prouideri de aliquo officio, vbi fupplicans fit Iurifperitus, mixtarum litterarum nomen nancifcuntur.*

21 *Amplia etiam procedere, vbi Princeps in integrum reftituat aduerfus rem iudicatam, cum gratiam, & iuftitiam emanent.*

22 *Mixta quoq; dicuntur litteræ, mandantes minorem reftitui, aduerfus aditam hæreditatem, & quomodo.*

23 *Reftitutio in integrum, nedum fauore minoris, fed etiã maioris conceditur, aduerfus binas conformes, & quando.*

24 *Limita hanc regulam non procedere, aduerfus cridas Fifcales, & circa emptionales, & vide nu. 47.*

25 *Mixtum, vbi in alterutram partem præponderet, non mixtum, fed fimplex potius appellatur.*

26 *Caufæ duæ, vbi vnum, eundemque effectum refpiciant, vtramq; naturam fequuntur.*

27 *Appellatio, vbi fit prohibita à principali, cenfetur etiam prohibita ab acceſſoriis, & connexis.*

28 *Litteræ pro executione gratiæ, feorfum emanata, naturam fortiuntur ad lites, & non ad gratias.*

29 *Litteræ mandantes, de aliquo officio prouideri per fubreptionem, non dicuntur nullæ ipfo iure.*

30 *Executor litterarum, vbi partes Iudicis affumeret, & non executoris, fortiretur naturam ad lites, & non ad gratias.*

31 *Amplia hanc regulam procedere, vbi Princeps mandaret Iudici, vt terminum fupplicanti concederet, ad bona redimenda, & cur?*

32 *Læfio in contractu, vbi fit enormiffima, non valet renunciatio, & litteræ emanata dici poffent de iuftitia.*

33 *Litteræ vbi concernerent officij priuationem, regulantur vt litteræ ad lites, & non ad gratias.*

34 *Amplia etiam procedere, vbi Iudex ordinarius, faluum conductum emanet.*

35 *Litteræ, vbi fint fubreptitiæ, & caufa non cognita emanata, dicuntur litteræ ordinariæ, et ad lites, et quomodo.*

36 *Princeps vbi mandet lapfum eremodicij à Iudice reftitui, talis commiffio fortiretur naturam litterarum contentiofarum.*

37 *Princeps, vbi mandet Iudici, vt fuper gratiofis litteris prouideat de iuftitia; tunc dicuntur litteræ quò ad gratiam reuocata, & quomodo.*

38 *Litteræ Iuftitiæ, et non ad gratias, etiam dicuntur, mandantes, nullitatem contractus tolli; modo alteri non fit ius quæfitum.*

39 *Litteræ, vt vbi appellatio fit euidenter friuola, & calumniofa: non debent dirigi Iudici a quo per decretum Senatus noftri.*

40 *Cognitio, vbi committeretur faluaguardiæ, Iudici inferiori, naturam litterarum Iuftitiæ fortiretur.*

41 *Ceffio Cameralis, de priuilegiis perfonalibus fieri poteft, cum iura Fifcalia cedi de iure poffint: fecus verò per priuatum, & cur?*

42 *Mixtis in litteris, attenditur ratio, quæ magis præualet, & incalefcit.*

43 *Litteræ mandantes, vt Iudex procedat non obftante fententia, modò conftet de caufa. non dicuntur litteræ de mera gratia, fed de gratia iuftitia, & per fubreptionem dicuntur nullæ ope exceptionis.*

44 *Litteræ reftitutionis in integrum cum claufula, prout de iure, facit litteras conditionales.*

45 *Reftitutio in integrum, aduerfus modicam læfionem, regulariter non datur.*

46 *Reftitutio in integrum, etiam datur contra tres conformes, ex iuribus denuò repertis, & ex caufa noniter propofita, modò ceffet calumniæ præfumptio, & quomodo.*

47 *Cridarum in caufis emptionalibus, in integrum reftitutio, non denegatur, ius fuũ probabiliter ignorantibus: fecus vero in cridis Fifcalibus.*

48 *Minori non competit reftitutio, quando præfcriptio*

fuiffet

fuisset cepta, & finita cum maiore.

49 *Mixtum, licet magis participet de vno simplici, quàm de alio: attamen non desinit esse mixtum & quomodo.*

50 *Qualitates duæ, vbi concurrant, quarum qualibet de per se effectum operatur: tunc vna non derogat alteri.*

51 *Causa principalis, vbi non concurrat in accessorio, licet annulletur principale, non annullatur tamen accessorium.*

52 *Sententia diuersa capitula continens, & quæ diuisionem recipiant, ab vno datur appellatio, ab alio non.*

53 *Littera gratiosa, non subreptitia, in quibus adsunt executoria subreptitia, num valeat processus ex eis factus.*

54 *Gratiosa littera, dupliciter gratiosa dicuntur.*

55 *Executor merus, vbi assumat partes Iudicis, processus non valeret.*

56 *Executor est duplex, vnus in quo resides iurisdictio, in altero vero non.*

57 *Senatus Mediolani amplissimus, non solet dare litteras Iudicibus, vt terminum prorogent, pro bonis redimendis.*

58 *Læsus vltra dimidiam, renuntiatione non attenta, non potest venire contra contractum initum.*

59 *Princeps, non consueuit priuationem Magistratuum, sine causa adimere: tribus tamen casibus exceptis.*

60 *Saluusconductus Banniti, non potest concedi ab inferiore, nisi locum Principis obtineat.*

61 *Princeps mandans Iudici, vt gratiam conferat, id fieri non potest, nisi preambula cognitione habita.*

62 *Eremoditium elapsum, non consueuit Senatus restaurare, nisi de consensu, ne lites fiant immortales.*

63 *Princeps, vbi rescribat, vt super re iudicata prouideatur de iustitia, sententia tamen non dicitur vulnerata.*

64 *Ius alteri quæsitum, non consueuit Senatus noster tollere.*

65 *Commissa causa appellatione remota, non prohibetur tertius appellare.*

66 *Saluamguardiam violans punitur Senatus arbitrio.*

67 *Vectigalium emptores procedere nequeunt ad personalia priuilegia.*

68 *Iudex, ob clausulas summarias, num censeatur delegatus.*

69 *Littera gratiosa ex Iustitia, tunc dicuntur, quando id, quod iniustitia abstulit, restituit iustitia.*

70 *Restitutio in integrum, duplex, & quæ.*

71 *Minorem & Ecclesiam, restitui in integrum, etiam pro modica læsione, & quomodo.*

72 *Appellationem non dari à duobus laudis conformibus, & quando.*

73 *Restitutio petita post ceptam executionem, num etiam retardet.*

74 *Nullitatis exceptiones, etiam post 3. conformes admittuntur.*

75 *Restitutio aduersus lapsum temporis ad contradicendum cridis emptionalibus, debet intra tantum tempus peti, quantum extitit illud, quod omissum est.*

76 *Cridarum emptionalium in causis, admittitur nullitas sententia, licet sit remota appellatio, idem in cridis Fiscalibus.*

77 *Pactum gratia adrimendum bona, non labitur ob iniustitiam pretij.*

78 *Mixtum propriè dicitur, quando non magis in vna, quam in altera parte præpendit.*

79 *Rescripta mixta, habent se, vt excedentia, & excessa, & quomodo.*

80 *Hermafroditus, dicitur mixtus homo, verum pro eo habetur, in quo magis incalescit.*

81 *Littera, super executione, in vno de connexis, extenditur etiam super accessorijs.*

82 *Connexio est duplex, & quomodo.*

83 *Mixta ex casu, 3. species oriuntur.*

84 *Mixtum etiam oritur ex pluribus speciebus.*

85 *In mixtis, attenditur pars, quam magis fauet iuri cōs.*

86 *In mixtis, etiam attenditur, id, quod est dignius, & quomodo.*

87 *Iurisdictio excitata per Rescriptum, quando dicatur mixta.*

88 *Minor, non vtitur priuilegio contra priuilegiatum, quando vnus tractat de lucro captando, alter de damno vitando.*

89 *Mixtis in causis, vbi simplicia sint inter se contraria, sub simplici non continetur casus mixtus, & quomodo, vide exempla.*

90 *Dispensatio, licet non comprahendat casum mixtum; Fallit, vbi agitur de fauore, & quomodo.*

91 *Statutum, licet non comprahendat casum mixtum; fallit quando resoluitur in simplices.*

92 *In mixtis, attenditur causa prohibens, potius, quàm permittens.*

93 *Rescriptum ad lites contra ius commune subreptum, licet efficiatur mixtum, illud tamen est inspiciendum, quod erit iuri communi conforme.*

94 *Mixturę ratione, quando causa efficiatur appellabilis, & ibi Mediolani stat. 379. declaratur.*

95 *Rescriptum ratione connexionis, extenditur etiam ad alios lites consortes.*

96 *Dependens, & connexum, quando dicatur.*

97 *Separatum etiam dicitur, licet eadem scriptura connectetur.*

98 *Statuta, num recipiant extensionem.*

99 *Verbum. vel alia occasione, quid importet.*

100 *Rescripta duo, quando simul connexa reperiuntur, tunc vnum deseruit ad perfectionem alterius, & quomodo.*

101 *Iuramenti in litem species.*

PRAELVDIVM. XXV.

INter alia rescriptorum genera. quæ in titulo de litterarum diuisione supra præludi. 7. adnotauimus. Fulgēt genera illa, quæ inter rescripta mixta diuiduntur, cùm ferè, nullum sit rescriptum, quòd aliquid istius commixtionis non habeat; & ea propter, & de istis erit perscrutandum. In primis igitur erit Regulare

1 † Rescripta mixta, tunc appellari posse, quando ex gratia, & iustitia conficiuntur, cum etiam quandam participem naturam in se habeant, *Cucch. in sua instit. Canon. in tit. de rescrip. 4. num. 1. & 39. Leonell. de subreptione Rescriptorum, quæst. 7. art. 1. colum. 2. P. Grego. cap. 38. num. 3. lib. 1. hoc eod. tit. nostro. & cap. 2. num. 33. eod. lib. Campanil. suo diuerso. Iur. Can. rub. 11. cap. 13. Milan. in rub. huius tit. num. 17. & etiam diximus in rub. 1. num. antepen. huius nostri tract. par. 2. Moneta de commutat. vlt. volunt. cap. 6. num. 121. Contard. ad l. vn. limit. 2. num. 5. & 27. par. 1. C. si de mem. possess. Iason. in l. Imperium, num. 5. vbi Alexan. num. 10. ff. de Iur. omn. Iud. Asin. sua prax. cap. 4. num. 16. par. 1. Menoch. in addit. de arbit. quæst. 80. num. 57.*

2 † Mixtum enim, dicitur compositum ex duobus simplicibus, *Iason consil. 74. lib. 3. colum. 2. circa medium*, mixtum tamen à simplici differt, *Beroaus consil. 210. num. 17. lib. 3.*

3 † Exemplum desumi poterit quando Princeps mandat Iudici, vt aliquam gratiam conferat supplicanti, nam in quantum iubet Iudici, vt faciat gratiam, rescriptum gratiæ censetur, quantum vero est necessaria cognitio, rescriptum ad iustitiam pertinet, *P. Grego. in cap. 38. n. 3. lib. 1. de rescr.*; vel quando Princeps emanat litteras ad lites sigillo magno impressas; tunc videtur velle infringere legem, *Felin. in rub. de rescr. num. 4. vbi Butr. Imol. Panorm. & alij*, & vide in hoc prælud. xxv. vbi alia exempla adferuntur.

4 † Istæ igitur litteræ mixtę, interdum naturam litterarum ad lites sortiūtur, interdum vero ad gratias, proue

ea

eis fauorabilibus fuerit, Cucchius in d. sua Instit. canon. in tit. de rescript. num. 46. Contard. ad d. l. vnic. limit. 2. nu. 27. C. si de mom. possess. Socin. consil. 228. num. 12. lib. 2. & Felin. in cap. postulasti de rescrip. Panorm. in ca. cæterum num. 6. & in cap. constitutus num. 5. circa med. vbi Dec. eod. tit. Felin. in cap. ad audientiam 2. nu. 19. vbi Panorm. num. 10. in fin. de rescr. et consil. sua 34. nu. 5. par. 2. Roman. consil. 330. num. 3. Ludouis. Pont. decis. 291. nu. 3. In dubio verò istæ litteræ assumunt naturam litterarũ ad lites, Cucch. d. tit. de rescr. num. 3.

5 † Exempla igitur erunt, quomodo hæc rescripta mixta sequi possint naturam vnius, & quando alterius. Primum enim erit regulare, mixtum assumere naturam illius simplicis, quod ei erit vtilius, & fauorabilibus, Contard. in d. l. vnic. limit. 2. num. 25. & 27. C. si de mom. possess. Iason in d. l. imperium, num. 3. ff. de iur. omn. Iud. Card. Seraphin. decisio. 416. nu. 26. Ludouis. Pont. decis. 240. num. 16. vel assumit naturam, quod est potentius, Angel. consil. 348. num. 2. & quomodo. Ludouis. qui supra num. 17. d. decisio. 240. Secundo mixtum, sequitur illud, quod principaliter intentatur. Roman. consil. 330. num. 3. Iason. consil. 74. lib. 3 colum. 2. circa med. Tertio, istud mixtum sequitur naturam simplicis dignioris. Abb. in cap. quanto, num. 2. de Iud. Iason. in d. l. imperium num. 3. vbi Alex. nu. 1. ff. de iurisd. omn. Iud quod præcipuè intelligitur, si posset resultare diuersos effectus. Dec. in d. l. imperium, num. 3. & 5. Iason. d. consil. 74. colum. 2. vers. quinto facit &c. lib. 3. quando autem rescriptum non fundaretur in qualitate digniori, sed in connexitate; tunc sequi deberet naturam sui principalis, etiamsi dignius sit, per Iason loco cit. l. cum aurum, §. fin. ff. de auro, & argent. legato. Quarto, vbi mixtum cum aliqua clausula accessoria vniretur, tunc naturam principalē sequitur, & non clausulam illam. Menoch. de præsump. lib. 3. præsumpt. 115. num. 43. Crauet. consil. 25. numero 4. Quinto, vbi concurrant duæ causæ, quarum vna est naturalis, & accidentalis altera; tunc naturalis præualet, Abb. cons. 70. par. 1. Menoch. d. præsumpt. 29. lib. 3. n. 48. * Sexto, in istis mixtis attendi debet id, quod est iuri communi conforme, non autem id, quod tendit contra ius commune; cùm fauor odio præferri debeat, vt per Natt. consil. 463. num. 19. Contard. ad d. l. vnic. limit. 2. quæst. 1. num. 28. vbi num. seq. ponit exemplum, Gabr. consilio 197. num. 7. lib. 1. vide ibi alia notatu digna &c. Septimò, etiam in istis mixtis attendi debet illud, quod præualet, Iason. d. consil. 74. column. 2. lib. 3. Octauo, vbi in vno subiecto concurrant duæ qualitates; tunc attendi debet illa, in qua magis versatur, & secundum illam disponi debet, Iason. d. consil. 74. lib. 3. colu. 2. circa med. Nono, quando vnum prodest, & aliud nocet, tunc sequi debet illud, quod nocet; verum intellige, vt vbi causa quæ prodest esset potentior; tunc offuscat, & perimit illam, quæ nocet, & sic inspiciēdum erit, quod prodest, Iason. d. consil. 74. lib. 3 column. 2. circa fin. per Alex. cons. 100. lib. 3. num. 7. & 17. & vbi concurrant duæ qualitates, & respectu vnius resultat dispositio affirmatiua, & permissiua, & respectu alterius negatiua, & prohibitiua; tunc attendi debet affirmatiua, & permissiua. Gemin. in cap. Statutum. §. 1. de rescr. in 6. vbi glos. & DD. Vndecimo, vbi simus in dispositione statuti, vel rescripti, in quibus duo concurrant ad inuicem, potius attendi debet illud, quod magis fauet iuri cōmuni, seu quod minus lædit illud ius commune, Alex. consil. 100. num. 18. lib. 3. quod ego intelligerem procedere in rescripto ad lites, contra ius subreptoe: nam tunc reducitur ad ius * commune, Ruin. cons. 125. lib. 5. num. 5. Bertaz. consilio 478. lib. 2. num. 21. Mandos. in rubr. de rescript. num. 18. Duodecimo, vbi duo permiscerentur, quorum vnus est potentius altero; eo casu magis potens trahit ad se naturam minus potentis, Alex. in d. l. Imperium num. 1. ff. de iur. omn. Iud. Iason. d. consil. 74. lib. 3. colum. 2. Decimotertio, quando rescriptum continet realem, & personalem actionem, attenditur personalis, vti fauorabilior, D. Oldrad. cons. 195. nu. 4.

6 † Ideo, quando dispositio vnius naturæ per viam annexionis accessoriè ponitur, in alterius naturæ dispositione: tunc talis annexa accessoria dispositio, capit naturam eius, in qua ponitur, vt per Roman. d. consil. 330. num. 14. Contard. d. limit. 2. num 33. circa med. ad l. vnic. C. si de mom. possess. Bald. in cap. littera num. 2. de dilatio. Mels in suo Aureo Repertorio, in verbo, connexio &c. per Roman. d. consil. 330. num. 14. & ideò quando non fundatur in qualitate digniori, sed in connexitate; tunc accessorium sequitur naturam sui principalis, etiamsi dignius sit. Marsil. sing. 17. in fine. Roman. in suo notab. 617. secus vero si non militaret eadem ratio, per Marsill. loco cit. nam alias dicitur extinctum, quatenus extinctum dicatur, & principale, Ludouis. Pont. decisione 133. num. 4. & decis. 418. nu. 3. sic igitur

7 † Litteræ delegatoriæ, quando vniuntur cum concessione gratiæ; tunc sortiuntur naturam litterarum gratiosarum, & non ad lites, Roman. d. consil. 330. num. 3. circa fin. Felin. in cap. ad audientiam. 2. nu. 19. vers. fallit secundo &c. vbi Barr. & alij de rescrip. Abb. consil. 34. num. 4. par. 2. & in cap. cæterum num. 6. circa med. & ibi. Dec. col. 3. eod. tit. nostro. Dec. in cap. constitutus, num. 2. vbi Abb. num. 5. circa fin. de rescrip & in d. cap. cæterum. num. 6. in fine, ponit exemplum, slz. quòd si Papa contulit Titio beneficium, & pro executione gratiæ deputauit Sempronium executorem; tunc vbi subreptio interuenit, gratia dicitur nulla, & per consequens executoris deputatio, cum veniat accessoriè ad gratiam, Felin. in d. cap. ad audientiam n. 19. vers. fallit secundo &c. sic erit dicendum in litteris patentibus dispensationū, quæ à Senatu nostro in dies emanant; cum clausula, mandantes omnibus, ad quos spectat &c. per tex. in c. si super gratia. de off. deleg. in 6. cum accessorium sequatur naturam sui principalis, Mastrill. decis. 115. nu. 6. Ludouis d. decis. 418. nu. 3. ea propter istæ

8 † Litteræ accessoriæ, cum gratia emanatæ, nullam tribuūt executori iurisdictionem, vbi litteræ gratiosæ sint subreptitiæ, quia cum principale sit nullum; ergo & potestas exec., Abb. in cap. ad audientiam 2. nu. 14. circa med. vbi Bald. num. 2. de rescript. vbi Felin. & alij circa fin. Oldrad. consil. 81. Abbas cons. 34. nu. 5. circa medium par. 2. Ludouis. Pont. decis. 291. nu. 3. & dicta decis. 418. nu. 3. Mastril. d. decis. 115. nu. 6. verum potest saltem cognoscere de subreptione, Bellamer. in cap. super litteris, num. 13. & 14. vbi Gloss. num. 435. circa fin. & 387. de rescript. Calcan. consil. 77. num. 4. per tex. in l. si quis ex aliena. ff. de Iudic.

Idem esset dicendum in litteris dispensationis, de forma Cancellariæ emanans, Bald. in l. præscriptione nu. 11. circa med. vers. ego dico &c. C. si contra ius, vbi ponit exemplum, quòd, vbi quis à Principe fecerit se legitimare, dicens se natum ex soluto, & soluta, cum natus esset ex adulterino complexu, tunc huiusmodi legitimatio, vti subreptitia, non valeret; per tex. in l. 1. de natalib. restit. prout etiam

9 † Litteræ ad redimendum bona, vbi sint subreptitiæ, sunt nullæ ipso iure. Idcò naturam litterarum gratiosarum nanciscuntur, Cæsar. de Graff. decis. 58. alias 12. num. 2. et 3. in fine de probat. Socin. consil. 164. num. 4. lib. 2. Put. decis. 350. & 397. lib. 1. Felin. in d. cap. ad audient. 2. num. 22. vers. Litteræ &c de rescrip. Thomas de Than. decis. 65. cùm etiam huiusmodi litteræ emanent in forma patentium; ideò sortiūtur naturam litterarum gratiosarum, & non iustitiæ, Felin. in rubr. huius tit. num. 4. Roman. d. consil. 330 nu. 3. Bellon de potestate eorum, quæ in com. lib. 2. cap. x. num. 8. & quando subducantur tempora, videas eum ibi.

10 † Mixtæ igitur litteræ etiam dicuntur, vbi supplicans ad læsionem probandam admittitur à Principe, vel Senatu, renunciationibus, & pactionibus non attentis, P. Greg.

Greg. in cap. 57. lib. 1. de rescript. num. 3. circa fin. & cap. 67. nu. 2. eod. lib. per tex. in l. 2. C. de rescind. vendit., licet enim læsioni vltra dimidiam renunciari possit; attamẽ secus est, si enormissima interuenerit, Mastrill. decisio. 247. num. 108. per Afflict. decisio. 322. num. 11. vbi Vrsil. num. 4. Crauet. consil. 114. & consil. 7. num. 4. & vbi litteræ derogarent pactionibus contrahentium, naturam litterarum gratiosarum sortirentur, Tiraquell. de retract. lignag. §. 30. glos. 2. nu. 3.

11 † Amplia hanc regulam, etiam procedere in litteris donationis offitiorum, cum ex gratia, & iustitia emanent. Ideò mixtæ litteræ appellantur, P. Greg. in dicto cap. 38 num. 5. lib. 1. de rescript. per tex. in l. 1. §. proinde de varijs, & extraord. cogn.; verùm concessum Magistratum sine causa adimere non posse: nisi tribus exceptis, mortis, slz. renũtiationis, vel delicti, certũ est semel enim honor à Principe delatus perpetuo perseuerare debet, per tex. in l. Iurisperitos, de excusat. tutor. P. Greg. cap. 55. num. 6. circa med. de rescript. lib. 1. & d. cap. 38. nu. 5. in fine eod. tit.

12 † Amplia secundo, idem esse, vbi Princeps saluumconductum emanet; nam adhuc rescripti mixti nomen nancisceretur, P. Greg in d. cap. 38. num. 4. lib. 1. hoc tit. nostro, per tex. in l fin. ff. de legatio. Papon. lib. 8. notabil. tomo tertio, & istæ sortiuntur naturam litterarum ad gratias, cùm à die datæ vires obtineant, non autem à die præsentationis, per tex. in cap. eam te, vbi DD. passim. de rescrip. & quando vitio subreptionis laborent, vide Menoch de arbitr. casu 203. & Fellon. de potestate eorum qui incontinenti, cap. 11. lib. 2. prout etiam

13 † Litteræ suspensionum iudicij, sortiuntur naturam litterarum ad gratias, cum contra ius commune emanent, Mastrill. decisio. 228. num 5. per tex in cap. Odoardus, vbi DD. de solutio. & in l. 2. & 8. C. de precib. imper. offerend. & dicuntur litteræ mixtæ, & iustitij, quas vocant Galli Lettres d'estat. P. Greg. d. cap. 38. num. 2. lib. 1. de rescript. maximè cum emanent ob infirmitatem, vel absentiam Iudicis, & in forma patenti, & sic apparet Principem velle infringere legem, Felin. in rubr. de rescript. num. 4. post principium &c.

14 † Mixtæ pariter dicuntur litterę eremoditij, vbi Princeps restitutionem triennij emanet, P. Greg. in cap. 37. num. 2. & 11. lib. 1. de rescript. per tex. in l. & si sine dolo malo. §. fin. ff. de minor. 25. annis, & l. fin. C. de legibus. Boer. decisio. 247. verùm per temporis lapsum, cùm sit ius parti quæsitum, non solet Senatus hoc concedere, nisi de consensu partium, Mastrill. decisio. 228. num. 8. lib. 3. & decisio. 178. num. 12. cum alias consensus partis absque litteris Senatus, non suffragetur, Castrens. consil. 1. lib. 3. nu. 28. & quando emanant contra ius commune, tunc sequuntur naturam illius, quod est fauorabilius, Card. Seraphin decis. 416. num. 26. & Ludouis. Pont. decisio. 140. nu. 16. prout pariter

15 † Litterę mandantes, vt non obstante præscriptione, Iudex procedat, naturam litterarum gratiosarum sequerentur, & non ad lites, per tex. in l. per diuersas. C. mandat. P. Greg d. cap. 37. num. 7. lib. 1. de rescript. cum sint contra ius commune, Dec. consil. 288. Alciat. consil. 111. num. 27. lib. 1. Ideò essent nullæ ipso iure per subreptionem. Roman. consil. 33. nu. 4. nec consueuit Senatus has literas emanare, Dec. consil. 373. nu. 15. licet ex magna causa hoc facere posset, Conrad. Landen. suo templ. omn. Iud. in tit. de præstant. Imperat. vers. ius naturale, & gentium &c. nu. 20. §. 4. lib. 1.

16 † Litteræ quoque mixtę appellantur illæ, quæ aduersus contractus nulliter celebratos emanant, prout in rescriptis perinde valere, Rebuff sua praxi beneficia. in tit. de resc. perinde valere, num. 1. & 33. per tex. in l. adopt. non iure facta. ff. de adoptio. Dec. consil. 26. colum fin. Castrens. consil. 178. lib. 1. in veteri impressione. nam ex quo relaxatur ius cõmune, circa nullitatẽ, dĩ Princeps gratiam facere, Mastrill. dicta decisio. 228. num. 5. Rebuff d. num. 1. Iustitia vero, in eo versatur, cum eo in casu, actor consequi poterit ius suum, per tex. in l. 2. in fine. ff. de reb. eorum, vbi DD. notant.

17 † Amplia hanc regulam, vt etiam procedat, vbi litteræ emanent cum clausula appellatione remota, cum etiam illo in casu mixtæ dici possint, per text. in cap. 1. & 3. vbi Canonistæ, de rescript. & in cap pastoralis. de appellat.; maximè in casu appellabili, Scaccia de appell. quæst. 16. limit. 1. num. 80. & 81 Barbosa de claus. claus. 7. nu. 8. clausula enim appellatione remota sapit gratiam, Milius in suo Aureo Repertorio in verbo Iudex ordinarius cui Papa &c. in quantum verò emanant litteræ in causa controuersæ, dicuntur ad lites, Glorit. ad cap. super litteris. num. 1. & 2 de rescript. Ideò mixti rescripti nomen sortiuntur. P. Greg d. cap. 38. lib. 1. hoc tit. nostro. inferiur autem à Principe, hac clausula vti non solet, Scaccia d. limit. 1. nu. 106. & 109. Barbosa d. claus. 7. num. 6. Idem dicitur

18 † In litteris Saluaguardiæ, quę cum clausula emanãt, & si quis senserit se grauatum, compareat recepturus Iustitię complementum, cum etiam naturam gratiosarum litterarum sortirentur; in forma enim patenti conceduntur, vt considerauit D. Menoch. de arbitrar. Iud. casu 338. num. 10. & 11. Mastrill. decis. 263. nu. 19. Caual. de Brachio Reg. par. 2. num. 282. quæ tamen non solent concedi, absque causæ cognitione, & solet fieri decretum, vt assumantur informationes de contentis in precibus, Neuiz. consil 83. num. 12. Menoch. loco cit. num. 8. Mastrill. vbi supra num. 20. Ideò in quantum emanant in causis litium, dicuntur rescripta iustitię. & sic mixturam continerent, P. Greg. d. cap. 38. lib. 1. de rescript. prout etiam

19 † Mixtę dicuntur litterę, pactum in forma Cameræ conualidantes, cum & ipsę in forma litterarum patentium emanent in causis litium controuersarum, & ideò naturam gratiosarum sortiuntur, per tex. in cap. si Apostolica. vbi glos. in verbo confirmamus, de præbend. in 6. Rebuff. in sua prax. beneficiar. in tit. de different. rescript. gratia, & iustitia num. 47. & 48. & seq Cucch in sua Instit. Canon. tit. de rescript. num. 39. cum seq. gratia enim in eo versatur, quia in forma patenti emanant, Felin. in rubr. de rescript. num 4. personalemq; detentionem continent, quod priuatus ex se ipso, validè facere nequit, l. priuatorum, C. de iurisdict. omn. Iudic. nemo enim est Dominus membrorum suorum, per glos. in l. 1. ff. eod. Castrens. & alij in d. l. priuatorum, iustitia verò, in eo colligitur, cum memoratæ litterę emanent, cum clausula, confirmamus, vbi alias sit validum. Boss. in tit. de Principe, & priuileg. eius. num. 350. & 353. & idcircò, vbi litterę essent subreptitię, tunc efficerentur nullę ipso iure, nec tribuerent iurisdictionem, alias non habenti, Rimin. Iun. consil. 341. num. 35. lib. 3 Costa de facti scient. & ignorant dist. 15. num. 3. centur. 1. puta si in Instrumento nulla esset facta mentio de Executoribus Regię Camerę, & in precibus esset falso hoc expressum; tunc non haberent iurisdictionem in illa causa, Bellon. de potestate eorum, qui incontinent. lib. 2. cap. 48. num. 4. Ruginell. de appellat. §. 2. cap. 3. num. 160. cum seq., & pręsertim cùm in huiusmodi litteris apponi soleat clausula illa, modò ità inter partes conuentum sit, quę inducit formam, & ea non seruata, actus corruit, Vulpell. de præpositionibus & aduerbijs. in dictione ipso iure &c. vers. Ita. Gratian discept. forens. cap. 575. tomo 3. num. 34. Ludouis. decis. 1. num. 2. & seq.

20 † Amplia etiam procedere, vbi litterę mandarent prouideri de aliquo officio, vbi supplicans sit legum doctor, cum etiam in eo casu, naturam litterarum mixtarum nancisceentur, P. Greg. in d. cap. 38 num. 1. lib. 1. de rescript, cum illa clausula inducat formam. Bald. in cap fin. nu 16. de præsumpt. vbi Felin. Abb. Turr. & alij. Idem Bald. in l. præscriptione num. 11. post princip. C. si contra ius &c.

21 Amplia

21 † Amplia secundo. etiam procedere, vbi Princeps in integrum restitueret aduersus rem iudicatam, cum eo etiam casu gratiam, & iustitiam litteræ ipsæ contineant, & ideò mixtæ appellantur, *Costa cons. 45. nu. 10. Boss. in tit. si aduersus rem iud. restit. postul. nu. 25. circa finem, P. Greg. in cap. 33. nu. 4. lib. 1. hoc tit. nostro. Beron. consil. 76. lib. 1. Franc. de Ponte consi. 69. nu. 30. Rosental. de feud. cap. x. conclus. 38. nu. 80.* Senatus autem, solet litteras emanare, cum clausula, prout de iure, *Gallia cons. 24. nu. 112. in fine, P. Greg. d. cap. 33. nu. 15. in fine,* vbi attestatur ita pariter in Gallia seruari.

22 † Mixtæ pariter dicuntur litteræ, mandantes minorē restitui aduersus aditam hæreditatem, vel præstitam fideiussionem, vbi deceptus sit, *per tex. in l. aut prator. 7. §. non solum, & §. sed si hareditatem, ff. de minor. 25. ann. Papon. arest. 2. lib. 16. tit. 3. per tex. in cap. constitutus. 8. de restit. in integrum. Magon. decisio. Lucens. 68. Pet. Greg. in cap. 33. nu. 15. lib. 1. de rescript. Ioseph. Ludouic. decis. 55. & 56. Grammat. voto 14. Costa d. cons. 45. nu. 5. & 7.* & ideò sortiuntur naturam litterarum gratiosarum, quando absque clausula, prout de iure emanāt, cum in istis mixtis attendi debeat, quod est potentius, *Cardin. Seraph. decisione 416. nu. 26. Ludouis. decis. 240. num. 16.*

23 † Restitutio autem in integrum, nedum fauore minoris conceditur per Principem, verum etiam fauore maioris, ex clausula generali, si qua mihi iusta causa &c. & aduersus binas sententias conformes etiā non attentis Cæs. Mediolani Constit. in tit. de appellat. §. lata sententia, *Costa de fact. scien. & ignorant. distinct. 55. num. 4. & in consil. suo 16. num. 52. & 53. Marantu suo speculo de ord. iud. par. 6. tit. de appellat. secundo actu nu. 300. per Abb. in cap. ex litteris. in 2. notabili de restit. in integrum. & de maiore etiam trad. Apostillator ad stat. Mediolani 417. nu. 265. in fine, volum. 1.* si quidem cum Constitutio nostra restitutionem non prohibeat, ergo censetur permissa, vt de communi attestatur * *Oddus de restit. in integrum, quæstione 15. art. 6. Ondedei consilio 27. vol. 2. Paris. cons. 109. nu. 17. lib. 4. Raudens. de Analogis cap. 35. num. 141.* etiamsi verbis generalibus vtatur, *Ruin. consil. 35. lib. 1. nu. 35. Cephal. consil. 3. nu. 129. lib. 1. & consil. 40. in fin. eod. Crauet. consil. 201. num. 35. Signorol. de Homod. consil. 134. Apostillator ad Mediolani stat. 116. nu. 219. vol. 1. & cap. 279. volum. 2. n. 492.* & in maiore, modò duo contineat, nempè causam iustam, & læsionem, *Thesaur. decis. 181. nu. 4. circa finem, Magon. decis. Lucens. 77. Alciat. consil. 18. lib. 3. tomo 1. num. 11. Costa de fact. scient. & ignor. distinct. 55. nu. 8. centur. 1. Apostillator ad stat. 116. num 224. volum. 1.* maximè si adesset dolus, vel lata culpa, *Plot. in l. si quādo num. 255. & 276. C. vnde vi.*

24 † Limita hanc regulam, non procedere, aduersus cridas Fiscales, *vt per Boss. in tit. de proclamate nu. 12. & nu. 16. post principium, Alciat. consil. 138. nu. 21. in fine lib. 5. tomo 2. et consil. 57. nu. 2. & 5. lib. 2. & cons. 36. eod. Cephal. consil. 29. nu. 4. in fine, volum. 1. Costa cons. 6. nu. 11. & suo tract. de fact. scient. & ignor. reg. 15 num. 6. & nu. 8. idem Alciat. consil 50. num. 1. lib. 2. & d. consil. 57. nu. 2. lib. 5. Prases Petru de fideicommiss. quæst. 11. n. 601. Verall. decis. 136. parte 2.* Idem etiam dicitur in cridis emptionalibus, quę vi tenore N. C. in tit. de bonis ad crid. ponen. emanant, §. super deductis &c. *Costa cons. 72. num. fin. circa fin. & num. 5 circa med. Alex. consilio 165. num. 10. volum. 6. Alba consil. 443. vol. 3.* ratio autem differentię, cur non detur restitutio in causa cridarum emptionalium, in causa autem duarum conformium sententiarum permittatur, ea esse potest, cū in dicto §. super deductis, adsint illa verba generalia, ibi scilicet, appellatione, & querela, qualibet remota: in titulo vero de appellationibus, §. lata sententia, non ità disponitur, vt ex ipsis Constitutionibus videre est; ea propter attento illo verbo, querela qualibet &c. videtur restitutio denegari, *Maranta suo Speculo de ordin. Iud. par. 6. in secundo actu num. 102. vers. querelam &c. per tex. vbi glos. in l. ab eo, in verbo querelam, C. quomodo. & quando Iudex,* prout etiam dicitur de clausula, neque sub prętextu quodam altero, *vt per Boss. in titul. de appellat. nu. 19. Apostillator ad Statut. Mediolani cap. 116. nu. 68. vol. 1. Contard. ad l. vnic. limit. 8. nu. 19. C. si de mom. possess.* Verum hęc opinio non admittitur, *per Odd. de restit. in integrum quæst. 15. art. 6. nu. 50. par. 13 vbi nu. 54.* contendit, quòd quando alia omnia iuris remedia, essent specificata, & demum addita esset generalis prohibitio, tunc sub ea non posse comprehendi aliud remedium, quàm restitutionis, & tunc de ea intelligi debere, ac si nominatim prohibita esset, *per Signorol. de Homod. consil. 234. num. 1. Mant. consil 15. num. 7.* quod etiam affirmarem, cum illa dictio qualibet querela, sit generalis, & ideò illā excludere, *Barbosa de clausul. & dictionib. clausula 280. nu. 3. Francis. Leo in Thesaur. fori Ecclesiast. par. 1 cap. 15. nu. 60.* sic igitur redeundo ad mixta rescripta,

25 † Notandum erit, vt vbi mixtum in alterutram partem prępondereret, non mixtum, sed simplex potius appellari, *Asin. in sua prax. Iudic. cap. 4. num. 16. parte 1. Alciat. in l. 2. num. 29 ff de verbor. obligat. vbi Alex. & alij,* merum enim, & non mixtum, illud dicitur, quod ab omni compositione separatum existit, *Asin. § 2. cap. 30. nu. 12.* simplex vero dicitur illud, quod est indeterminatum. & sine distinctione, *Iason. in l. inter stipulantem. ff. de verbor. oblig.*

26 † Ideò, qn̄ duę causę respicerent vnū, eundēq; effectū, essentq; simul mixtę, & complicatę, tunc pro vna tm̄ causa haberētur, *Ias. in l. scire debem⁹ 29. n. 2. circa med. ff. de verb. oblig. Contard. in d. l. vnic. limit. 24. n. 17. C. si de mom. possess.* quando enim vnum propter alterum, vtrobiq; tantum vnum, *l. Iulianus. ff. de cond. & demonstrat.* & quando duo ex vno oriuntur, vnum tantum reputatur, *Bellam. decis. 379. in fin. Iason. loc. cit.*

27 † Quando autem appellatio esset prohibita à principali; tunc censetur etiam prohibita ab accessoriis, *Boss. in tit. de appellatio num. 10. Contard. ad d. l. vnicu, limit. 1. num. 24.* quinimò etiam à connexis, & dependentibus, *Marsil. in consil. crimin. 84. num. 19. volu. 2. Paciun de probatio. lib. 1. cap. 16. num. 19.* cum in connexis idem sit iudicium, *Mastrill decis. 286. nu. 34. & 45.* si enim duę causę sint simul complicatę, quarum una appellationem respuit, & alia concedit, ubi sententia feratur super utraque, tunc poterit ab utraque appellari, *Cott. suis memorab. in verbo mixtum &c.* ratione enim mixturæ datur appellatio ab utroque, *Seraph. decisio. 603. num. 1. Ludouis. Peut. decis. 251. nu. 10.* quod inferri potest ad Mediol. statut. cap. 379. uol. 2. in fin. uersic. & si controuersia &c. ibi. uel alia occasione abinde dependenti, uel connexa &c. *Leonell. de subreptione rescriptorum quæstione 18. articulo septimo, columna 2. & 3.*

28 † Sic igitur, quando litterę delegatoriæ pro executione gratiæ essent ex interuallo, & seorsum emanatæ, eo enim casu naturam litterarum ad lites sortiuntur, & non ad gratias, *Roman. consil 330. nu. 3. in fine, Abb. in d. cap. constitutus. num. 4. post princip. & in cap. ad audientiam 2. circa fin. de rescriptis, vbi Bald. num. 7. circa med. & Felin. col. fin. vers videtur &c.* nam eò casu processus superinde agitatus, dicitur valere, licet istæ litteræ essent subreptitiæ, cum dicantur esse similes litteris de iustitia, vt per eosdem *Abbatē. & Felin. locis citatis.* Qua de re

29 † Litteræ, vbi mandarent de aliquo offitio prouideri supplicanti, si illum Iudex idoneū reperierit, licet litteræ sint subreptitiæ, attamen iurisdictionem tribuunt; & ideò per subreptionem non dicuntur nullę ipso iure, licet dicantur gratiosæ *Bald. in l. præscriptione num. 11. circa fin. vers ego dico &c. C. si contra ius. per Innoc. in*

cap. dudum,

cap dudum, vbi Abb. Felin. & alij de præsump. idē not. Felin. in c. ad audien. 2. col. pen. vers. fallit pri, & c. vbi Compostel. Butr. & alij de rescr.: nam ex quò assumir partes Iudicis, iudicamus de eo, sicut de Iudice, vnde valet processus, si non fuit oppositum de subreptione, Felin loco proximè citato, & sic requiritur citatio attentis illis verbis, si illu idoneum repeteris. Gozad. cons. 2. n. 18. et 19 quod intelligo, si ageretur de tertij præiuditio illud offitium requirentis circa malā famam, secus sufficeret probationē cōcludere soli examinatori, Rom. in l. certū C. vnde cogn. Gozad. cons. 5. n. 30. & d. cons. 2. n. 20. et 21.

30 † Executor igitur litterarū gratiosarū, vbi partes Iudicis assumeret, & non executoris; tunc litteræ naturam rescripti ad lites sortirentur, & non ad gratias, Felin in d. cap. ad aud. 2. de rescr. col. pen. circa fin. vers. tēpera hanc fallentiā &c per Cōpostell. Butr. & alios ibi relatos. Milius in suo aureo repertorio in v. Gratia benefitialis, quādo est subrept., quod intelligo verum, si talis executor esser alias Iudex ordinarius, cū alias non diceretur processus valere, Abb. in d. c. ad audient. 2. n. 11. hoc eod. tit. nostro, & cons. suo 34. nu. 5. & 6. par. 2. Milius in verbo gratia benefitialis, quando est subrepetitia &c. in suo aureo repert.

31 † Amplia istam regulā, etiam procedere, vbi Princeps mandaret Iudici, vt terminū supplicanti concederet ad bona, de quibus agitur redimenda, si .n. executor pronuntiauerit, & non fuerit appellatum, processus dicitur valere, nam cū demandetur causæ cognitio, ideò statur declarationi Iudicis, Bald in d. l. præscript n. 11. vers. ego dico &c. C. si contra ius, vel vtil. pub. per Innoc. in cap. fin. vbi Felin. Abb. & alij. de præsumpt. ad idem bene facit. Felin. in d. cap ad audient. col. pen. vers. fallit primo, vbi Abb num. 10. de rescript. propterea

32 † Vbi læsio in contractu sit enormissima, non valeret legum renuntiatio, & ideò litteræ superinde emanatæ dici possent esse similes litteris de iustitia; maximè cum in hac læsione insit dolus de futuro, cui renunciari neqt, Mastril. decis 247. nu. 10. in secunda lectura, & n. 108. et 135. Gallar. de renunt. tomo 3. renunt. 102. n. fin. in fine, & renunt. 103. nu. 17. eod per tex. in l. si vnius, §. illud. ff. de pactis. Couar. var. resolut. lib. 2. cap. 4. n. 5. idem Mastrill. in prima lectura d. decis. 247. nu. 15. prout etiam

33 † Vbi litteræ concernerent offitij priuationem, tunc ēt regulātur, ut litteræ ad lites, & non ad gratias, Felin. in d. c. ad aud. 2. n. 17. vers. littera ad lites &c. circa med. de rescr. per Abb. in c. ex parte Ada, de testib. col. 4. in 3. not. prout si mandarent litteræ, vt circa malam famā Iudicis cognoscatur, iuxta notata in l. 1. ff. de his, qui not. infam. & alia seruanda. trad. Gozad. cons. 2. nu. 18. 20. & 21. & nu. 30. Alex. consil. 218. volum. 2.

34 † Amplia etiam procedere, vbi Iudex ordinarius saluū conductum emanet, fauore rei, vt tutò veniat ad Curiā informandam, cum ēt hoc casu dicantur litteræ de iustitia, per tex. in l. ius ciuile. ff de iust. et iur. & Iudex hoc casu posset concedere, Afflict. deci. 4. n. 2. Menoch. de arbitr. Iud. qu. 81. nu. 4. & cas. 337. nu. 10. Farinat. cons. 53. num 22. Sic igitur

35 † Litteræ, ubi sint subreptitiæ, & causa non cognita emanatæ: tunc enim dicuntur litteræ ordinariæ, vt per Mastrill. decis. 114. nu 55. par. 2. & sic sortiuntur naturā litterarum ad lites, & non ad gratias, Abb. in cap. ad audien. nu. 10. circa med. vbi Felin. nu. 17. in fine, vers. ampliatur ista regula &c. n. 22. de rescr vbi Butr. Comp. & alij, cum enim mandetur causæ cognitio; ideò statur declarationi Iudicis, licet non fundetur in causa veritatis: & si quis grauetur, debet appellare, Bald d. l. præscriptione. nu. 11. circa med. C. si contra ius &c. siquidem ēt

36 † Princeps, vbi mandet Iudici, vt lapsum eremoditiū restituat, vel peremptionē instantiæ, vbi subsit causa: tunc enim naturam literarum contentiosarū sortirentur, & non ad gratias; nam cū hoc casu mandetur causæ cognitio: ideò hoc ad iustitiam pertinet, P. Gregor. in cap. 38. nu. 3. in fine, & cap. 37. nu. 2. circa finē. de rescr. lib. 1. Menoch. de arbitr. Iud. quæst. 21. nu. 9. lib. 1. Rom. consil. 330. nu. 3. circa medium, Iason. consil. 74. colum. 2. lib. 3. vbi autem

37 † Princeps litteras vim gratiæ habentes emanasset, quæ, vt reuocētur pars in contrarium supplicauerit, & à Principe exinde fiat prouisio, quòd Iudex prouideat de iustitia; tunc dicerentur litteræ quò ad gratiam reuocatæ, Mastrill. decis. 228. nu. 4. lib. 3. per Felin. in cap. super litteris, nu. 10. de rescript. Rota Romana decis. 28. in nouis. Marian. Iun. cons. 35. nu. 4. Ruin. cons. 125. num. 5. lib. 5. Crau. consil. 408. nu. 19. vers. quarto respondeo &c. vsq; ad nu. 26. verùm firmæ remanerent litteræ in his, quę iuri communi non derogarent, vt eleganter consultus respondit Ruin. d. consil. 125 nu. 5. lib. 5. & sic iustitia erit, vt gratia, quæ est contra ius non seruetur, sed fiat id, quod iuris est, Mastrill. d. decis. 228. nu. 8. Milanens. decis. 20. num. 45. par. 1. Guerba decis. 41. nu. 6. nam alias litteræ redderentur frustatoriæ, quod esse non debet. Oldrad. cons. 257. nu. 39. in fine. Mastrill. qui supra nu. 9. Intrigliol. decis. 12. per tot.

38 † Litteræ autem iustitię, & non ad gratias: tunc dicuntur, quando mandarent nullitatem cōtractus tolli modò alteri non sit ius quæsitum, cum clausula, si prout iuris erit, per tex. & DD. in d. l. ius ciuile, & l. Iustitia. ff. de iust. & iure: cum dicerentur secundum ius commune emanatæ, Mastrill. d. decis. 228. nu. 12. Marant. suo specul. 4. par. dist. 9. num. 4. Monald. cons. 8. nu. 5. Lanar. consil. 37. num 12.

39 † Litteræ autem, quæ à Senatu nostro emanare solēt, vt vbi appellatio sit euidenter friuola, & calumniosa, non diriguntur Iudici à quò, sed Iudici ad quem, vel ad ☞ Commissarium appellationis, per Senatus consultum diei 17. Nouembris anni 1627. & ideò sortiuntur naturam litterarum contentiosarum, Menoch. de arbitrar. casu 197. per Barbat. consil. 51. col. 24. in fine, lib. 1. per tex. in l. 1. §. interdum, ff. à quib. appell. non licet; & quādo dicatur friuola, id remittendum erit Iudicis arbitrio, Menoch. d. casu 197. nu. 6. et seq. & dubio emergente tenetur Iudex articulum committere, Dec. consil. 29 n. 2. in fin. Plot. in l. si quando nu. 154. C. vnde vi. Idem etiam dicendum est

40 † Vbi cognitio committeretur, Iudici inferiori super concessione saluaguardiæ: tunc etiam naturam litterarum iustitiæ sortirentur, & non ad gratias; nam ex quò cognitio demandatur, ad litteras iustitiæ pertinet, Pet. Greg. d cap 38. n. 3. de rescript. lib. 1. Bald. in d. l. præscrip. nu. 11. circa med. C. si contra ius &c. cum diceretur mixtus executor, Bart. in l. à Diuo pio, vbi Alex. & alij. ff. de re iud. Menoch. de arbitr. quæst. 38. nu. 3. & 4. Lodouis. decis. 69. nu 4. & decis. 413. nu. 2. & 4. cum sine præambula cognitione, non possit Iudex executionem habere, Mastrill. decis 241. num. 95. vbi autem

41 † Princeps mandaret Iudici ordinario, vt cessionem per Reg. Cameram supplicanti emanatam, seruari curet; tunc & iura personalia cessa locum habebunt, cum iura Fiscalia regulariter cedi possint, Bart. Bald. & alij, in l. fin. C. de priuileg. Fisci; vbi Castr. 30. priuilegia enumerat. Fallit tamen inter priuatos, cum priuilegia personalia cedi nequeant: & ideò naturam litterarum iustitiæ sortirentur, Mastrill. decis. 34. nu. 13. Iason. cons. 20. nu. 3. lib. 1. Farinat. consil. 85. num. 45. si autem non ageretur de iure cesso per Reg. Fiscum: eo casu creditor Fiscalis non posset debitores suos remedijs Fiscalib. cōuenire, sed coram ordinario illos excutere debet, Pereg. de iur. & priuileg. Fisci lib. 6. tit. 7. nu. 18. cum alias emptor possit vti benefitio priuilegij personalis ipsius Fisci cedentis, Dec. cons. 48. col. 2. in fine. In istis igitur

42 † Mixtis litteris, attendi debet ratio, quæ magis præualet, per tex. in l. queritur, ff. de stat. homin. Iason. consil. 74. lib. 3. colum. 2. & in qua magis versatur. l. legatis, §. vnus. ff de lega. 3. Imò & illud, quod magis fauet iuri cōi. per Alex. cōs. 200. n. 18. vol. 3. idē Ias. in l. 2. n. 7. ff. de

verb.oblig. & sic ét attenditur in eo,in quo magis incalescit,*Mathes.sing.39.n.2.& d.l.queritur.ff.de stat.hom.*

43 † Litteræ autem,vbi mandarent,vt Iudex procedat nó obstante sententia, modò constet de causa,non dicũtur litteræ de mera gratia,sed de gratia iustitiæ, *Boss.in tit. de remed.contr.Bann.n.3.in fine, per Angel & Salyc.in l.fin.C.de sent.pass.vbi Bald.& aly. Idem Boss. in tit.de litter.Princip.ad non.deffens.n.2.cir.med.* Ideò per subreptionem non dicerentur nullę ipso iure,sed exceptionis ope,*per DD.in cap ad audien.2.de rescript.vbi Felin. nu.17.in vers.littera ad lites &c.Abb.Butr. & aly passim &c.* Vbi vero

44 † Litteræ restitutionis in integrũ emanent cum clausula,prout de iure: tunc ista clausula faceret litteras cõditionales,& ideò naturã litterarum ad lites sortirẽtur, *Brun.cons.17.n.5.Surd.cons.379.n.34.Ludou.Pont.dec. 378.n.4.Card.Seraph.decis.530.nn.5.* nam si de iure illa restitutio sit concedenda,habetur pro concessa, sin minus habetur pro denegata,*Lud.d.dec.378.n.4.*ea ꝑpter

45 † Restitutio in integrũ, vbi aduersus modicam læsionẽ petita sit,regulariter non est concedenda, *Gabr suis cõmun.tit.de rest.in integr.concl.2. Capyc.decis.109.nn.9. Grat.cons.119.nu.43.lib 1. Ruin.cons.113.nu 14. vol.5. Odd.de rest.in integr.qn.4.n.104.vbi nn.seq. dicit cõmunem* * *& nu.107. declara.vt ibi.Gallar.de renunt.tom. 3.renunt.10x nu.9.& 10.* Verum isthæc

46 † Restitutio in integrum,datur etiã contra tres conformes,ex iuribus denuò repertis, & ex causa nouiter proposita,modò cesset calumniæ præsumptio,*Cassad.decis. 1.nu.3.in fine.de rest.in integr.Comard ad l.vnic.lim.8. nu.57.C.si de mom.possess.vbi n.62.*addit procedere,etiã si incontinenti læsio probari possit, vel alias sit euidens, *Franc.Mar.qn.53.nn.9.& 19.par.2.*& sic ex probabili ignorantia, *Costa de facti scient.& ignor dist.16.cent.1. n.2,Onded.cons.27.n.52.lib.2.Gabr.suis com.tit.de rest, in integr.concl.2.n.1.declara,& limita,vt nn.seqq.Odd. de restit.in integr.quæst.44.art.6.* ea propter

47 † In causis cridarum emptionalium, admittitur in integrũ restitutio aduersus omissas contradictiones, pro tẽpore trium,& sex mensiũ, nedum minoribus, sed etiã maioribus,ius suũ probabiliter ignorantibus, se habere alzius cõtradicendi ipsis cridis, prout si quis esset hæres institutus eo inscio,vel si fuerit legitimè impeditus, vel etiã ex clausula generali, si qua mihi iusta causa esse videbitur,*ut in l.1.ubi DD.ff.ex quib.caus.maior &c. Plo. in l.si quando, in tit de bonis ad crid.ponend.in v. Decretum inquit vbi cridis &c.per Bald.cons.236.nu.2. lib.1. Cephal cons.29.nu.15.circa fin. vol.1. Alba cons.18. ad fin.Roland.à Vall.cons.72.lib.3.nu.29.Rub.cons.14.n.9. Gallia cons.36.nu.34. Alex.cons.31.nu.4. & seq. vol 5. Ruin.cons 54.n.9.vol.5.Guid.Pap.decis.24.in fine, Magon.decis.Lucẽs.77.Fabius de Anna cons.68.n.15.Costa de facti sciem.& ignor.dist.85.cent.2.nn.7.& suo tract. de portio.rata.q.126.n.1.facit etiã Apost. ad Med.stat. 417 n.265.vol.1.Rand.de Anal.c.30.n.135.* verũ neq;

48 † Minori competere posset restitutio, qñ præscriptio fuisset cepta,& finita cum maiore,nã eo casu non daretur hęc restitutio ipsi minori,*Cephal.cons.215. n.10.lib. 2.Paris.cons.48.nn.26.lib.4.* ratio ea est, quoniam tunc cum minore nil actũ dici potest,*Natta cons.492.Mar. Anguisola cons.212.nn.14.lib.1.*prout etiam ignorantia non militaret, vbi de scientia lapsus tẽporis, ex aliquo Instrumento in actis producto appareret, *Crau.consil. 201.nn.31.Alba cons.18.nn.3.lib.1.Alexand cons.118. nn.4.vol.7. Papon.cons.85.nu.6.* Propterea

49 † Mixtum,licet magis participet de vno simplici, quã de alio, attamen non desinit esse mixtum, licet eo casu non propriè mixtum diceretur,sed quasi & impropriè, *Iason in l.2.nu.2.circa med ff.de verb.oblig. vers.praterea &c,Asin.sua praxi Iud.cap.4.n.16.par.1.l.queritur, ff.de stat.homin.* prout dicitur de Hermafrodito,quòd licet æqualem partem ab vtroque capiat. [hoc est maris, & fœminę:] attamen nec ipsæ propriè dicitur mixtus homo,cũ leges habeant illũ, vel vt masculus, vel vt fœmina,sm̃ quod ipsæ magis incalescit,vt in specie traditur per addentes *ad Alex.in l.stippulationũ nn.7. vbi glos.in lit.E,in fine,ff.de verb.oblig.* cũ regulariter mixtum attribuatur extremo,in quo magis incalescit,*Mathesil.sing.39.nn.2.* Verum vbi in ambiguo esset,in quo magis incalescat:tunc iste hermafroditus non posset ad successionem feudorũ admitti, *Asin.in d.sua praxi cap. 4.n.10.in 1.parte;* sic igitur, vbi

50 † Duæ qualitates concurrant, quarũ quælibet de per se effectum operatur: tunc vna non derogat alteri, *Iason in l.Titię.textores n.26.ff.de lega.1.*vbi ponit exemplũ, quod vbi ex forma statuti,certus Iudex sit deputatus in causis pupillorũ,& alius Iudex in causis breuibus, slz. à centũ libris infra;& contingat huiusmodi causam esse mixtam,slz. in causa pupilli,& etiã agatur de libris centum; tunc vterq; poterit esse Iudex, cũ etiã eo casu esset locus præuentioni, *Flor. & aly in d.l.Titia textores,ubi Ias.n.27.ff de lega.1.Bart.in l.si quis posteaquã ff.de iud.*

51 † Verum causa principalis,vbi non concurrat in accessorio,licet etiã annulletur principale: attamen non annullatur accessoriũ.*Contard.in l.vnic.limit.1. nu.29. C. si de mom.possess.vers.ratione dãni &c. Crescent.decisio. 120.per Rotã diuers.149.Contard.vbi supra n.30.* addit Dominos de Rota consueuisse quò ad fructus, & expensas defferre appellationi, quò vero ad possessionem refutatorios consueuisse emanare,vt latius ibi per eũ &c. prout etiam dicitur

52 † De sententia,quę contineret plura.& diuersa capitula,quæ possunt recipere diuisionẽ, tunc etiam, licet ab vno capitulo detur appellatio:attñ ab alio non,*Cõtard. ad d.l.vnic.limit.1.n.31.in fine,perCrescent.d.decis.120. & Ant.Aug.decis.343.Bellam.decis.72.* Verùm si duæ causæ complicatæ sint, quarũ vna appellationẽ admittit,altera non;tunc rõne complicationis, tota sententia erit appellabilis,*Scaccia de appell qn.17.limit.6. mẽbro 9.nn.84.Giurba decis.101.nn.2.distingue,casu* 8.vbi sententiam Contardi declarat.

53 † Quò circa, vbi litteræ gratiosæ non sint subreptitiæ, licet executoriæ ét datę non ex interuallo sint subreptitię:attñ valeret processus ex eis factus,cũ regulentur secundũ vires gratiæ principalis,quæ cum non sit subreptitia,vitiari nequit ipso iure.*Felin.in cap.ad audien.2.de rescr.col.fin.circa fin.vers sed vbi gratia &c.*Verum,qñ subreptio attingeret iurisdictionẽ, ét in his executoriis; eo in casu processus esset nullus ipso iure. *Oldrad.cons. 257.n.32.*prout ñ in precibus dictũ sit, posse reum corã DD.Executoribus Regię Camerę cõuenirii, virtute pacti;& tñ in Instrumento,nulla de Executoribus mentio facta sit;certe istæ litteræ,pactũ conualidantes, non tribuerent iurisdictionẽ, alias non habenti *per Cas. Const. Med.hoc nostro tit.de rescr. §.rescripta contra debitores &c.& per Decr. Senatus nostri amplis. ann.* 1580. *§. Confirmationes pactorũ &c.idẽ trad. Bellon.de potestate eorũ,qua incont.lib.2.c.48.n.fin.per aliud Decr.Senatus ann.*1620.*diei* :8.*Maij*,nec mirũ, cum siquidẽ gesta ab eo,qui legittimam non assumpserat potestatẽ illico irritari debent,*per tex.in cap.Qualiter, de elect.* cum ét in huiusmodi litteris patentibus,adsit clausula, slz. *modò ità inter partes conuentum sit &c.* quæ importat omnimodã mentionẽ de Executoribus ipsis,& sic inducit formam,quæ omninò seruanda est, *Iason cons.202. lib.2. col.1.& pen.circa med.Bellon.d.cap 48.nn 4. post princ. Rug.de appell.§.2.c.3.nn.122.& nn.160.& seq.* Ideò cũ istæ litteræ contineant ét gratiã,per subreptionem efficiuntur nullæ ipso iure,*Ruin.cons.61.n.2.in fine.et 3.l.5.*

54 † Sicuti ét litteræ gratiosæ dupliciter gratiosę dici possunt: & primo, qñ est annexa causæ cognitio: secundo, ét conceduntur,licet causæ cognitio non sit annexa, sed Princeps disponit per seipsum, motus ex obreptione supplicantis:primo casu rõ sunt nullę ipso iure per subreptionẽ: secũdo vero sic, *Bald.in l.præscript.n.11.circa med.C.si contra ius vers.ego dico &c.ubi Cyn.Fulgo.et aly.*

Felin.

Felin. in d. c. ad aud. 2. vers. fallit primo, col. pen. post med. de rescr. Innoc. in c. fin. de præsump. Primo .n. modo, quñ Princeps mãdat Iudici, vt prouideat supplicanti de aliquo offitio, vbi sit idoneus, vel sit legũ Doctor, vel si offitiũ vacet, cũ similib⁹, tunc dicitur anneĉta causæ cognitio. *Menoc. de arbitr. q. 38. n. 3. et 4. Mastr. dec. 241. n. 95.* quæ litteræ mixtæ dici possunt, cum sapiant naturam litterarum ad lites, & ad gratias, *P. Greg. in cap. 38. num. 3. lib. 1. & cap. 37. nu. 1. & 2. de rescript.*

55 † Ideò Executor merus, vbi assumeret partes Iudicis, processus ex eo factus, non valeret, *Abb. in capitulo ad audientiam 2. num. 14. post principium, vbi Bald. num. 7. de rescript. & in cap. constitutus eodem titulo nostro. Idem Abb. consil. 34. num. 5. circa medium, & nu. 6. par. 2. Milius in suo Aureo Repertorio, in verbo gratia benefitialis quando est subrept. &c.* nec propterea efficitur mixtus, *Felin. d. cap. ad audientiam*, nam cum principale sit nullum, sequitur nullitas accessorij. *Roman. consil. 330. num. 3. Marsill. singul. 17. Mastrill. decisio. 215. num. 6. Ludouis. decisio. 133. numero quarto:* verùm vbi esset annexa causæ cognitio, super contentione gratiæ conferendæ, prout si mandarent prouideri, si eum idoneum reperiert &c. tunc si assumeret partes Iudicis, valeret procesus, cum istæ litteræ sortiantur naturam litterarũ ad lites, *Felin. in d. cap. ad audien. col. pen. vers. fallit primo & c. de rescr. vbi Abb. col. fin.* si quidẽ

56 † Executor in iure, est duplex, vnus est in quo residet iurisdictio, & qui potest cognoscere, & pronunciare, alter verò, nullam habet iurisdictionem, cum teneatur tantum exequi, quod mandatum est, intimare tamen potest, licet litis pendentiam non inducat. *Bald. in cap. dudum. num. 2. de præsumpt. vbi Butr. & aly, Valenz. consil. 9. num. primo, Menoch. de arbitrar. quæst. 38. num. 13. 14. & 20. Bellon. de potestate eorum, qua incont. lib. 1. cap. 47. num. 4.* sic igitur, vbi litteræ dirigantur ordinario: tunc potest cognoscere, scilicet vbi alias haberet in ea causa iurisdictionem, *cap. licet de off. ord.*, quando verò esset plenè cognitum per Senatum: tunc Iudex non poterit cognoscere, sed tantum exequi, *Gratian. disceptat. forens. cap. 411. numero 27. Bellon. d. cap. 47. num. 4. Gamma decisio. 331. numero 4. Bald. consil. 44. lib. 1. Milanens. decis. 2. num. 51. par. 1. in fine*, & quando rescriptum est subreptitium, licet etiam non tribueret iurisdictionem: attamen poterit cognoscere de subreptione, & super exceptionibus propositis, *Andreas Alferius Cortonens. in suis alleg. allegat. 12. num. 13. per text. in capitulo primo, vbi Lapus, & alij, de rescriptis, in 6. Bellamer. in capit. super litteris. nu. 13. & 14. eod. tit. nostro*, verum vbi agitur

57 † De gratia conferenda, † non solet Senatus noster amplissimus dare litteras Iudicibus, vt ipsi eam gratiam conferant, prout nec in casu prorogationis termini, pro bonis redimendis, cum ille ordo Excellent. has litteras emanet in forma patenti, *Bellon. suo tract. de potestate eorum, qua incont. cap. x. lib. 2. numero 8*, & iubet prius preces intimari, & interim per 15. dies ☞ tempus stet in suspenso, iux. ordines Senatus nostri ann. 1621. & 1625. *per text. in l. Item veniunt, §. petitam. Ib: Senatus ipsi denunciari exigit &c. ff. de petit. hered. Rebuff. super Constitut. Regn. in tit. de citatio. in præfat. n. 34. et 44.* ea propter, declara regulam vtsupra firmatam num. 32. vt vbi scilicet quis

58 † Esset læsus vltra dimidiam, & renuntiauerit *l. 2. C. de rescind. vend.* tunc non poterit venire contra initum contractum, neq; virtute clausulæ generalis doli. *Iason in l. doli clausula nu. 1. vers. sed pone & c. ff. de verborum oblig. Gallar. de renunt. tomo 3. renunt. 104. nn. 19* vbi inquit non esse audiendum eum, qui renuntiauit, quoniã clausula generalis doli, non debet referri ad istum casum, de quo facta fuisset specialis conuentio, *per Cephal. cons. 205. nn. 65. & Menoch. cons. 412. nu. 71.* respeĉtu autem priuationis offitiorum.

59 † Princeps non consueuit eam priuationem Magistratuum sine causa adimere, nisi tribus casibus exceptis; veluti mortis, renunciationis, & delicti eius, cui concessum est. *P. Greg. in cap. 38. num. 5. circa med. de rescr. idem in cap. 55. nu. 6. lib. 1. eod. tit. nostro. per tex. in l. Iurisperitos de excusat. Tutorum, vbi Salycet. Fulgo. & aly. Declara igitur regulam vtsupra nn. 34.*

60 † Saluumconductum Bannitis, slz. non posse concedi ab inferiore, nisi locum Principis obtineat, *Menoch. de arbitr. cas. 336. ante numerum 27. cent. 4.* prout etiam in causis delictorum, vbi petatur gratia; tunc enim concedi debet à Principe nostro, vel eius Excellentissimo Gubernatore *per C. S. Const. in tit. de Senatoribus, §. fin.* saluiconductus autem ex causa priuati debiti, solent in dies è Cancellaria Senatus nostri emanare, vt ex ritibus Cancellariæ in tit. de saluisconductibus, cum Principem repræsentet, *Idem Menoch. qui supra casu 68. num. 33. Castrens. cons. 422. lib. 1. Mastrill. decis. 291. nu. 26.* sic

61 † Igitur, quando Princeps mandat Iudici, vt gratiam conferat supplicanti, vt slz. prouideat de tali officio, vbi vacet, haberentur, vt litteræ iustitiæ, cum absque præambula cognitione, si vacet, fieri nequeat, *Menoc. d. quæst. 38. nu. 3. & 4. Mastril. d. decis. 241. nu. 95. Bald. in l. etsi non cognitio, vbi Castr. Salycet. & aly. C. si contra ius*, secus vero si tantum gratiam emanasset; nam gratiosarum litterarum naturam nanciscerentur, *per text. in l. à Diuo Pio, vbi Bart. n. 10. ff. de re iud. Alex. ib. n. 12.*

62 † Eremoditium autem elapsum, de quo supra, nu. 14. non consueuit Senatus noster emanare, prorogare, vel restaurare, nisi mutuus partiũ consensus accedat, *Castr. consil. 1. lib. 3. nu. 28. & in l. petende nu. 7. C. de tempor. in integr. rest. per tex. in l. properandum, C. de iud. Mastril. decisio. 178. nu. 12.* ne lites fiant immortales, *d. l. properandum, vbi Scribentes not.* cùm alias ageretur de iure parti acquisito, quod tamen non debet auferri, *Andr. Alfer. in suis cons. & allegat. 12. nn. 2. Mastrill. d. decis. 178. nn. 14. Conrad. Landens. suo templo omn. Iud. in tit. de Imperat. §. 4. vers. Ius nat. et gen. non tollit n. 20. q. 28.*

63 † Vbi autem Princeps rescriberet, vt super sententia in iudicatum transacta prouideatur, tunc illa sententia non diceretur vulnerata, nec reuocata, *Lanar. cons. 37. nu. 12. Mastrill. decis. 228. nn. 19. per Iason in l. causas. C. de transact. Milanens. decis. 2. nn. 53. par. 1. Paris cons. 45. nu. 23. vol. 4.* Ideò Iudex nil aliud facere potest, nisi id, quod iuris est. *Monald. cons. 8. n. 5. Mastrill. d. decis. 178. nu. 13.* secus verò, si litteræ emanassent cum causæ cognitione, & cum clausula, non obstante allegata sententia in iudicatum transacta, *Milanens. d. decis. 2. nu. 40. par. 1. Costa de facti scient. & ignor. dist. 30. n. 16. cent. 1. Alex. cons. 94. vol. 2. Dec. cons. 198. nu. 4. Mar. Anguis. cons. 229. Osasc. decis. 142. nu. 16. & 26. Monald. cons. 20. nn. 2. & 10. Bursat. cons. 73. & 78. vol. 1.* sic igitur, quãdo

64 † Ius est alteri quæsitum: tunc non consueuit Senatus noster amplissimus, illud tollere inuita parte, *per Bart. & DD. in l. Gallus. §. & quid si tantũ, vbi Galeaul. n. 70. ff. de liber. & posthum. Mastrill. de Magistrat. in tit. de indult. cap. 22. nn. 79. & decis. sua 228. n. 8. & dec. 283. nn. 76. & 77. Alfer. suis alleg. alleg. 12. nu. 2. par. 1. Conrad. Land. suo tẽplo omn. Iud. d. tit. de Imper. vers. ius. nat. nel gent. nõ tollit. n. 20. §. 4.* siue sit ea sententia; *ut per Mastr. d. decis. 285. nu. 76.* & siue ex indulgentia *per d. l. Gallus.* vel aliter, per iura superius allegat; & vbi Princeps

65 † Committeret causam vt supra diximus, appellatione remota: attamen non prohibetur eo casu, quominus tertius appellare possit, pro eo, slz. quod sua interesse putauerit. *Gutier. in repet. l. nemo põt n. 388. ff. de legat. et pract. lib. 1. q. 118. n. 2. Valdes. ad Xuar. in leges Regn. lim. 2. in lit. B. Scaccia de appell. q. 16. lim. 1. n. 78. Card. Tusc. suis concl. Iur. concl. 400. n. 16. Bruner à Sole in v. clausula etc. Vãt. de null. in tit. quis possit dicere de null. n. 15. et 16*

66 † Ideò declara regulam vtsupra nu. 40. firmatam; eum slz. qui saluãguardiam violaret, puniri debere Senatus arbitrio: *Menoch. de arbitr. Iud. casu 338. nu. 13. Guid. Papa. qu. 417. & 418. Neuiz. consil. 83. nu. 1. Boer. decis.*

179.num.4. Guliel. de Cuneo tract. de securit. nu.22. & quandoque etiam extenditur vsq; ad mortem, iuxta qualitatem negotij, & personarum, Cagnol. in proem. digestorum num 57. in fine, & quandoq; etiam conceditur nemine citato, modò in genere, & non contra certam personam emanet, Neuiz. d. consil. 83. num.12. cum alias cognitiu habenda esset, Mastrill decis. 263. nu.15. Iason. cons. 57. lib.3. & quando sit concedenda, Mastrill. loco citato, numero 20. & 26. Sic etiam declara

67 † Aliam regulam vt supra numero 41. positam, emptores, slz. vectigalium Principis, regulariter vel alterius, non posse procedere, quò ad personalia priuilegia; imo nec ad personales executiones contra debitores, cum illa censeantur excepta, nisi in spetie cessa esse videantur, Iason cons. 20. lib. 1. num. 3. Gabriel. suis commun. in tit. de regul. iuris, conclus. 2. num. 65. libro 6. Mastrill. decis. 200. num. 28. lib. 2. & decis. 3. nu. lib. 1. Abbas in cap. ex parte 1. nu. 4. & 5. de decim. Farinac. cons. 85. nu. 45. In tantum, quòd respectu priuatorum inter se, personale priuilegium, & captura, cedi non potest, cum ita ossibus obligati inhereat, vt separari minimè possit, dicitur enim character inseparabilis, Gallarat de renuntiat. tomo 1. renunt. 16. num. 9. cent. 1. fallit tamen hæc regula in Regia Camera, vel Fisco, cum sint priuilegiati, Bart. in l. fin. C. de priu. Fisci, vbi Castrens. & aly. fallit secundo, quando ex consensu debitoris fuisset facta cessio personalis, etiam inter priuatos, Gallarat. d. renunt. 16 num. 9. l. nil tam naturale. ff. de regul. iur. Mastrill. d. decis. 34. num. 14. & 15. vbi autem

68 † Esset delegatus per litteras summarias, ut procedat slz. summariè simpliciter &c.: tunc diceretur tantum delegatus in procedendo, cum in sententiando remaneat ordinarius. Iason in l. & si prætor. num. 3. circa med. vbi Castr. num. 2. ff de off. eius. & in l. ius ciuile nu. 8. circa fin. ff. de iust. & iur. Afin. sua prax iud. in rubr. t. de mod. procedendi, num. 3. Aquilin. subtiliter agens in l. 1. §. si quis simpliciter nu. 68. cum seq. ff. de verb. oblig. & diximus etiam alibi, & in tit. de litterarum diuisione in verbo littera summarij iuris. Ideò

69 † Litteræ gratiosæ ex iustitia, tunc dicuntur, quando slz. id quod iniustitia abstulit, restituit iustitia, Boss. in tit. de litteris Principis &c. nu. 1. per Salycet. & Angel. in l. fin. C. de sent. pass. & sic non dicitur mera gratia, sed gratia ex iustitia, quando eam Princeps emanat, ubi constet de innocentia, vt idem Boss. latius pertract. in tit. de remed. contra Bannum nu. 3. in fine, & quando Princeps gratiam concedit ex iustitia vt supra, ubi intra annum reus se constituat, Odd. quæst. 92. num. 5. de restit. in integrum, censeretur etiam restitutus, quò ad bona, alias diceretur restitutus, quò ad personam tantum, Alba cons. 17. num. 22. lib. 1. & per Cas. Constitut. huius Dominij in tit. de accusat. cap fin. §. non intelligantur tamen littera &c.

70 † Sic etiam dicimus restitutionem in integrum dupliciter emanare: nempè de iure communi: secundo modò ex mera gratia Principis; prima competit ordinariè ratione minoris ætatis, ac etiam maioribus ex clausula generali, si qua mihi iusta causa &c. secunda uerò emanat ex mera gratia, quando slz. est sublatum omne iuris communis remedium. Boss. d. tit. de remed. contra Bann. num. 3. & post eum Odd. de restit. in integrum quæst. 91. num. 2. & 4. cum seq per tex. in l. quod si minor. §. restitutio. ff. de minorib. et l. 1. & l. fin. C. de sent. pass vbi DD. passim. Gomes in §. rursus num. 2. in fin. instit. de actio. item Odd. quæst. 92. num. 5.

71 † Propterea minor, & Ecclesia, cum sint priuilegiati, etiam pro modica læsione restituuntur, alias secus. Gallarat. de renunt. tomo 3. renunt. 202. nu. 10. circa fin per tex. in l. si ex causa, vbi DD. ff. de minorib. Menoch. de arbitr. casu 75. nu. 2. Alex. cons. 67. lib. 5. modò tamen de ea constet, & legitimè probetur, Mastrill. decis. 45. num. 2. cum seqq.

72 † Et licet Constitutio nostra in tit. de appell. §. lata sententia, disponant à duabus sententiis conformibus non dari appellationem; attamen non vendicant sibi locum in duobus laudis conformibus, nisi prolata sint in consequentiam compromissi necessarij, Paris. consil. 42. volum. 1. Costa de facti scien. & ignor. cent. 2. distin. 99. num. 3. & 4. Simon de Praet. consil. 81. nu. 30. Bertaz. consil. 19. num. 14. vol. 1. ciuil. Anguil. consil. 34. num. 7. Afin. suo tract. de executione §. secundo, cap. 148. in fin. Propterea

73 † Restitutio in integrum, vbi esset petita post ceptã executionem sententiæ: tunc erit distinguendum, num retardet eam executionem, slz. quod aut agitur de executione iuris, idest de commissione executionis, & eo casu restitutionem operari effectum suspensiuum: aut de executione facti, idest de reali, & actuali executione iam facta, & tunc restitutio petita, non suspendit iudicatum, Mastrill decis. 30. nu. 10. lib. 1. & num. 1. 6. & 8. per Bart. in l. ait, qui. num. 2. & 3. ff. ex quib. causa maior. Bald. in l. consentaneum num. 43. C. quomodo, & quando Iudex. Gabr. suis commun. tit de execut. rei iud. conclus. 1. num. 17. in fin. Rondod. consil. 18. num. 90. vol. 1. Odd. de restitut. in integrum quæst. 43. art. 7. nu. 95. circa med. versic Quia decenarum &c. par. 1. Fulgos. cons 183.

74 † Sic etiam declara circa exequutionem nullitatis, vt supra diximus, admitti posse aduersus tres conformes sententias, quando damnum esset irreparabile, maximè si esset ex deffectu iurisdictionis. Card. in clemen. prima, in 3 quæst. de re iud. & ibi Petr. de Anchar. in 2. notab. Gabr. suis commun. d. tit. de execut. rei ind. num 21. & 23. conclus. 1. lib 2. & in tit. de Statut. conclus. 3. lib. 6. & præterum in minore. D. Mastrill. decis. 45. num. 2. & 9. cum seq. lib. 1.

75 † Restitutio autem aduersus lapsum temporis ad contradicendum cridis emptionalibus, debet intra tantum tempus peti, quantum exiuit illud, quod omissum est, slz. intra tres, vel sex menses, ad for. N. C. Alba cons. 28. num. fin. Gallia consil. 36. num. 34. Bart. in l. 5. C. ex quib. caus. in integrum restitut. sit necess. num. 4. Odd. de restitut. in integrum quæst. 19. art. 4. num. 40. ad finem: si autè læsio esset ex causa impedimenti: tunc debet probari impedimentum fuisse causam immediatam læsionis, Gizzarell decis. Regni Neapol. 9. num. 19. & seq.

76 † Prout etiam in istis cridis emptionalibus admittitur nullitas publicationis, vel sententiæ, licet sit remota appellatio. Plot. in l. si quando, in verbo decretum de bon. ad cridas ponend. vers. Decretum dicens &c. C. vnde vi. Costa de facti sciens & ignor. reg. 15. nu. 10. & consil. suo 6. num. 6. & 7. Alba consil. 70. num. 13. lib. 1. & cons. 278 num. 8. vol. 1. Becc. consil. 12. num. 53. Gallia consilio 30. nu. 15. amplia etiam procedere in cridis Fiscalibus, Boss. tit. de proclamat. nu 13. Roman. cons. 53. nu. 3. Plot. d. l. si quando. nu. 858. C. vnde vi.

77 † Declara etiam in casu pacti gratiæ ad redimendum bona, quem admitti posse etiam post temporis lapsũ, quando adesset paritas, & iniustitia pretij. Bellon. de potestate eorum, quæ incont. lib. 2. cap. 31. num. 2. Surans decis. 34. Tiraquell. de retract. conuent. § 1. glos. 2. nu 55. Idem Bellon. lib. 1. eod. tract. cap. 44. Mantic. de conuent. lib. 4. tit. 31. num. 41. Ideò

78 † Mixtum propriè dicitur, quando non magis in vna, quàm in altera parte præpendit, Afin. sua praxi Iud. cap. 4. par. 1. num. 16. ante princ. Alciat. in l. 2. nu. 29. ff. de verb. oblig. l. in ad tempus, §. fin ff. de vsucap. quod tamen mixtum fit regulariter ex duobus simplicibus simul, vt supra diximus. Menoch de arbitrar. in addit. quæst. 80. nu. 57. ante principium: ea propter nota

79 † Ista rescripta mixta, slz. ad gratias, seu beneficia, & ad lites, habere se vt excedentia, & excessa. Rebuff. sua prax. benefic. in tit. de differ. int. inter rescript. gratiæ, & iust.

& inst. num.fin.circa fin vers.Verum &c. Contard.ad l. vnic limit.2.§.8.num.1.C.si de mom.possess. quod,intelligo procedere secundum subiectam materiam, *Abb. in cap.Capitulum,col.3.de rescript.in littera H.vbi glosa & DD. Bald.in l.prascript. num.26.C.si contra ius &c. Contard.qui supra quast.13.nu.116.& 118. intellige, vt per eosdem loco citato.* Nam

80 † Licet Hermaphroditus dicatur homo mixtus; attamen nō propriè dicitur mixtus homo, cum leges habeant illum pro masculo, vel pro fœmina, secundum quòd magis incalescit, *vt per addentes ad Alex. in l. stipulationum num.7.glos. ibidem in littera E. in fine. ff.de verb.oblig. per tex. in l.queritur.ff.de stat. homin. Mathesil.suis singul.39.num.2. vide Asin d.cap.4.num.10. prima sectione sua praxi iud. Alex.consil.116.nu.9.lib.2. Bald.cons.257.lib.3. & vt supra diximus;* eaque propter, vbi

81 † Litteræ super executione in vno de connexis emanent; tunc extenduntur etiam super accessoriis, cum regulariter rescriptum continens vnum de connexis, contineat etiam aliud. *Leonell.de subreptione rescriptorum. quast.18.art.7.col.2.& 3.per text.in cap.translato, vbi Dec. Felin. & alij de Const. limita tamen, vt per Dec. loco cit.num.2.& 3. Alciat.consil.44.lib.6.nu.9.*

82 † Ideò connexio est duplex, vna dicitur separabilis, & sine altero stare potest, altera vero inseparabilis appellatur, & eo casu isthæc connexio sequitur naturam alterius, cum habeat locum regula in connexis, scilicet idem esse iudicium, *per tex. in d.cap translato, vbi DD. passim.de Constit.& in cap.quanto.de iudic. Leonell de subreptione rescript. d. quast. 18.art.7.col.2. circa med. Felin. Dec.Bald.& alij in locis supra allegatis.* Sic igitur dicimus

83 † Ex casu mixto oriri quandoq; tertia species, participans naturam vtriusque, *Contard.ad l.vnic. limit.2. num.27.& 49.C.si de mom possess. Anchar.consil.70.post princ.Lauell.Gall.in l.2.num.16.ff.de verb.oblig. Tiraquell.de retract. lign.§.40.glos.2.num.3. Menoch.in addit.de arbitr.iud.quast.80.ante num.57.& seq. limita vt per Asin.sua prax.iud.§.31.cap.65.num.3. Signor.de Homod.cons.48.* prout etiam illud

84 † Mixtum dicitur oriri ex pluribus speciebus, & tunc illud est attendendum, in quo magis versatus reperitur, *Iason. in l. Imperium num.3. in fine. & nu.5. ff.de iurisdict.omn.Iud. & cons.suo 74.lib.2.col.2. per text.in l.legatis.§.si vnus. ff. de lega 3.* sic etiam

85 † In mixtis attendi debet pars, quæ magis fauet iuri communi, *Contard.ad d l.vnic limit.2 num.28. par.1. C.si de mom.possess. Anchar.consil.37. vers. venio ad secundum &c. Natta consil.465.num.19.Abb.in cap si super Quasl.omnium.§.si vero. in vlt.notab.de off.deleg.* vbi ponit exemplum &c.

86 † Sic etiam dicimus in istis mixtis, attendi debere id, quod est dignius, & nobilius. *Iason in l.imperium,nu.3. vbi Alex.num.10.ff de iurisdict. omn.Iud. Menoch. in addit.de arbitr.Iudic. d.quast 80.num.57.* puta, quando in eadem persona concurrit duplex dignitas, prout si esset Dux, & Comes, vel Dux, & Marchio; tunc enim attenditur maior dignitas, & sic, quod est dignius, cum ab ea dignitate denominetur, *vt per Iason. qui supra d. l. Imperium, num.3. circa med. vers. secundo principaliter &c. per Innoc.in cap solita de maiorit.& obed., vbi DD. passim.* Ideò

87 † Iurisdictio, quando esset excitata per rescriptum Principis, cum dicatur dupliciter qualificata, efficitur mixta auctoritate delegantis, *Felin. in cap. cum ex officij, nu.32.circa medium, versic. secundus casus &c. de prascript. vbi Abbas. Butr.& alij. per Innocen. in cap. eod.* & tunc si Iudex in causa non vt ordinarius, sed vt delegatus procedat, tamen sententia valeret, licet esset tantum excitata iurisdictio, *vt per Castr. in l. prascript. num fin.C.si contra ius &c.* & sic appellabitur vt a delegato Principis, cum sit etiam dignior, *Iason.in d.l.imperium.num.3.circa medium ff.de iurisdict.omnium Iud.* & tunc, licet iurisdictio ordinaria sit prorogabilis: secus tamen erit in delegata, licet mixta cum ordinaria. *Iason.in l.2.num.6.ff.de verb.oblig.* ratio ea esse potest, quoniā rescriptū ad lites, est stricti iuris, & non se extendit ad personas non nominatas in rescripto, nec ad causas futuras. *P.Gregor.in cap.34.num.5. lib.2. & cap.52. num.4.lib.1.de rescript.per tex.in cap.significante, eodem tit.nostro;* sicut etiam dicitur

88 † Minorem priuilegiatum, non posse vti eius priuilegio contra pariter priuilegiatum, quando ageretur de lucro captando, & alter de damno euitando, *Cephal. cons.7.num.12.Mastrill decis.44.num.5.& 6. & decis. 173 num.44.& 51. Oddus de restitut.in integrum quas. 18.art.5. Trois super ritu Neapol.nu.71. in fine. Perus. decis.54.nu.9.* Ideo in istis

89 † Mixtis causis, vbi simplicia sint inter se contraria; tunc sub simplici, non continetur casus mixtus, ratione contrarietatis, & sic eo casu assumit naturam illius simplicis, quod facit vtrumq, mixtum valere, vt docet *Iason in l.2.num.5 circa finem, vers. vltra scribentes &c. ff.de verb.oblig per tex in l.4.§.& generaliter. ff. de eo, quod cert.loc.* siquidem in alternatiua locorum, est electio creditoris, in alternatiua vero rerum, est electio debitorum: si autem hæc alternatiua sit mixta, scilicet, locorum, & rerum: tunc erit electio creditoris, quia res habebit effectum, *per tex.in cap. super quastionum, §. si vero duo, vbi Abb.Felin.& alij, de off.deleg.* & sic

90 † Licet dispensatio non comprahendat casum mixtum, cum sit stricti iuris, *Surd.decis.268.num.21. Ludouis.Pont.decis.87.num.8.* nihilo tamen minus, vbi agitur de fauore: tunc humanitatis intuitu mixtum continetur sub simplici, etiam in materia stricta, *Alex. in l.si ita scriptum, num.2.& ibi DD ff de liber.& posthum. item Ludouis d.decisio.87.num.17.* Idem erit, si vigeat eadem ratio etiam in pœnalibus, *vt idem Ludouis.trad.decis.240.num.15.* veluti etiam exemplum desumi poterit, quòd si à Principe concessa sit potestas Comiti Palatino legitimandi natos ex adulterio, & ex incestù: tunc poterit legitimare natos ex adulterio, & incestu simul: quia in fauorabilibus sub simplici comprahenditur casus mixtus, *Alex. in d.l.si ita scriptum. num.3.ff.de liber.& posthum.Iason in l.2.num.4.in fine, ff. de verb. obligat.* prout etiam dicitur,

91 †Quòd statutū loquens in casu simplici, licet nō cōprehendat casum mixtū. *Asin.sua praxi iud. cap.4. par 1. n.7.et in §.13.cap.10.n.9.* attamen, vbi considerata eius ratione, & effectù, resoluantur in simplices, tunc enim comprahenditur sub simplicibus etiam non obstante, quòd statuta intelligantur ad literam, *Alba cons.20. num.4.lib.1. per Alciat in l.2.ff.de verb oblig. colum 2. vbi Alex.Iason, & DD.*: prout etiam quando viget eadē ratio, tunc casus omnibus comprahēditur tamquam species sub genere, *Dec.consil.227. col.3. in fine, Alba d. consil.20. num.6.* cum etiam in statutis casus comprahenditur, licet clarè non specificatus, *Aretin. consil.108.Ludouis decis.240.nu.15.& decis.87.nu.17. & sic declaratur statut. Mediolani cap.342. volum.2.* Quinimo

92 † In istis mixtis, attenditur potius causa prohibens, quàm permittens. *Alba d consil.20.nu.8.et 9.per Bart. in l.Tutor ff.de suspect.tutor.* & ex duobus, quorum vnum possit prodesse, & aliud obesse, tunc debet inspici illud, quod posset obesse, *per tex. in l.4 §.fin. vbi glos. ff ad Syllan.* quando autem causa, quæ prodesset potentior existeret, ità quòd offuscaret illam, quę noceret: eo casu inspici deberet id, quod prodest, *Decius consil. 352.num.6. Iason consil.74 col.2. lib.3. per Alex.consil. 100.lib.3.*

93 † Ea propter, quando rescriptum ad lites fuisset subreptum contra ius commune, absque clausula derogatoria,

toria; tunc licet effici dicatur mixtum: attamen inspici debet illud, quod est iuri communi conforme: nam isto casu concurrit validitas rescripti, cum illud reducatur ad ius commune, *Paris.in addit.ad Bart. in l. si quis in gram, §.eleganter, ff. ad Syllan.col.3.vers.limita istā &c. Ruin.consil.125.num.5.lib.5. Mandos.in rubr.de rescr. num.18. Mastrill.decis.228.num.4.& seq.* : nam alias tale rescriptum cōtra ius emanatū, seruandum nō esset, *Socin.Iun.cons.126.num.15.vol.3. Bertazol.consil.478. nu.21.volum.2.* Iubet enim Imperator, rescripta contra ius elicita, ab omnibus Iudicibus refutari debere, *vt in l.rescripta. C.de precib. imper.offerend.* verum aliquando

94 † Ratione mixturæ, & connexionis, licet vna causa esset inappellabilis, quò ad vnum caput; attamen vbi capita essent connexa; tunc ratione istius connexionis daretur appellatio ab omnibus capitibus, *Contard.ad l.vnic.limit.1.num.31. Pacian. de probat. lib.1. cap.16. Rota diuers.323.nu.1.par.1. Scaccia de appell. quæst.17. limit.6.membro 9. num.84. Gratia decisio.101.num.2. & 8.* & ideò, licet virtute statuti Mediolani cap.379. volum.2.in fine, vers.& si oriatur controuersia &c. remota sit appellatio; tamen ratione mixturæ, & cōplicationis, esset ēt remota appellatio quò ad vtrumque, licet tantum ab vno capite esset appellandum, *Apostillator ad dictum statutum 379.num.462.vol.2. Contard. d.l.vnica, limit.1.num.31. Ludouis.decis.251.num.10. Card Seraphin.decis.603.nu.1.* puta si esset controuersia super quantitate ficti, & fuisset lata sententia etiam super denuncia finitæ locationis in dicta causa connexa [prout sæpè accidit]. tunc quia hæc recipiunt diuisionem, & ideò nil prohiberet, quominus ab vno capitulo detur appellatio, ab alio non, *Crescent.decisione 120. de probatio. Contard.d.limit.1.nu.31. Ant. Aagnis.decis. 343. Decian. consil.45. lib.1.* nam ex causa finitæ locationis, adest fere aliud, *statutum 398. vol.2.* cum etiam non sit facienda extensio de vno statuto ad aliud, licet recipere possit declarationem ab alio statuto; *Mastril. decis.281.num.12. Lanar.consil.61.nu.6. Laderch.cons. 37.num.10. Bott.consil.75. nu.4. & sic declaratur d.stat. 379.vol.2.*

95 † Sicuti etiam dicimus, rescriptum ad lites, ratione connexionis extendi etiam ad alios litis consortes, vbi in precibus de eis mentio facta sit, & licet in rescripto de eis mentio non fiat, *Crauet.consil.45.num.2.lib.1. P. Grego.in cap.52.nu 4.circa med.lib.1.de rescript. Iason. in l.1.vbi Salycet. Fulgos.& alij. C.de diuers. rescriptis. Io.Franc.de Pont.suo tract.de potest. Proregis. §.2. in tit. de Regal.imposit.nu.32. Marsil.consil.84.nu.27.in cons. crimin.alias secus. Paris.consil.66. lib.1. Beroius consilio 113.num.4. lib.3.*

96 † Dependens autem dicitur præparatorium, quod fit ad probandum super præparato, cum etiam præparatorium dicatur de dependentibus, & connexis ipsius præparati, *Alex.consil.58.num.7.lib.1. per tex.in l.ordinarij, & in l.eos.C.de rei vendic.* prout etiam dependens dicitur, quando causa præcessit factum, quia tamquam causa, seu præparatorium, dicitur ad committēdum factum, *Mastrill.decis.286 num.21.22. & 51. per Abb.in cap.1.num.17.de exceptio. vbi Butr. num.12. & Alex.de Neuo num.27.* Connexum verò, illud propriè dicitur, quod separationem non recipit, & tunc ratione connexionis pro vno reputatur, *Menoch.de arbitr. Iud. casu 95.num.5.8.9.& 11.Boer.decis.243.num.5.et decis. 73.num.6. Lancellot.de attent.appell penden. limit.2.nu. 28.* nam connexorum idem est iudicium, *Mastrill.decisio.286.num.34.& 45.lib.3. Caacer. lib.3. variarum, cap.13.num.38.* prout etiam connexum dicitur, quando vnum est consequens alterius. puta, fateor me per apocham esse confessum, à te accepisse centum, sed illud asseueraui dixisse sub spe futuræ numerationis, hoc enim casu dicitur connexum, quoniam vnum venit ad determinationem alterius, *Menoch.d.casu 95.num.16. Boer.d.decis.243.num.5.* sicuti etiam, quando est prohibita appellatio super principali: tunc censetur etiam prohibita ab accessoriis, *Boss.in tit.de appellat.num.10. Crau consil.232.nu.2.& consil.275.num.5.* pone exemplum; In anima intellectiua, quæ adeo connexa dicitur corpori, itaut ab eo diuidi non possit, eodem indiuiduo remanente, *Crau.d.consil.232.num.2. circa finē. Angel.consil.326.colum.3.in 4.dub.* nam alias, quando vnum potest esse sine altero: tunc non dicitur connexitas, quia idem non constituitur ius in vtroque, *Baldus consil.334.in fine, Mastrill.decis.286. num.44. & seqq. Crau.d.cons.232.*

97 † Separatum verò dicitur, etiamsi incontinenti fiat eademq; scriptura complectetur; sicut dicitur de sententia de rebus diuersis prolata, & quæ separationem recipit. *Menoch.de arbitr. casu 95.num.19.in fine, cent. 1.per tex.in l.cum actum, vbi scribentes, §. planè. ff. de neg.gestis, & Bart.in l.3.§.filius, num.3. ff.de liber. & posthum. Felin.in cap cum inter.num.7.de re Iud.* ea propter connexum dici non potest id, quod sine altero esse potest. *Menoch.d.casu 95.num.25. Dec.consil.33.nu.4.* prout etiam si appelletur ab expensis, in quibus ratione contumaciæ quis fuit condemnatus: tunc enim nihil obstat, quominus in causa principali procedatur, *Abb.in cap super eo 1.vbi Butr.de appellat. Dec.d.consil. 33.num.4.* cum dicantur diuersæ, & separatæ, vt ibi per eum &c. & sic declaratur statutum Mediolani 379. volum.2.

98 † Qua de re, statuta loquentia in vno casu, non se extendunt ad aliud statutum diuersum, cum sit quid separabile. *Mastrill.decis.286.nu.26.& 27.lib.3. Patian. de probat.cap.26.num.95.tomo 1. Cioff. cons.45.num.14. lib.2. Bott.consil.75.num.4. Laderch. consil.37.num.10. Lanar.consil.61.num.6. Mastrill.decisio.281.num.22. Auendagn.respon.30.num.6.* nam adhoc, vt propter simultaneam originem species diuersæ in vnam naturam annectantur, requiritur concursus eiusdem originis in primeua causa efficienti, *Felin in cap.translato. num.6.de Constit. Mastrill.d.decis.286.num.23.* prout etiam connexio duplex in iure reperitur, alia enim dicitur separabilis, inseparabilis altera, *Leonell. de subreptione rescriptorum quæst.18.art.7. col.2.*

99 † Propterea illud verbum, vel alia occasione &c. in statuto Mediolani cap.379. vol. 2. appositum, circa fin. comprehendit annexa, & dependentia à prima causa præparatiua, & antecedentia ipsam causam, secus verò si extra causam, *Barbat.consil. vlt.in 6.dubit.lib.2.& in lib.17. commun. in verbo statutum &c. Apostillator ad statutum Mediolani 379.num.448.& 460. vol.2. & in cap.416.num.195.& seq.volum.1. Aretin. consil.29.nu. 14.& 15.* Quinimo hoc verbum, vel alia occasione, comprehendit etiam causam remotissimam. *Socinus Sen.consil.156.nu.21 lib.1. Apostillator d.nu.195.* Ideò in materia connexionis, erit etiam arguendum ad rescripta

100 † Siquidem, vt vbi duo, vel plura rescripta connexa repetiantur; itàvt separari nequeant; tunc vnum tēdere dicitur ad perfectionem alterius, *Valpina.in l.cum actam, §.planè si quid connexum. ff. de nego. gestis. & l. etiam, §.1. vbi DD ff de minorib. Bart. in l. Aurelius, §. idem quæsiit in fine. ff. de liber.lega. Menoch.de arbitr.d. casu 95.num.15.& 19.cent.1.* secùs verò si vnum non veniret ad alterius determinationem, cum eo casu rescripta separata, & capitula dici possent. *Bart. d.§.idē quæsiit, in fine. Felin in cap.cum inter num.7. de re Iud. Menoch. qui supra num.19. & 22.* cum etiam separationem recipi queant, *Leonell.de subreptione rescriptor. d.quæst.18.ar.7.col.2.* Ideò rescriptum continens vnum de connexis, continet etiam aliud, *Leonell. qui supra.d. art.7.col.2.* & hoc in inseparabilibus, & eiusdem naturæ. *Rugin.de appell.glos.8.§.6.num.31. Leonell.loco cit.*

Verall.

Verall. decisio. 191. par. 2. num. 6. Garcias de explicat. priuilegiorum num. 1139. Benedict. Capra conclusione 50. num. 3. & 4. suis com. par. 1.

101 † Obseruа pariter, vt vbi in istis rescriptis aliqua connexa capitula adessent, in quibus esset aliquid liquidandum iuramento in litem, erit prius animaduertendum huiusmodi iuramẽti in litem tres esse species, prima dicitur, quando iuratur interesse singulare, & extra rem, secunda, quando iuratur ex affectione, tertia verò dicitur, quando iuratur ex veritate, *Plot. in l. si quando, num. 870. C. vnde vi, Iason. Castrens. & alij in rubr. de in litem iurando, Menoch. de arbitrar. casu 207. num. 2. centur. 3.* Primum iuramentum dicitur ob contumaciam non soluentis, hoc est pro damnis, *Iason in d. rub. nu. 4. Alexand. cons. 58. num. 5. lib. 1.* Iuramentum affectionis, debet præstari in rebus, in quibus cadit singularis affectio, & interesse, *Alexand. d. num. 5. Menoch. d. num. 3. Plot. qui supra num. 505 & 193.* In iuramento verò veritatis, debet probari vera, & communis existimatio, *Alex. Menoch. & alij locis citatis.* Quod tamen iuramentum habet locum, duobus concurrentibus, dolo, scilicet, & probationis difficultate, *per tex. in l. in actionibus, vbi Fulgos. Salycet. & alij. in fine, & in l. cum furti. ff. de in litem iurando, & in d. l. si quando, vbi Plot. & alij, C. vnde vi,* verũ nota, vt vbi constet de damnis passis. præcedere tunc debet taxatio Iudicis, & deinde iuxta illam actor iurare debet, nam alias quoddam periurium detegeretur, vt docet *Menoch. de arbitrar. Iud. casu 208. num. 5. vbi addit ità in praxi seruari, Ias. in d. l. si quando. num. 20. & 21. C. vnde vi, & ità etiam obseruari debet statutum Mediolani cap. 51. volum. 1. per Menoch. loco cit. num. 7. & 8. Apostillator ad Mediolani statutum cap. 8. num. 306. volum. 1. Bart. in l. in actionib. num. 24. ff. de in litem iurando.*

De rescriptorum priuilegiis.

PRÆLVDIVM XXVI.

DIVISIO PRIMA.

COMPENDIVM.

1 *Priuilegium primum rescripti erit, quòd per præsentationem perpetuetur actio, vsque ad quadraginta annos, intellige, vt hic in fine, & nu. 56.*

2 *Secundum priuilegium est, quod à rescripti concessione, non appellatur: secus verò ab illius executione, limita, vt num. 57.*

3 *Amplia idem esse, vt nec à commissione, & mero rescripto executorio appellari possit.*

4 *Tertium priuilegium est, quod rescripta Principis, vel Senatus, habent vim legis inter quos conceduntur, sicut lex debet esse communis inter omnes.*

5 *Quartum priuilegium est, quod rescriptum præsentatum efficitur commune, & quomodo, vt hic.*

6 *Quintum priuilegium est, quod aliquando licet ex rescripto, quod alias non liceret, vbi exempla adducũtur, intellige, vt hic in fine.*

7 *Sextum priuilegium est, rescripta habere vim libelli in summariis causis.*

8 *Septimum priuilegium est, quod omnes virtutes legum, possunt attribui rescriptis Principis.*

9 *Octauum priuilegium est, vt rescripta Principum, pro lege possint allegari, & quando. & nu. 43.*

10 *Nonum est, quòd rescripta ad lites, licet subreptitia, attamen tribuunt iurisdictionem, & quomodo.*

11 *Decimum est, rescripta Principum, & Senatus, Statutis Ciuitatis æquiparari, intellige, vt nu. 45.*

12 *Vndecimum priuilegium est, vt rescripta idem operẽtur sicut decretum inferioris, & quando.*

13 *Duodecimum priuilegium est, hæc rescripta Principum in alienandis rebus minorum, habere vim decreti Iudicis inferioris.*

14 *Decimumtertium priuilegium est, vt dispensationes recto emanata habeant vim sententiæ diffinitiuæ.*

15 *Decimumquartum est, vt per rescripti impetrationem interrumpatur præscriptio, & quomodo.*

16 *Decimum quintum priuilegium est, quòd per rescriptum potest confirmari, id, quod alias est inualidum.*

17 *Decimumsextum priuilegium est, vt ex Principis rescripto detur actio, intellige vt hic.*

18 *Decimumseptimum priuilegium erit, vt rescriptum Prætoris, vel alio Iudici emanatum, transeat ad successorem.*

19 *Decimumoctauum, illud esse potest, quod per rescriptum causa euocari poterit, ad supremum tribunal, vel ad ipsum Principem, vel Senatum, & quando.*

20 *Decimumnonum priuilegium erit, quia per huiusmodi rescripta, aliqua relaxari possunt, quæ de iuris rigore non possent.*

21 *Vigesimum illud esse potest, quòd per rescriptum de illicito, fieri possit licitum, & permissum.*

22 *Vigesimumprimum priuilegium est, vt per illud, dignitatem quis retinere possit, licet alias amitteret.*

23 *Vigesimumsecundum etiam esse poterit, vt quis restitui possit, etiamsi lex inhibeat restitutionem.*

24 *Vigesimumtertiũ illud esse poterit, vt rescripti priuilegia. actori concessa, censeantur etiam reo conuento communicata.*

25 *Vigesimumquartum priuilegium est, vt per rescriptum tolli possit appellatio, & quando, & quid soleat Senatus noster &c.*

26 *Vigesimumquintum, idem erit, vt tolli possit præscriptio.*

27 *Vigesimumsextum priuilegium est, quòd per rescriptum appellatio admitti possit, licet legitimè non fuerit interposita.*

28 *Vigesimumseptimum aliud esse poterit, vt per Principis rescriptum dominium acquisitum ex sententia tolli possit, & quando.*

29 *Vigesimumoctauum illud erit, vt idem operetur rescriptum, sicut sententia absolutoria Iudicis inferioris.*

30 *Vigesimumnonum priuilegium est, quòd per illius concessionem supplicans habilis ad agendum censeatur.*

31 *Trigesimum priuilegium est, vt rescriptum rem litigiosam faciat, & quando.*

32 *Trigesimumprimum erit priuilegium, vt quilibet pro alio legitimè rescriptum impetrari poterit absque mandato.*

33 *Trigesimumsecundum priuilegium oritur ex eo, quòd in rescripti impetratione non est pars citanda.*

34 *Amplia idem esse in dispensatione.*

35 *Trigesimumtertium priuilegium erit, quòd vbi rescriptum mandet procedi appellatione remota, tunc etiam procedi debet, tam respectu rei, quàm actoris, & idem dicitur in causis cridarum, ex decreto Senatus nostri.*

36 *Trigesimumquartum aliud erit priuilegium, vt à Decretis, & rescriptis Senatus nostri, appellari non possit, limita vt hic.*

37 *Trigesimumquintum illud etiam esse potest, quòd per rescriptum remoueri potest appellatio ab interlocutoria interposita.*

38 *Trigesimumsextum erit priuilegium, quòd à sententia in vim delegationis Senatus lata, appellari non poterit, & quando?*

39 *Trigesimumseptimum priuilegium est, quòd rescriptum vni concessum, trahitur etiam ad alios litis consortes. ratione communionis, & quid in alijs, vide hic in fine.*

40 Tri-

40 *Trigesimumoctauum priuilegium oritur ex eo, quoniam quis per rescriptum restitui potest à Principe, aduersus lapsum eremodiry, & quomodo.*

41 *Trigesimumnonum priuilegium est, quia per litteras Senatus, insufflatur spiritus vita, instantia iam perempta in iudicio, quod alias sine litteris Iudex non posset.*

42 *Quadragesimum priuilegium oritur ex eo, quia per rescriptum super actione reali à prædecessore impetratum poterit eius successor ex eo conueniri, & quando.*

43 *Quadrag. primum priuilegium est, quoniam rescripta Principum dicuntur leges singulares, & quomodo.*

44 *Quadrag. secundum priuilegium est, quia rescripta habent vim interpretandi, cum etiam rescriptum vnius Principis recipiat interpretationem à rescripto alterius Principis.*

45 *Quadrag. tertium priuilegium est, quia rescripta Principum dicuntur ius commune Ciuitatis, & quando.*

46 *Quadrag. quartum priuilegium existit, quia factum per rescriptum Principis, dicitur factum legis, & partis, & quomodo.*

47 *Quadrag. quintum priuilegium est, quia rescripta Principum, quando sunt publicata omnes afficiunt, & quæcunq; obligant, sicut qualibet lex, & quando.*

48 *Quadrag. sextum priuilegium est, quoniam rescriptum Principis, facit ius non solum inter partes, sed etiam inter personas de dominio subditas, & quomodo.*

49 *Quadrag. septimum priuilegium erit, quia rescriptum extenditur ad successorem vniuersalem, etiamsi re integra moriatur &c. & quomodo.*

50 *Quadrag. octauum priuilegium est, quia per rescriptum iurisdictio Iudicis excitatur ad iustitiam administrandam, cum lex viua dicatur.*

51 *Quadragesimumnonum priuilegium est, quia per litteras Principis obtinetur, vt illud sustineri possit, quod alias patiebatur defectum.*

PRÆLVDIVM XXVI.

QVoniam in impetratione rescriptorum, multa priuilegia [secundum eorum speciem] emanant: propterea necesse est, vt & de eis nonnulla differamus:

1 † Primum igitur erit priuilegium rescriptorum, quod scz. per ipsius rescripti præsentationem perpetuetur actio, vsque ad quadraginta annos. *Io. Ferrar. in tit. de appellat num. 286. Leonell. de subrept. rescriptorum, quæst. 6. art. 2. colum. 2. Gabr. suis commun. in tit. de citat. conclus. 2.* præscribitur .n. rescriptum regulariter spatio triginta annorum, *Bursat. cons. 291. num. 52. lib. 3. Card. Hostien. in summa de rescript. §. quod cui præiudicet. vers. vbi autem &c. num. 15. col. 6. P. Greg. cap. 55. nu. 3. in fin. de rescript. lib. 1.* quod intelligo procedere, quando citata parte fuit in actis præsentatum, *Gomes in cap. 1. nu. 21. de rescript. Specul. in tit. de compet. Iud. adit. §. viso eius &c. vers. si vero &c. Verall. decis. 124 par. 2. num. 1. Gratian discept. forens cap. 156. num. 11. par. 1. P. Greg. cap. 2. nu. 27. de rescript. lib. 1. Bald. in l. 1. C. vt lite pend. & in l. 1. C. quando libell. Princip. datur, vbi Castrens., Fulgo. & alij, Gabr. d. concl. 2. n. 2. vbi de magis communi attestatur*, cum sola rescripti impetratio, non sit actus Iudicialis, *Gomes in d. cap. 1. num. 27. de rescript. Rota Romana decis. 175. in nouis. idem Gomes in cap dispendia num. 23. de rescript.* de subreptione etiam poterit opponi, vsque ad quadraginta annos, quando rescriptum esset gratiosè emanatum, *Mariscott. var. resolut. cap. 99. num. 4. per Anchar. in cap. ad audient. 2. de rescript.; vbi Butr. & alij.*

2 † Secundum autem priuilegium oritur ex eo, quoniam à rescripti concessione non appellatur: secus vero ab illius executione, *P. Greg in cap. 51. num. 4. de rescript. lib. 1. per tex. vbi glos. & DD. in l. 1. §. quæsitum. ff. de appel. vbi idem P. Greg. not. Rebuff. super Const. Regni Galliæ. tom. 2. in præfat de rescript. num. 173. in fine*, vbi inquit, ☞ ità fuisse in illo supremo Senatù iudicatum ann. 1526. die 18. Iunij.

3 † Amplia idem esse dicendum, vt nec à commissione, & mero rescripto executorio à quo non appellatur, *Rebuff. super Const. Regni Galliæ tom. 1. in tit. de sentent. executor. art. 7. glos. 12. num. 17. Anan. consil. 26. in causa &c. col. 1. Specul. in tit. de appell. § in quibus &c. vers. quinto sequitur*, fallit si executor modum excesserit, *Bald. in cap. licet. circa fin. de off. ordin. Felin. in cap. quo ad consultationem, num. 20. in fine de re Iud. Bald. consil. 428. vol. 1.* nulla enim est causa in mundo, in qua non possit appellari ab excessù modi, *vt per Rebuff. in glosa 12. art. 7. nu. 12. de sent. executoria.*

4 † Tertium priuilegium est, quòd rescripta Principis, vel Senatus, habent vim legis inter quos conceduntur, sicut lex debet esse communis inter omnes, *Dec. in rubr. de rescript. colum. 1.* ità debet esse commune inter partes, *cap. erit autem lex, dist. 4.* vt in specie tradit *Conrad. Laudens. suo templo omn. Iud. §. 4. in tit. de Imperat. lib. 1. versic. rescripta concedit &c. num. 5. per tex. in cap. 2. & cap. cum dilecta, vbi glos. & DD. de rescript. Felin. in rubr. huius tit. nostri, circa principium. Dec. & alij, Bald. in l. 1. vbi Salycet. C. de legibus.*

5 † Quartum priuilegium est, quod rescriptum postquã est præsentatum, efficitur commune aduersario, *vt per Gozad. consil. 101. num. 14. Bald in l. petende. C. de temp. in integr. rest. colum. 2. versic est simile &c. Specul. in tit. de rescript. præsentat. §. 1. versic. 1. Verall. decisio. 13. par. 2. num. 5.* In tantum, vt non possit illi renuntiare, vt de communi attestatur *Conrad. Laudens. suo templo omn. Iud. §. 4. lib. 1. tit. de Imperatore vers. 6. rescripta concedit &c. num. 7. per Felin. in rubr. de rescript. nu. 2. Gallarat. suo tractatu de renunt. tomo 2. renunt. 5. nu. 8. Marches. de commiss. in particulari, num. 8. cap. 3.*

6 † Quintum priuilegium est, quia licere dicitur ex rescripto, quod alias non liceret, *Damat. in reg. diuers. reg. 18. num. 1. per tex. in l. nonnumquam, ff. de adopt. vbi glos. & DD. & l. solet, ff. de his, qui not. infam.* cum ex rescripto liceat nubere intra aliquod tempus, licet alias sine litteris non liceret, *Rebuff ad Const. Galliæ. tomo 2. in præfat. de rescript. num 147. in fine, & 148. & seqq.* & liceat nubere quibuscumque, ac si Scenicę filia non esset, *l. Imperia. §. his illud. C. de rescript.* quod tamen non seruatur, cum libera sint matrimonia, etiam vilibus personis, prout etiam in Regno Galliç seruari, trad. idem *Rebuff. loco cit. nu. 149 in fine.*

7 † Sextum priuilegium oritur ex eo, quoniam rescripta in summariis caussis habent vim libelli, *Conrad. Laud. suo templo omn. Iud. §. 4. in tit. de Imperat. vers. rescripta concedit &c. num. 8. Vant. de nullit. in tit. de nullitate ex defectu ordin. Iudic. nu. 20. Butr in cap. 2. de rescr. Ossasc. decis. 1. nu. 4. Bald. & Iason. in l. 1. C. quando libell. Princip. dat. Alex consil. 201. lib. 2. Dec consil. 483. col. 2. Spec. in tit. de libell. conceptio.*

8 † Septimum priuilegium oritur, quia omnes virtutes legum, possunt attribui rescriptis Principis, vel Senatus. *Rebuff. super Const. Regn. tomo 2. in præfat. nu. 156. de rescript. Bald. in l. 1. ff de natalib. rest. & l. qui in Prouincia, §. Diuus, ff. rit nupt.*

9 † Octauum erit priuilegium, quoniam rescripta Principum pro lege, possunt allegari, & secundum eorum exemplum potest iudicari, *Felinus. in rubrica de rescript. num 3. vbi glos. & DD. Conrad. Laudens. d. suo templo omn. Iud. tit. de præstantia Imperat. §. 4. vers. rescripta concedit contra ius num. 6.* quod intellige procedere, si animo condendi legem fuerint emanata, *Dec. in l. Ciuitas num. 6. vbi Alex. num. 20. ff. si cert. pet. Ripa in rubr. de rescript. num. 6. Garcias de explicat. priuilegiorum*

legiorum quaest. 342. num. 798 Camill. Borell. in summis decis. titulo 23. num. 58. & 137. vel si huiusmodi rescripta fuerint in corpore iuris redacta, vel in volumine decretorum; Felin. in cap. in causis. num. 3. de re Iudic. Boss. in titulo de Principe, & priuileg. eius. num. 85. Pet. Gregor. in cap. 2. lib. 1. de rescript. num. 1. & seq. & latius diximus supra in praelud. 4. per totum &c.

10 † Nonum priuilegium est, quod licet rescripta ad lites sint subreptitia; attamen tribuunt iurisdictionem, vbi non opponatur de subreptione, Put. decis. 240. num. 9. lib. 2. Bald. in l. praescriptione, vbi Castrens., Salycet. & alij. C. si contra ius, Castrens. consilio 430. num. 4. in fine, par. prima. Vant. de nullitate in titulo qualiter sent. & process. repar. poss. num. 58. cum sequen. Ripa in capitulo 2. de rescript. numero 27. vbi Butr. & alij. Achil. de Grassis. decis. 28. num. primo, de rescriptis, & est communis * opinio, vt per Capram suis communib. par. 1. conclus. 41. Afflict. decis. 378. in fin. Cardin. Seraphin. decis. 513. nu. 7.

11 † Decimum est priuilegium, quia rescriptum Principis, & Senatus, statutis Ciuitatis aequiparantur, Innocent. in cap. quae in Ecclesiarum, vbi glos. & DD. de Constit. Bald. in l. 1. in secundo notab. C. de legib. Brunus super Statut. & Constitut. parte 3. in verbo Rescriptum. quod intellige procedere, quando constaret de mente Principis, huiusmodi rescripta, slz. statutis, & legibus aequiparari debere, Alex. cons. 123. lib. 4. nu. 1. & sic potestas, & voluntas sequuntur, per text. in l. 1. vbi DD. passim. ff. de Constit. Barbat. cons. 27. num. 14 in 2. par. per hoc enim verbum, voluit fit lex, alias non, l. voluit, ff. de interrogat. actio. Rebuff. super Constit. Regni tomo 2. in tit. de rescript. in art. 3. glos. 1. per totam, Boss. de Princip. num. 85.

12 † Vndecimum erit etiam priuilegium, quia rescriptũ Principis idem operatur, sicut decretum inferioris, vt per Bald. in l. 2. col. 1. C. quando decreto opus non est. Conrad. Laudens. suo templo omn. Iud. § 4. de praestant. Imperatoris, vers. ius positiuum tolli. nu. 19. Redoan. de rebus Eccles. non alien. in verb. Rescriptum.

13 † Duodecimum priuilegium est, quia haec rescripta Principum in alienandis rebus minorum habent vim decreti inferioris, P. Greg. in Syntagmat. iuris vniu. par. 2. lib. 12. cap. 3. numero 9. Costa cons. 6. & cons. 75. num. 23 in fine. Dec. in rubr. de mandat. Principum. Bald. in l. eleganter. col. 1. ff. de pign. actio. veluti si habilitasset minorem ad cõtractus, & ad administrandum eius bona, P. Greg. in cap. 62. nu. 6. lib. 1. de rescript. per tex. in l. quidam consulebant 57. de re iudic. & l. 3. ff. de minoribus 25 ann. & quam dispensationem solet Senatus concedere sumptis prius informationibus de sagacitate ipsius minoris, & ex causa, cum aetas haec multis captionibus, & illecebris sit exposita, per tex. in l. 1. ff. de minor. 25. ann. sicque in formula veniae aetatis principio prudẽtissimè, & sapienter scribitur. Gloriosa supplicatio est, quae veniam quaerit aetatis, quando se grauitatem de moribus profitetur accipere, quam maturitatem vita adhuc non contigit intulisse. Verùm Caesares, hanc veniam temperarunt, vt slz. in alienandis rusticis, vel vrbanis praediis Constitutionum seruetur auctoritas, per tex. in l. penult. & fin. C. de his, qui ven. aetat. impetr. vide formulam à Cassiodoro traditam in lib. 7. cap. 41. & relat. per P. Greg. d. cap. 22. lib. 1. num. 7. de rescript. & diximus etiam supra in praeludio 7. suo proprio titulo.

14 † Decimumtertium priuilegium erit, quia dispensationes à Senatu nostro emanatae cum causae cognitione, habent vim sententiae diffinitiuae. Costa consilio 75. nu. 13. in fine, parte prima, vltra quod habent vim legis, saltem inter easdem personas, Felin. in cap. in causis. num. 3. cum sequent. de re iudic. Plot. ad l. si quando. num. 156. C. vnde vi. Rebuff. ad Constitut. Regni. tomo 2. in praefat. huius tituli nu. 152. cum seq.

15 † Decimumquartum est priuilegium, quia per rescripti impetrationem interrumpitur praescriptio in actionibus annalibus, & praetoriis, per tex. in l. 1. vbi Fulgo. Castrens. Salicet. & alij. C. quando libelli Princip. dat.; vbi glosa, & alij notant. P. Ferrar. in sua prax. in titulo de forma opp. contr. Instrum. in glos. Contrarius. in addit. columna tertia, Balbus de praescriptio. tert. part. sext. & vltim. princip. quaest. 4. numero 24. & sequen. Roland. a Vall. consilio 94. numero 26. & seq. lib. 1. per text. in l. nam, & postea. §. si is qui. ff. de Iureiurando.

16 † Decimumquintum est priuilegium, quia per rescriptum potest confirmari id, quod alias est inualidum, Alex. cons. 153. nu. 15. lib. 2. per glos. in cap. Quanto. de translat. Episcopi. vers. huius hominis &c. & per Rebuff. super Constit. Regni tom. 2. in praefatione de rescript. nu. 141. per tex. in l. semper in fine. ff. de iur. immunit. & in rubr. de confirm. vtil. vel inutil. l. adoptio. non iure facta. ff. de adoptio.

17 † Decimumsextum est priuilegium, quia ex Principis rescripto datur actio, l. eleganter. in princip. ff. de pig. act. Bald. in rubr. de rescrip. num. 20 vbi Barbat. not. in glos. ibi in Apostillat. quod, eo temperamento intelligendum est, quando rescriptum eo tendit, & ad concedendum ius, secus in aliis rescriptis, quae cognitionem tantum Iudicibus concedunt. & nullum ius parti tribuunt, Rebuff. in dicta praefatione de rescriptis, num. 154. tomo 2.

18 † Decimumseptimum est priuilegium, quia rescriptum Praetori, vel alio Iudici emanatum, transit ad successorem, per tex. in cap. quoniam Abbas. vbi Felin. Dec. Barbosa, & alij. de off. delegati, Oldradus consil. 334. vltimo. colum. penult. Seraphin decisio. 1058. num. 3. Benedict. Capr. suis communib. par. prima, conclus. 37. num. 26. & 33. vbi attestatur de communi omnium Scribentium, * & de hoc latius alibi (Deo fauente) dicemus.

19 † Decimumoctauum erit priuilegium, quia per rescriptum potest causa euocari ad supremum Tribunal, vel ad ipsum Principem, vel eius Senatum, maximè cum clausula motù proprio, Conrad. Laudens. suo templo omn. Iud. §. quarto, lib. 1. tit. de Imperatore, versiculo ius positiuum tolli, num. 8. per tex. in l. non aliter. C. de Palatin. lib. 12. Philipp. Franc. in cap. vt nostrum, nu. 4. & 10. de appellat. in 6. adhaec enim, inquit Dec. quòd, vbi causa ad Curiam Principis euocetur, numquam exit: nisi Princeps eam remittat, vt per eundem Dec. in cap. cum accessissent. col. 7. de Constitut. Guid. Pap. suo tract. de rescriptis, num. trigesimooctauo. Corn. consil. 93. numero 6. volum. 2. Iason consil. 144. columna prima, & 2. lib. 2.

20 † Decimumnonum oritur priuilegium ex eo, quia per huiusmodi rescripta aliqua possunt relaxari, quae de iuris rigore non possent, per tex. in l. cum hic status, in principio, ff. de donat. int. vir. & vxor. Rebuff. ad Reg. Constitut. Gallia. tomo 2. in praefatione huius nostri tituli, num. 139. prout fit in litteris naturalitatis, quae rigorem legis mitigant, prout latius tradit idem Rebuff. in titulo. de litteris naturalitatis, vbi videre poteris &c.

21 † Vigesimum erit priuilegium, quia per rescriptum fit licitum, quòd alias erat illicitum, per tex. in l. solet, ff. de his, qui not. infam. prout etiam foeminae ex rescripto Principis adoptare possunt, licet de iure sit illicitum, §. foemina instit. de adoptio. & l. nam & foemina. & l. nonnumquam. ff. illo titulo, Rebuff. qui supra in d. praefat. n. 147. de rescripi. Mandos. de signat. grat. tit. adopt.

22 † Vigesimumprimum est priuilegium, quoniam ex huiusmodi rescriptis dignitatem quis retinere queat, licet alias per aliquod exercitium, vel aliter, illam amitterent, per tex. in l. fin. ff. de Senatoribus, vbi glos. Angelus, Baldus, Salycetus, & alij. Vnde Vidua alias, quae Senatoris vxor extiterat, impatrare poterit, vt inferiori nubere valeat, nec propte-

propterea nobilitatem pristinam ammittat, veluti etiam de muliere alias in dignitate constituta, per text. in d.l.fin, & l.Imperiali, §.his illud, C. de nupt. Rebuff. qui supra num.148.

23 † Vigesimum secundum oritur priuilegium, quia per litteras Principis, quis restitui potest, etiamsi lex prohibeat restitutionem, vt in l.prouidendum. § si quis vero C. de postulando, & l.fin. C.si contra ius, vbi Bald. Bart. & alij, quia Princeps non potest sibi imponere legem à qua non liceat recedere, l. Princeps, & l.digna vox. C. de legibus, & l.leges sacratissimę. C.eodem Rebuff super Constitutione Regni tom.2.in tit. de restitut. in præfatio, nu.6. & 7.

24 † Vigesimum tertium potest esse priuilegium, nam per huiusmodi litteras, quæ in dies à Senatu impetrantur per supplicantem, eo ipso, quod sunt eidem concessæ, censentur etiam reo communicatæ, vt per Contard.in l.vnica. limit.17.C.si de moment.possess.nu 5.per tex.in cap.2.vbi glos.& DD.de mutat.petitio.l.1.ff.quod quisq. Iuris. Aloys.de Opt. inter consil.Siluan consil.31. num.15. siquidem enim rescriptum, vbi denegaret appellationem contra reum, id esset intelligendum etiam respectu impetrantis, Felin.in rubr.de rescriptis num.2. licet rescripta sint stricti iuris, quia non debet alteri parti licere, quòd alteri non licet, cap. non licet, ff.de regul.iuris in 6. Huc spectat, quòd rescriptum concessum vni parti, vt eius aduersarius possit compelli personaliter comparere: tunc enim & idem operabitur in ipso impetrante, Ita Felin.in d.rubr.de rescriptis. & post eum Contard.d limitat.17.nu.16. per Rotam decisio.2.de dolo, & contum.in antiq. nec omiserim restituto etiam minore, æquum esse aduersarium suum restitui, Iacob.de Sancto Georgio in l.1.num.3.C.si aduers. transaction. & habetur per Scribentes in l.1.§.nouum, ff. de oper. non.nunt. vide Oddum de hac re latius disserentem, suo tractatu de restitutione in integrum quæstione 47. & num transeat ad fideiussores restitutio, ibi quæst. 48.per tot.

25 † Vigesimumquartũ erit priuilegium, vt per rescriptum Principis tolli possit appellatio, quòd alias non liceret, per tex.in cap.1.vbi Felin de rescript. Philippus in cap.pastoralis, colum.7, in fine, de re iudicata, cum sit defensio iuris positiui, verum non potest tolli, nisi per Principem, Maranta suo speculo ord.Iud. tit. de appellatio. in secundo actu, num.126. Menoch.tit.de testament.poten.lib.1.§.6.num.7. Rebuff. super Constitutione Regn.tomo 2.in præfatione num.161.in fine, de rescript. Scaccia de appellation. quæstione decimasexta, limitat. prima, num.106.& num.109. per tex. in l.1. in fino, ff. à quib.appell. non licet. quod tamen intelligo, quando remouetur appellatio à diffinitiua: secus si ab interlocutoria; quia eo casu etiam inferior à Principe potest vti dicta clausula, appellatione remota, Bart. in l. fin. C.de senten. & in d.l.prima, §. fin. ff. à quib. appell. non licet, Brunor.à Sole in verbo clausula.5. Tusch. conclus. 400.num.17. Verùm Senatus noster solet dare litteras Iudici, ad quem datur facultas committendi appellationem, vel Iudici Commissario, vt vbi appellatio sit euidenter friuola, & calumniosa, ea non attenta ad vlteriora procedat, vt etiam cauentur ordines eiusdem sacri ordinis diei 17.Nouembris anni 1627. cùm etiam huiusmodi appellationes friuolę, remoueantur à iure, per tex.in cap.cum appellationibus, vbi glos.& DD. notant.de appell.lib.6. Iason in l.3.§.si is pro quo. ff. quod quisq. iuris, colum.1. Maranta d.secundo actu num. 326. circa fin. Barbos.de claus.claus.7.nu.6.

26 † Vigesimumquintum oritur ex eo priuilegium, si quidem per litteras Principis tolli poterit præscriptio, vt per Alex.consil.84.lib.1.num.3.per Io. de Imola in repetit.cap.fin de præscriptio. Rebuff.super Constit.Regni. tomo 2.in tit de restit.art.1.glos.4.nu.1.& 2. Balbus de præscrip..in 1. par. princ. quæst.4. maximè ex capite ignorantiæ, vel quando Instrumenta essent de nouo reperta, vt per Alexand.loco citato. & nu.4. cùm hoc sit de iure ciuili, & positiuo, Franc.Curt consil.1.colum.9. post tract.feudorum, &c. & sic requiritur iusta causa, alioquin rescriptum nõ valeret, veluti etiam si quis fuit absens Reipublicę causa per decem, vel viginti annos, & interim res sua præscripta sit; tunc valet tale rescriptum, per tex. in § rursus instit. de actio. Rebuffus dicta glosa quarta, num. quarto. colum.1 in fine, vbi latius disseritur &c.

27 † Vigesimum sextum erit priuilegium, quia per litteras Principis appellatio admitti potest, licet legitimè non fuerit interposita. Dec.consil.198 num.2. Abb. post Innocent.in cap.cum Bertoldus. colum. fin. de re iudicata. vers. vel tertio &c. idem Abb.consil.84. videtur primo. lib.1.columna 5. ex certa tamen scientia, & ex deffectu ordinis iudiciarij non seruati. Dec.d.num.secundo, per Abb.in cap.cum olim. colum penult. de re iud. tex. in cap. ad petitionem, de accusat.

28 † Vigesimumseptimum erit priuilegium, quia etiam dominium acquisitum ex sententia per litteras Principi tolli poterit, cũ hoc sit de iure ciuili, & positiuo. Bald.in l.final.C.sententi.rescind. non poss. colum. finali. vers.pone ergo &c. Lucas de Penn.in l.prædia. C de loca. præd.Ciuil. Abb consilio 84.Videtur primo &c colum.5. per.prima Dec.dicto consil.198. colum. secunda, circa medium, versiculo & idem Angelus. &c. Oldradus consil.157. factum tale est &c colum.4. Giurba decis.7. num 8. in fine. & Castrens. consil.105. Donatio prædicta &c. colum.2. Io.de Annan.consil.80. Surg.de Neap. Illustr.cap.18. num.11.lib.1.

29 † Vigesimumoctauum oritur priuilegium, quoniam idem operatur rescriptum, sicut sententia absolutoria Iudicis inferioris, Bald.consilio 305.num.4.in fine lib.1. vt ibi latius. Costa consil.6.& consil.75.num.13.in fine. lib.1. Bald.in l.elegamter. ff.de pign.actio.colum.secunda. & in l.2.C quando decreto.opus non est. Conrad. Laud. suo templo omnium Iudic.§.4. de præstantia Imperatoris. versic ius positiuum tolli num.19.

30 † Vigesimum nonum oritur priuilegium, nam per illius rescripti concessionem, supplicans habilis ad agendum censetur, Conrad. Laudens suo templo omn Iud.d.§. 4.de oblig. Imperatoris. vers.ius positiuum tolli num 14. Ang l.in l.libertus. ff. de in ius vocand. quod maximè procedit, quando fuit emanatum ex certa scientia, vel motù proprio, Iason.in l.Barbarius num.11. & sequen. ff.de off.Prætor. Contard.loco citato.

31 † Trigesimum oritur priuilegium, quia rescriptum rem litigiosam facit, modò causa moueatur iudiciaria actione, & futuro reo citato, vt in authen. litigiosa, vbi glos.& DD.C.de litigios.lib 8.tit.37. alias non faceret rem litigiosam. Bald.consilio 505.lib.5.nu.4. per text.in cap.fin. vt lit.pend. Tria .n. sunt, quę faciunt rem litigiosam, res, causa, & actio: res in reali, item rei vendicatio in personali. Item personalis actio in mixto etiam iudicio, dicitur litigiosa, per text.in l in iudicio. ff. famil. erciscenda. Bald qui supra nu.5. & sic requiritur citatio executa.

32 † Trigesimumprimum erit priuilegium, quia quilibet pro alio rescriptum legitimè absq; aliquo mandato impetrare poterit, licet sit contra textum, in cap. nonnullis, §.sunt. & alij de rescript., quem namq; ex communi omnium * stylo non esse receptũ, nec iuno seruari, trad. Vestrius sua prax. Rom. Curia lib.3 cap.4.nu.2. & c.11. nu.3.eod.lib. Vant.de nullit.in tit.qualiter senten. & process.repar.poss nu.75. vbi addit ita in Rom.Curia seruari. Cassador. decisione prima in fine. de procurator. Rota. decisione 175. commissio &c. in nouis. & ita etiam seruari in Gallia. trad. Rebuff. sua praxi Benefic. in titulo de rescriptis gratia & Iustitia num.decimooctauo, prout

etiam

etiam in prax. in hac Curia semper obseruatum vidi, per glos. in dicto cap. nonnullis, & cap. ex parte. in verbo sine &c. de rescriptis: quinimo etiam non subditus preces porrigere potest, secundum Rebuff. in tit. de supplication. quæst. 5. in præfatione num. 26. Bald. consil. 217. par. 3. Verum requiritur eo casu, vt aliquis subditus huic Dominio, huiusmodi preces subscribat, sic disponente hoc textu nostro Cæl. Constit. Mediolani de rescript. §. fin. vers. supplicationes &c. cum etiam primo casu, vbi alius absque mandato impetrasset, requireretur acceptatio; Alciat. cons. 34. lib. secundo, num. 24. & 25. Curt. Sen. consil. quarto, & consilio 61. prout etiam posset ratificari, Gabr. sius communib. tit. de procurator. conclus. 4.

33 † Trigesimum secundum oritur priuilegium ex eo, quia in rescripti impetratione non est pars citanda; secus vero in illius præsentatione, & probatione, Rebuff. in Constit. Regni in titulo de euocatione. articulo primo, numero 76. & in repetit. legis, quod iussit, num. 82. & 83. conclus. 5. & in tit. de rescript. in præfat. num. 42. tomo secundo, Dec. cons. 191. num. 7. & in cap. primo de iureiurando. Alexand. consil. 87. Visis coniectis &c. lib. secundo, columna 2. Roman. consil. 212. in princip. Bertrand. consil. 149. lib. primo, in fine. & ita etiam in hac Curia seruatur, modo non agatur de graui præiuditio partis, quia tunc intimantur preces loco citationis. Alexand. consil. 123. lib. secundo, num. nono in fine, Bald. in rubrica de rescriptis num. 8. Barbatius consil. 43. Præclarè columna 18. volum. primo, Dec. in capit. cæterum, column. vlt. de rescript. Rebuff. super Constitut. Regni. in tit. de citation. in præfatione num. 34. & 44. & in tit. de litteris obligator. art. 12. glos. vnic. nu. 7. per text. in l. de vno, ff. de re iud.

34 † Amplia hanc regulam, etiam procedere in dispensatione, nam in eis impetrandis, non requiritur citatio, Eman. Costa in l. Gallus, §. & quid si tantum. num. 158. par. 2. Dec. cons. 498. numero 32. Roman. consilio 369. column. septima. Bald. in l. fin. C. qui res Iud. non nocet. Abb. post Cald. & Bald. in cap. cum olim, de re iud. idem Bald. in l. nam ita D. uus, col. 1. ff. de adopt. idē Dec. cons. 191. num. 7. & 623. nu. 13.

